



IBBL NAZ.
JIT I MANICLI III


150
H
9

~~102~~
~~90~~
~~18~~

102
R-9
~~27~~

~~100, 0, 108~~

9







Justus Fontanus Archiepiscopus Anagnin
ex Foro Julio Venetorum
Sacri Palatii Apostolici Abbreviator
Obijt Roma die XVII Aprilis Anno Sal. MDCCXXVI.

Michael Sorellò scul. Rom. 1727.

J U S T I
F O N T A N I N I

Archiepiscopi Ancyrani

HISTORIÆ LITERARIÆ

AQUILEJENSIS

LIBRI V.

Accedit Differtatio ejusdem Auctoris de Anno
emortuali **S. ATHANASII** Patriarchæ
Alexandrini, necnon Virorum illustrium
Provinciæ Fori-Julii Catalogus

CUM DUPLICI INDICE.

OPUS POSTHUMUM.



ROMÆ, MDCCXLII.

EX TYPOGRAPHIA NICOLAI, ET MARCI PALEARINI.

PUBLICA AUCTORITATE.

150 H 9

Va1 1507839

BENEDICTO XIV. PONTIFICI MAXIMO.

DOMINICUS FONTANINUS.



*U*BI primum, SANCTISSI-
ME, idemque SAPIENTIS-
SIME PONTIFEX, tan-
to ac tam repentino totius sacri Senatus con-
sensu, ad summum istud dignitatum culmen divi-
nitus evectus es, inter universi Christiani Orbis
lati-

letitiam, populique plausus, quibus Urbs tota personuit, ingenti quoque gaudio ego præ cæteris affectus sum. Famdudum enim compertum habebam, Te iis animi ornamentis semper excelluisse, ut crimen esset nulla hostia expiandum, si quis impostorum sapientia tua Ecclesiæ disciplinam, tuoque patrocínio bonarum artium studia sarta tecta non servatum iri in dubium revocare auderet. Quis amabo unquam talem ac tantum Pontificem, ad omnia summa natum, satis pro dignitate celebrare possit, in quo uno singula virtutum genera, quas divinæ Literæ in quolibet Episcopo videntur deponere, maxime sine ulla sane controversia eminent, ac longe lateque elucescunt? Supremi Sacerdotii cura a Te, **BEATISSIME PATER**, feliciter suscepta, nemo est, qui non admiretur tuam illam Tecum natam, & Tecum jam senescentem in rerum gubernatione prudentiam, & in omnes, qui Te adeunt comem facilemque morem, ut venisse jam tempus, quo religio, integritas, innocentia, ingenuæque artes floreat, libenti animo unusquisque gratuletur. Quæ vitæ tuæ pars, **OPTIME PONTIFEX**, non ejusmodi semper fuit, ut recto itinere gradiens, & de sola virtute sollicitus, in ea cordati homines ac vere sapientes quæ admirarentur, quæque imitarentur invenirent? Atque utinam mihi ea ingenii daretur facultas, quæ desiderio meo responderet, ut præstantissimas dotes tuas, cæteroquin omni laude majores,

jores, si non omni, aliqua saltem in parte dicendo possem adumbrare. Verum cum obrui me rerum copia sentiam, ac perdifficile sit ejus Viri præconia verbis exprimere, qui jamdiu parta sibi gloria, maximisque rebus gestis inclaruit, onus hoc, viribus meis omnino impar aliis relinquam, pauca de Auctore hujus Operis dicturus, quod in tuo nomine, apud omnem posteritatis memoriam celebrando, apparere jam gestit. In hac communi hominum societate, nemo, ut opinor, tam hospes est, qui ignoret, inexhaustum beneficentiæ tuæ fontem quaquaversus erga Fontaninum, dum in humanis ageret, se se diffudisse, ac eundem Te, pro ea benevolentia, quam erga Literatos omnes adhibere soles, omni officiorum genere cumulavisse. Fluctuantem adhuc, utrum elucubrationes has, jam a plurimis annis exaratas, tanto Principi inscriberem, magnopere confirmavit singularis illius humanitatis tuæ recordatio, qua me Bononiæ olim commorantem complexus es. Patere igitur, **SANCTISSIME PONTIFEX**, ipsas, non exiguo rerum præsertim ecclesiasticarum penu refertas, sub auspiciis tuis in publicam lucem venire, quo eisdem maximus splendor accedat, & auctoris sui gloria augeatur, qui procul dubio vigiliarum suarum fructum nec uberiorem, nec splendidiorem sperare potuisset, quam illas sapientissimi Pontificis, & in eruditorum republica facile principis patrocinio insignitas videre. Pergratas autem
766

Tibi futuras non levis mea est fiducia, præsertim cum & viros doctos, & quidquid sub horum nomine circumfertur, semper foveris ac fovere non desinas, ac insuper in hoc Opere celeberrimæ quæstiones inter præteriti ævi Scriptores ecclesiasticos jamdiu agitata, in medium proferantur, quarum cognitio ad Te potissimum, qui toti Ecclesiæ præes, spectare videtur. Interim ad sacrorum pedum oscula provolutus D. O. M. enixe precor, ut quem sibi Vicarium in terris constituit, nobis rei Christianæ, ac literarum bono quam diutissime incolumem servet.

Dabam Romæ Kalendis Maii MD. CC. XLII.

DOMINICI FONTANINI

P R Æ F A T I O .



Iris eruditis jam pridem hujus *Historiæ Aquilejensis* præstantia suboluit, quam cum celeberrimus auctor literariis assidue curis distentus, ac pene obrutus publici juris facere nunquam potuerit, nos e tenebris, quod Deus bene vertat, amicorum impulsu tandem extrahere, hisque pro virili parte satisfacere statuimus. Non est mecum hic ostentare, quanta ex puris fontibus ve-

ræ germanæque eruditionis petita ille in suum veluti succum sanguinemque converterit, præsertim cum vel in ipsius Operis primordia acrem aciem intendentibus satis superque id pateat. Dummodo nostrorum temporum quidam Aristarchi, emissitiis, quibus solent oculis, & exulcerato corde ad judicandum non impellantur, sua libenti animo cuique laus tribuetur, & singulorum industriæ quæ propria censetur merces minime denegabitur. Quis unquam (nisi mea fortasse me fallit opinio, aut demortui consanguinei amor mentis oculos perstrinxerit) nostri Cornelii Galli Foro-Julienensis aut fusiori calamo, aut præstantiori causam dicere potuisset, ita ut inveteratæ inter nostri, præteritique ævi Scriptores de eodem acerrimæ quæstiones, penitus impostorum sublata nullo negotio videantur? Quid dicam de Sancto Pio, & ejus epistolis tam solemter ad trutinam revocatis, ut quæ auctori suo jure restituendæ essent restituerentur, quæve non, procul amandarentur? quid porro de Santo Chromatio, ac Fortunatiano, quid demum de Rufino Aquilejensi, variis criminationibus, sed præsertim Origenianæ hæreseos labe impetito, & a *Fontanino* strenue sapienterque vindicato? Innumeri, pene dixerim, Scriptores lectoribus occurrent, quorum non leves alucinationes deteguntur; sed non ideo tamen is ego sum, ut deposito pignore, præsentis Operis etiam auctorem, aliquando in devia non esse delapsum facile velim contendere. *Legentes enim,*

ut

ut Quintiliani verbis utar; *non sibi persuadeant, omnia, que magni auctores dixerunt, esse perfecta, nam & labuntur aliquando, & oneri cedunt.*

Quotiescumque Critici munere suo non abutentes virorum illustrium monumenta solo veritatis amore detegenda, præ oculis haberent, nemo non videt, quantum studiosis omnibus utilitatem essent allaturi. Verum, quæ in primis ætate invaluit prava consuetudo, si non ea, quæ par esset animorum integritate, ad iudicium de illis proferendum accedant, quid aliud, ita me ament Superi, nisi contumeliæ expectari possunt, & ut viri immortalitate digni ex eruditorum albo expungantur? Supremi huiuscemodi literarum arbitri, qui sibi suoque ingenio nimium indulgent, omnem lapidem inovere solent, ut non sordet, si quæ in illis forte reperiantur, detergant, sed ut æstimationem alienam quaquaversus infringant, ac procaci fanna labe factent. Quanto melius cum optimarum artium amatoribus ageretur, si illius notæ censores, qui tam gravi supercilio universam rem literariam humeris fulcire suis videri volunt, utpote magnopere infensi ablegarentur, qui nulla rerum, nulla personarum ratione habita, putida conviciorum strue obvios quosque inclementer accipiunt?

Istorum manus, elapsis annis, noster hic *Fontanus* Archiepiscopus Ancyranus evadere nequaquam potuit, quin livida censoria virga in suo *Eloquentiæ libro* notatus, universo bonorum cœtu tacite reclamante, vel in extremas eundem ignorantiae tenebras perfricta fronte trudere conati fuerint. Hic sane vir, libellis, tametsi proletariis, bilem stomachumque moventibus, quasi læsæ majestatis reus, iniquo in arte congressi visus est, nemine pro laceffiti manibus, adversariorum de se superbe sentientium ora, ut æquum erat, comprimente. In hoc eruditorum quasi regno, nullus, ut ego arbitror, tam hospes poterit reperiri, qui quantum *Fontanus* de optimis studiis benemeritus fuerit prorsus ignoret; neque adeo ad incitas ille mihi videtur redactus, ut ne inani verborum strepitu ipsius fama, jamdiu posteritati commendata imminuatur, indigeat defensione. Tot præclara ingenii sui monumenta vel iis, ut ita dicam, qui ne primoribus quidem labris literas attigerunt, satis innotescunt, & nisi sibilis Censores esse excipiendos sapientissimorum virorum de eodem testimonia, in scriptis, auro accedro dignis relicta, ubique gentium declarant.

runt . Quos nunc in medium afferre necesse non est , cum epistolæ tribus voluminibus comprehensæ , & ad eundem ex variis , diffitisque regionibus exaratae , in publicam lucem brevi sint proditurae , ut ex ipsis appareat , ex *Fontanino* de rebus eruditus undique consulto , tamquam ex Pythio oraculo (absit verbo invidia) illos responsum expectasse . Hoc interim omni laude superius silentio non præteribo , scilicet illum a multis , cursu non intermisso , Summis Pontificibus , pro sua in rebus agendis morum integritate , & in Ecclesiæ juribus vindicandis animi fortitudine , tot officiorum generibus semper fuisse cumulatum , quot eximia in eum collata beneficia demonstrarunt . Idem accidit de S. R. E. Cardinalibus , quos inter , ne lectoris patientia nimio sermone abuti videar , mihi sit pro millibus unus summa doctrina & pietate venerabilis S. R. E. Cardinalis Joseph Maria Thomasius , qui *Fontaninum* peculiari adco amore semper profequutus est , ut eundem frequenter inviseret , ac de multiplici studiorum genere vicissim sermones instituerent . Nec sine gravi piaculo indictum relinquam amplissimum Cardinalem Dominicum Passioneum , apud literariam , quam ornat Rempublicam & fovet , summatibus viris jandudum adscriptum , in cujus laudes non excurro , ne forte quæ de egregiis ejus animi dotibus merito dici possent , vel ob incredibilem suam erga me humanitatem , vel ob necessitudinem , quæ ipsum inter & *Fontaninum* arctissima intercessit , a me dicta fortasse videantur . Huic ego profecto , quoad vita suppetet , gratum animum profitebor , cum pro demortui amici manibus , data occasione , tamquam pro aris & focis nunquam dinicare fatigaretur .

Mihi igitur Criticorum injustæ criminationes , & jurgia , qualiacumque tandem sint , memoria repetenti , eo magis contemnenda videntur , quo ab invidis , & cæco livore contabescentibus promanarunt , ut cordatorum virorum calculis ad singulare certamen provocato nihil omnino detractum fuerit . Cujusdam nihilominus scioli blateronis audaciam concoquere non potui , qui trium pagellarum epistola , suppresso nomine , confarcinata , in apertum campum prosilire non dubitaverit , ut a Fontaninianiis censuris quosdam Scriptores apposite (ut de se putavit) vindicaret . Hominis nullius iudicii non est contra primi subselli viros , chartisque impallefcere assuetos , ex ingenio & garrulitate , tamquam ex tripode , sententiam proferre ; laudes vero Mæcenati ab ipso utraque manu

X

profusæ tanti habendæ sunt, quanti a non laudato viro emanantes passim haberi solent. Facessant igitur hinc nebulones isti, & æqui rerum æstimatores utrum hujus Operis Auctor causa cadat dijudicent, cujus etiam Dissertationem *de anno emortuali Sancti Athanasii Patriarchæ Alexandrini* dare proposuimus rei argumento minime absconam. Provinciæ quoque Fori-Julii Virorum illustrium Catalogum, fortasse numeris omnibus non absolutum subnectimus, sed colophonem nobilis ac pereruditus amicus noster Josephus Lirutus addere poterit, quem in colligendis ejusdem Provinciæ undecunque monumentis jamdiu laudabiliter occupatum inter ipsos locum merito obtinere nemo est qui non libenter fateatur. Atque utinam quæ in suis scriniis delitescunt tandem aliquando lucem viderent, cui viro studiosissimo stimulos adjungere non desistit Comes Franciscus Beretta, doctrina ac morum suavitate opido notus, quem grati animi causa nomino. Interim, Lector benevole, *Fontanino* grates habebis, qui non evanescentis gloriæ cupidus, sed alienæ potius utilitatis, vitæ suæ cursum improbo labore attrivit, ut hæc, & his familia literarum cultoribus exhiberet.

I M P R I M A T U R,

Si videbitur Reverendissimo Patrî Sacri Palatii Apostolici Magistro .

P. M. de Rubcis Archiep. Tarfen. Vicefg.

A P P R O B A T I O .

S Tudiose , & diligenter legi opus posthæumum *Cl. Viri Justi Fontanini Archiepiscopi Ancyranî*, in quo describuntur *Vite Literatorum Virorum Aquilejensium*, id mihi muneris mandante Reverendissimo P. Nicolao Aloysio Ridolfi Sac. Pal. Apost. Magistro . Nihil in illo , quantum ani advertere valui , Christianæ Catholicæ Religioni , aut bonis moribus adversatur . Opus cenfeo dignissimum publicæ lucæ , in quo præclarissimus Auctor plurimum laboris , studii , industriæ , & temporis infumpfit ; & quæ ex jugi , & multiplici celebriorum Auctorum lectione comparaverat , opportune collocata , & largâ manu effusa Lector sacræ præsertim antiquitatis amator , libenti animo excipiet , & ut auguror , admirabitur .

Ex Collegio Clementino prima die Januarii 1742.

*D. Joannes Franciscus Baldinus Cler. Reg.
Congr. Somaſcæ .*

A P P R O B A T I O .

Clarissimi præsulis Iusti Fontanini Archiepiscopi Ancyрани librum, cui titulus: *Historiæ Literariæ Aquilejensis Libri V.* Jussu Reverendissimi Patris Aloysii Nicolai Ridolfi Sac. Apost. Palatii Magistri diligenter perlegi, & in eo nihil, quod Catholicæ Religionis dogmatibus, vel probis moribus adversetur, inveni, quamobrem Typis mandari posse censeo, ac insuper puto, opus, ab immensæ lectionis Viro, longo tempore, summoque labore absolutum studiosis, præsertim Ecclesiasticæ, ac literariæ Historiæ, non modicè profuturum.

Romæ die 2. Januarii 1742.

Franciscus Valesius.

 I M P R I M A T U R ,

Fr. Nicolaus Maria Ridolfi Ord. Prædicatorum Sacri Palatii Apostolici Magister.

I N D E X

LIBRORUM, ET CAPITUM.

LIBER I.

Cornelius Gallus ex Foro-Julio Venetorum.

CAPUT I.

- I. Cornelius Gallus ubi & quando natus . II. Ejus patria Forum-Julii in omnibus Chronici Eusebiani editionibus . III. Antiqui codices idipsum confirmant . IV. Etiam antiqui variarum gentium historici , ab Eusebiano Chronico edocti . V. Recentiores non indiligentes omnino consecrunt . VI. Forum-Julii Narbonense & Vicetia hac litis contestatione dejiuuntur . VII. Galli prænomen Cajus . VIII. Cornelius Gallus cum aliis Gallis confusus . IX. Ejus officia & res gesta in Italia , & in Ægypto . X. Mors , deque ejus causa varia sententiæ . XI. Galli ruina ex falsa accusatione orta . pag. 1.

CAPUT II.

- I. Scripta Galli , a Virgilio sæpe laudati , deperdita ferme universa . II. Veterum plerique omnes in Galli laudes effusi . III. Cytberis mima , alias Volumentia , sub Lycoridis nomine quatuor libris carminum a Gallo celebrata , M. Antonio adbasit . IV. Gallus in latinum sermonem vertit Euphorionis Chalcidensis poetæ Hesiodum & Cbiliadem . Item utriusque Scyllæ , Tereti quoque & Philomela fabulas versu descripsit . V. Poema Galli de Scylla , Nisi filia , in avem Cirim conversi , adhuc superest , Virgilio & Catullo falso attributum . VI. Ciris amplius Gsilo vindicatur . VII. Argumenta Cirim Virgilio adjudicantia evertuntur . VIII. In Ciris poema censura Caroli Ruai , deque eodem poemate summorum virorum judicia . 23.

CAPUT III.

- I. Elegias Cornelio Gallo ab se fraudulenter suppositas , primus vulgavit Pomponius Gauricus . II. Frans detecta & a viris doctis explosa . III. Eas ad Maximianum pertinere testantur auctores & codice Gaurico vetustiores ; prima etiam editio Parisiensis . Maximianus Elegiographus Etruscus , alius a Maximiano versificatore Grammatico , natione Gallo . IV. Illustrium auctorum lapsus in Pseudo-Galli scriptis laudandis . V. Geni , ætas , & res gesta Maximiani . VI. Alia carmina Cornelio Gallo attributa . 42.

LIBER II.

Sanctus Hermes Pastor, Aquilejensis.

CAPUT I.

- I. *Hermes Sancti Pii I. Frater, cognomento Pastor. II. Scripsit librum, nunc plane deperditum, de paschate die dominico celebrando. Virorum illustrium de Hermete, Herma, & eorum libris differentium lapsus. III. Hermas, qui nunquam dictus est Hermes idem ac Hermodorus, unus ex LXX. discipulis Domini, & episcopus Philippensis. 63.*

CAPUT II.

- I. *Pastor domum Pudentis in Titulum, ab Ecclesia Sancta Pudentiana in Ibernis Novati, diversum, erexit in Vico Patricii. II. Ecclesia Sancta Praxedis non in vico Patricii, sed Laterani, contra Nardinum. III. Pia opera & scripta Sancti Pastoris. 67.*

Sanctus Pius Aquilejensis

Summus Pontifex, hujus nominis Primus.

CAPUT III.

- I. *Sanctus Pius Aquilejensis in Cathedra Romana sedit statim ab Hygino, ante, & non post Anicetum. II. Non fuit Vicarius, sed successor Hygini. Vicarii Summorum Pontificum, ab ipsismet Pontificibus minime diversis. III. Bucherianus Catalogus, aliique, ubi agunt de Pio, ad examen vocati. IV. Anicetus Pio iterum male prepositus. V. Quamdiu in Pontificatu vixerit Pius. VI. Martyrii gloria insignis. 70.*

CAPUT IV.

- I. *Gesta Sancti Pii in episcopatu, & duplex Epistola decretalis sub ejus nomine confecta. II. Prima ex aliis duabus epistolis ad Justum Viennensem, eidem Pontifici vindicatur. III. Altera etiam. IV. Primi Viennenses Episcopi contra Tillemontium sua Sedi redduntur. V. Colobium fuit tunica solis Episcopis propria. VI. Epistole Sancti Pii, a Blondello, Dallao, & Salmasio in suas sententias inique detorta. VII. Per multis viris doctis probata. 92.*

LIBER III.

Fortunatianus Aquilejensis Episcopus.

CAPUT I.

- I. *Fortunatianus, origine Afer, in Sede Aquilejensi Benedicto succedit contra Valentem Mursensem Episcopum, II. Origo Canonis I. & II. Concilii*

Concilii Sardicensis . ii. Sanctus Athanasius Aquileja cum Fortunatiano alloquitur Constantem Augustum . In templo noviter ibidem extracto Synaxim habet , indeque Romam petit . IV. Fortunatianus ab Arianis deceptus , communionem Athanasii in Mediolanensi Concilio damnavit . V. Locus Sancti Hilarii explicatur . VI. Casus Fortunatiani excusatur . 106.

CAPUT II.

- I. Liberius exsili pertasus , primæ formulæ Fidei Sirmiensi subscribit : ii. In Arianas partes non transit . iii. Fortunatianus eum ad hæresim subscribendam minime compulsi . IV. Nec labæ Ariana suam Ecclesiam insecit . V. Quæ scripsit , & quando obiit .* 114.

Sanctus Chromatius Aquilejensis Antistes .

CAPUT III.

- I. Chromatius patria Aquilejensis . ii. Valeriano successit . iii. A magnis viris laudatus . IV. Ejus rogatu Hieronymus varios Bibliorum libros in latinum sermonem convertit . V. Rufinum & Hieronymum in concordiam redigere studet . VI. Jo: Chrysofomi causam juvat . VII. Chrysofomi ad Chromatium epistola . VIII. Blondelli commenta . IX. Chromatius obiit , & Sanctorum festis adscribitur .* 122.

CAPUT IV.

- I. Homilie xix. Sancti Chromatii in unum opus constata . ii. Cur & a quo primum dictus episcopus Romanus . iii. Homiliarum earundem omnino est auctor . IV. Viri docti eas laudant . V. A Maydeburgenfium calumniis vindicata . VI. Illarum stilus & scopus . VII. Scripta Chromatio supposita .* 133.

LIBER IV.

Tyrannius Rufinus , natura Concordienfis ,
Civitate Aquilejensis , presbyteratu
Hierosolymitanus .

CAPUT I.

- I. Rufini ortus , & nominis scriptura . ii. Patria . iii. Concordia natus , ejus prænomen & genus . IV. Aquileja monachum induit . V. Una cum Hieronymo bonis artibus ibidem instituitur , adultus tingitur . Minister & Susceptores illius baptismi . VI. Hieronymus ab eo divulgatus , in Syriam navigat ; VII. Rufinus paullo post cum Melania Hierosolymam profecturus , Roma discedit .* 149.

CAPUT II.

- I. De Rufini & Melania Alexandriam adventu nuncius ad Hieronymum in Syria deserto perlatus . II. Post obitum Albanasi Rufinus in Nitriam fugit , persecutione in Catholicos excitata . III. Pro fide patitur . IV. Melania Christi confessores sequitur . V. Quibus ab exilio revocatis , Diocæsarea Hierosolymam petit . VI. Rufinus sexennium agit Alexandria , ubi Didymum & Theophilum audit . VII. Hierosolymam petit , hinc Melania Alexandriam excurret . VIII. Rufinus se in operibus caritatis exercet . IX. A Bacurio Rege Iberorum , & ab Aedeso , Æthiopum , ad Christi fidem conversionem audit . X. Narratio Rufini explicatur atque defenditur . 162.

CAPUT III.

- I. Hieronymi & Rufini similitudinem origo . II. Hieronymus Epiphanio contra Jo: Hierosolimitanum , Rufinus Johanni , adhaeret . III. Rufinus in communionem ab Epiphanio Hierosolymis admissus , & pro Catholico habitus . IV. Dissidii inter Hieronymum & Rufinum occasio aucta ex Epiphanii epistola ad Jo: Græce scripta , quam Hieronymus latine convertit . V. Melania Rufini & Jo: causam tuetur . VI. Theophilus Alexandrinus iisdem pariter favet . VII. Dissidentes frustra in concordiam redigere studet . VIII. Hinc Hieronymi & Theopbili amicitia frigidat . 177.

CAPUT IV.

- I. Schismatis Hierosolymitani finis . II. Rufini & Melania opera extinctum . III. Palladius Historicus & Episcopus probatissimus cum Palladio hæretico male confusus . IV. Anastasis ædes , ubi Hieronymus & Rufinus ad mutuam pacem redierunt . V. Rufinus nullius erroris compertus . VI. Inter Jo: Hierosolimitanum ab erroribus vacuum , Hieronymumque perfecta necessitudo integrata . VII. Rufinus cum Melania Romam revertitur . VIII. Melaniae reditus vera causa exquiritur . 186.

CAPUT V.

- I. Rufini & Melania Nolam adventus . II. Quo tempore acciderit . III. Paulini Nolani epistolarum chronologia restituitur , unde Rufini & Melaniae itus & reditus epocha confirmantur . IV. Palladius cum Paulino in concordiam redactus . V. Paulini Natalium chronologia restituta , & Melaniae Rufinique reditus epocha iterum confirmata . VI. Baronii sententia de Rufino , individuo Melaniae comite , defensa . 193.

LIBER V.

De scriptis a Rufino Romæ editis .

CAPUT I.

- I. *Macarius doctrinam Origenis contra fatum sibi a Rufino rogat exponi .*
 II. *Macarii professio & studia .* III. *Pineri canobium ubinam steterit*
in quo Rufinus Orsejo Abbati Regulam Basilii Magni latinitate dona-
vit . IV. *Varia de hac Regula proferuntur .* V. *Librum primum Apolo-*
getici Sancti Pampbili pro Origene Rufinus Macario nuncupat .
 VI. *Ejusdem Apologetici examen .* VII. *Rufini Dissertatio pro Ori-*
gene . PAG. 201.

CAPUT II.

- I. *Rufinus latine vertit priores libros duos Origenis de Principiis .*
 II. *Ejusdem versionis conspectus .* III. *Potius operis idea .* IV. *Benedic-*
tionen Patriarcharum Pontio Paulino duobus libris explanat . V. *Ru-*
fini & Paulini bæ de ve epistola amœbæ . VI. *Editiones & codices*
librorum de Benedictionibus Patriarcharum . VII. *Rufinus libri tertii*
& quarti Origenis de Principiis versionem absolvit . 213.

CAPUT III.

- I. *Novi rumores in Rufinum ab amicis Hieronymi ob reliqui operis Ori-*
geniani translationem excitantur . II. *Rufinus matre amissa , ad Hie-*
ronymum scribit , cumque Sircii pontificis literis formatis , ex Urbe in
patriam Concordiam revertitur . III. *Non alia , quam solius itineris caus-*
sa , Mediolano pertransit . IV. *Ad illum in patria morantem Hierony-*
mus literas scribit , quæ ei non redduntur . Pauliniani , Eusebii , & al-
terius Rufini iter ex Palaestina Romam quoto anno contigerit . V. *Hie-*
ronymus alias literas ad Pammachium scribit contra præstationem Ru-
fini in libros Periarcon . Inde simultas inter utramque augetur .
 VI. *Rufinus Syrus utrasque Hieronymi literas , Pammachio Rufinoque*
reddendas , Romam detulit . VII. *Harum priores summam recen-*
sentur . 225.

CAPUT IV.

- I. *Apronianus ad Rufinum mittit exemplar Hieronymiana epistola in vul-*
gus sparsa . Varia de Aproniano & ejus gente proferuntur . II. *Rufini*
Apologia contra Hieronymi epistolam . III. *Ejusdem Apologie libri I.*
synopsis , objectiones dogmaticas continens . IV. *Rufinus se omnino ca-*
tholicum , & ab hæresibus Origeni impatiis , vacuum fuisse demonstrat .
 V. *Apologia liber II. enucleatur .* VI. *Varia in Hieronymum a Rufino*
congesta . VII. *Hujus brevior Apologia ad Anastasium .* 233.

CAPUT V.

- I. *Rufini utriusque Apologia synopsis , ad Hieronymum mittitur ,* II. *Qui*
statim ad utramque respondet . III. *Apologia Origeniana , quam Hie-*
rony-

XVIII

ronymus Pamphilo abjudicat, huic martyri vindicatur. IV. Quanam Pamphilus scripserit. V. Conjectura ad Apologiam Pamphilo abjudicandam excussa. VI. Responso Hieronymi ad accusationes Rufini. VII. Ad alias Rufini accusationes Hieronymi responsa. VIII. Refusatio Hieronymi Apologia Rufini ad Anastasium papam. 252.

CAPUT VI.

- I. *Rufinus duobus Hieronymiana Apologia libris Aquilejam sibi perlati, biduo respondet epistola, nunc deperdita. II. Suos libros ad Hieronymum mittit, quem acriter carpit. III. Eiusdem epistola deperdita excerpta. IV. Anastasii Pontificis & Sancti Epiphani epistolae in dubium vocat, seque purgans, adversarium varie percellit. V. Hieronymus a Sancto Chromatio Aquilejensi antislite monitus, ut a scribendo in Rufinum abstineret, se invitum ad sui defensionem cogi respondet, quod Rufini libri in vulgus sparsi, vagarentur. VI. Apologia Hieronymi, ejusdemque interpretationes literarum paschalis Throphili, unius & numeris suis restituta. VII. M. Antonii Sabellici judicium circa Rufinum inter, & Hieronymum contentiones.* 273.

CAPUT VII.

- I. *Origenis Homilia XVII. in Genesim non a Hieronymo, sed a Rufino latine versa. II. Tredecim in Exodum, & sexdecim in Leviticum. III. Viginti octo in Numeros. IV. Viginti sex in Josue. V. Novem in Judices, totidem in Psalmos, una in librum I. Regum, & quatuor in Cantica. VI. Libri decem in Pauli epistolam ad Romanos. VII. Homilia dubia. Quae sunt in Lucam, non Rufinus, sed Hieronymus vertit.* 283.

CAPUT VIII.

- I. *Rufinus Basilii Magni Homiliae octo, & Gregorii Nazianzeni decem opuscula ab se latine reddita, Aproniano inscribit. II. Nonnulla de his Gregorianis lacubrationibus proferantur. III. Rufinus Sixti etiam Pythagorici sententias in latinum sermonem translatis ad Apronianum mittit, Ayama sorori donandas. IV. Sixti aetas, religio, & pretium apud antiquos. V. Rufinus ob Sixti translationem male habitus, non tamen superstes. VI. Cur Sixtinus liber a Gelasio I. rejectus inter apocrypha. De eo variorum sententia expulsa. VII. Sixti dicta a Graecis passim adducta. Etiam a Latinis. VIII. Eius codices, atque editiones.* 298.

CAPUT IX.

- I. *Evangrii, cujus opuscula Rufinus latine convertit, patria & cognomen. II. Accusationes in illum congestae. III. Eius laudes. IV. Scripta a Rufino translata, adhuc exstantia. V. Sententia Pamphili martyris adversus Mathematicas ab eodem conversa excutuntur.* 314.

CAPUT X.

- I. *Clementis Recognitiones Græcas post earum translationem, ab amico Paulino Nolano frustra tentatam, Rufinus latine convertit.* II. *Rogatu Sanctæ Silvæ, Rufini præfati prætorio sororis, opus adgreditur, quod Gaudentio Brixiano Episcopo nuncupat.* III. *Verus præfationis auctor & Recognitionum interpret Rufinus.* IV. *Bellarmini locus circa Clementis Recognitiones expenditur.* V. *Varia inscriptiones Recognitionum Clementis recitantur.* VI. *Auctor Recognitionum inquiritur.* VII. *Ejusdem ætas statuitur.* VIII. *Dodovelli sententia refellitur.* IX. *Censura Gelasii Papæ de Recognitionibus.* X. *Varia Recognitionum editiones numerantur.* 324.

CAPUT XI.

- I. *Rufinus Chromatio Aquilejensium antistiti obsecratur, Historiam Eusebii Latinam facit, librisque duobus auget.* II. *Quid in Eusebianis præstiterit, quid in suis, a Dupino perperam reprehensit.* III. *Rufini Historia a Gallis maximi facta; item ab Anglis, & Africanis Patribus.* IV. *A Græcis similiter.* V. *Græci duos ejusdem libros Græce convertentes, suos faciunt.* VI. *Concilium Nicæanum II. eorundem testimonio nititur.* VII. *Latinae versionis Eusebiana historia per Rufinum præstantia ostenditur.* VIII. *Gelasii censura explicatur.* IX. *Varia editiones recensentur.* 343.

CAPUT XII.

- I. *Rufini historia eremitica.* II. *Aliquando Hieronymo adscripta.* III. *Rufinus enarrat alterius, non suam historiam itinerum per solitudines monasteriorum Egypti.* IV. *Is est Petronius Bononiensis, non alius.* V. *Idem multis rationibus comprobatur.* VI. *Deque hoc difficultates tollantur.* VII. *Cur opus Hieronymo adscriptum.* 360.

CAPUT XIII.

- I. *Hieronymi de hoc Rufini opere testimonium explicatum.* II. *Quid de illorum sanctitate dicendum, quos Hieronymus carpit.* III. *Cæssa recitantur, ob quas Hieronymus minus fortasse æquus fuit Rufino & Petronio.* IV. *Varia editiones Operis de Vitis Patrum proferuntur.* 371.

CAPUT XIV.

- I. *Rufinus commentarium scribit in Symbolum Apostolorum. Breviter in eo contenta recensentur.* II. *Testimonia tam Veterum, quam Recentiorum adducuntur.* III. *Hujus commentarii varia editiones.* 381.

CAPUT XV.

- I. *Anatolii Alexandrini canon paschalis a Rufino latine conversus.* II. *Ejus Epistolæ omnes deperditæ.* III. *Aliqua e Latino in Græcum sermonem transtulit.* 390.

CAPUT XVI.

- I. *An Rufinus Flavii Josephi operum Latinus interpret.* II. *Varia de Josephi antiquissimo codice Mediolanensi.* III. *Num Hieronymus & Ambrosius Josephum Latine converterint. Egesippus est Josephus de Bello*

Bello Judaico ab Ambrosio Latine contractus . IV. Friderici Gronovii collatio inter phrasas Ambrosii, & Egesippi adprobata & defensa . V. Josephi verso Rufino abjudicatur .

392.

CAPUT XVII.

- I. *Commentarii in LXXV. Davidis Psalmos Rufino perperam attributi . II. Similiter Commentarii in Oseam, Jobelem, & Amos . III. Incerti auctoris est Vita S. Eugenii, non Rufini .*

403.

CAPUT XVIII.

- I. *Sub Rufini nomine duplex Libellus Fidei, superiori saeculo editus . II. Prior, continens XII. Anathematismos, Rufino nostro minime attribuendus; sed alteri . III. Multo minus posterior, Pelagiana labe infectus: septem Rufini recensentur . IV. Posterior Libellus Rufinum Palaestinum, vel alium auctorem habet .*

409.

CAPUT XIX.

- I. *Theophili Alexandrini epistola ad Anastasium Papam circa Paschatis celebrationem turbas excitat in Ecclesia . II. Rufinus ab Anastasio minime damnatus . III. Hoc praeter alia ostendit ejusdem cum praecipuis Italiae Episcopis communicatio . IV. Ejus tantum librorum Periarcho verso non probata . V. Rufini responsa ad Hieronymum circa Anastasii Papae epistolam ad Jo: Hierosolymitanum . VI. Simultas inter Hieronymum, & Rufinum ab Augustino improbata .*

417.

CAPUT XX.

- I. *Rufinus Urbe discedit cum Melania iterum in Palaestinam trajecturus . Annus emortualis Publicola senioris, Melaniae filii decernitur . II. Roma ab Alarico Gotthorum Rege obsessa, atque direpta . III. Rufini obitus, locus mortis, & tempus adsignatur . IV. Rufini laudes recensentur .*

427.

HISTORIÆ LITERARIÆ AQUILEJENSIS LIBER PRIMUS.

I
CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. I.

C. Cornelius Gallus ex Foro-Julio Venetorum.

CAPUT I.

- I. *Cornelius Gallus ubi & quando natus.* II. *Ejus patria FORUM-JULII in omnibus Chronici Eusebiani editionibus.* III. *Antiqui Codices id ipsum confirmant.* IV. *Etiā antiqui variarum gentium historici, ab Eusebiano Chronico edocli.* V. *Recentiores non indiligentes omnino consentiunt.* VI. *FORUM-JULII NARBONENSE & VICETIA hac litis contestatione dejiciuntur.* VII. *Galli prænomen CAJUS.* VIII. *CORNELIUS GALLUS cum aliis GALLIS confusus.* IX. *Ejus officia & res gestæ in Italia, & in Ægypto.* X. *Mors, deque ejus causa varia sententia.* XI. *Galli ruina ex falsa accusatione orta.*



E VIRIS, literarum gloria illustribus, A. U. 685. civitatis, & regionis Aquilejensis, æturo ANTE CHR. 68. ro, primus omnium occurrit *Cajus Cornelius Gallus*, ob famam ingenii & rerum gestarum, apud scriptores Latinos & Græcos magnis laudibus commendatus. E junioribus nostrates historici Johannes Candidus in Commentariis Aquilejensibus lib. I. & Henricus Palladius Rerum Foro-Julienſium lib. v. sine antiquiori teste, patriam Aquilejam illi ad-

signarunt pro civitate *Foro-Julii* in Chronico Eusebiano adſignata: quæ jamdudum proprio nomine, quod hodieque retinet, *Civitas* dicta est, *Foro-Julii* vocabulo, ad universam regionem, cujus post Aquilejam excisam caput extitit, indicandam, translato. Sed junioribus in re simili fides habenda, quatenus veterum scriinia compilarunt: quod enim antiquis scriptoribus indictum produnt, id omne comminiscuntur. Galli annus natalis emergit ex epocha mortis, quam infra illigabimus anno Abrahami 1991. tertio Olympiadis cLXXXV111. U. C. 728. ætatis ejus XL111. Quare hinc liquet, Gallum natum A. U. 685. qui fuit Abrahami 1948. quartus Olympiadis cLXXV11. Nepote & Metello Cofs. annof-

A

que

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. I.

que LXVIII. ante ortum Domini nostri Jesu Christi, secundum fastos Anonymi Vindobonensis ab Henrico Norisio Cardinali vulgatos. Horum ductu facile cavemus a lapsu Jacobi Cruquii in Commentario ad Horatum pag. 403. & Jani Doussæ in schediafmate succidaneo pro Tibullo pag. 918. editionis Parisiensis A. D. 1608. qui id statuunt quadriennio citius, C. Cassio Varo, & M. Licinio Lucullo Cofs. nempe A. U. 681. adjunctque, sed falso, hoc erui ex Servio & Eusebio. Gravius offendit Petrus Crinitus in lib. II. cap. XII. de Poetis Latinis, ubi *natum* tradidit Gallum *eodem anno*, quo *diem obiit* M. Terentius Varro, uno & altero scilicet anno priusquam Gallus sibi *necem* inferret, Varro enim apud Eusebiam naturæ concessit anno primo Olympiadis CLXXXVIII.

II. At vero quamquam eruditorum neminem fugit, hunc virum insignem fuisse nostratam *Foro-Juliensem*; nihilominus post hominum memoriam non desuere, qui de eruditorum judicio minime laborantes, ingeniosa unius literarum transpositione, illum, si Deo placet, *Foro-Livienfis* civitate, ornatissima illa quidem, gratis donare studuerunt, quantumvis reclamantibus non solum universis Eusebianis codicibus, ante medium sæculi decimi quinti, quo Flavius Blondus *Foro-Livienfis*, hujusmodi sententiæ primus auctor, floruit, ubique terrarum conscriptis; sed etiam variarum gentium historicis & chronologis tum antiquis, tum recentioribus, qui ab Eusebiano Chronico edocti, Cornelii Galli patriam memorarunt, ne de Foro-Livii quidem somniantes. Anne ergo adversa unius Blondi sententia tanti est, ut animum abducatur a veritate, quæ in omnem sui partem semper est eadem? Blondum ipsum præstat audire, cujus verba hæc sunt in regione sexta Italiæ illustratæ pag. 437. operum editionis Frobenianæ anni 1559. *Videmus autem, Eusebium de Temporibus dicere, Gallum poetam, cujus sæpe Virgilius, & Horatius meminerunt* (de Horatio id falsum est) *fuisse Foro-Liviensem*. At non ita est, Blonde. Gallum Eusebius *Foro-Juliensem*, non *Foro-Liviensem* dicit. Hinc Lilius Gregorius Gyraldus Ferrariensis, vir sine ulla controversia doctissimus, in dialogo IV. de Poetis Latinis, fucum, verbis jam recitatis, sibi fieri minime passus, hæc literis consignavit: *Cu.* (rectius *Cajum* dixisset) *Cornelius Gallus Foro-Julienfis poeta, quanvis amore, ut puto, patriæ Flavius Blondus Foro-Livienfis facit*. Huc spectant verba Philippi Brietii in libro II. de Poetis Latinis pag. 26. sic de Galli patria scribentis: *Foro-Julienfis, non Foro-Livienfis, ut scribit Blondus in gratiam patriæ suæ*. Sane Gallus eo priori modo vocatur in Chronico Eusebii, paucis viso, quod Boninus Mombritius, non diu post obitum Blondi (qui contigit A. D. 1463.) ad veterum Codicum fidem typis tunc recens inventis, primus excudendum curavit Mediolani per Philippum Lavaniam circa A. D. 1475. non enim annus exprimitur, sed tamen exurgit ex aliis voluminibus, quæ, Bonini jam dicti studio, officinam typographicam illo eodem tempore subierunt. Idem profusus ac prima editio Mombritiana, quam Pontacus & Scaliger ignorarunt, altera exhibit,

hibet, quam Erhardus Ratdolt Augustanus A. D. 1483. Venetiis adornavit, plurimis, ut testatur in fine, *undique comparatis exemplaribus*; hisque omnibus de patria Galli inter se consentientibus. Ab his minime discrepant posteriores *novem* aliæ editiones (quotquot scilicet reperiri potuerunt) *duæ Parisenses* apud Henricum Stephanum seniorum, annorum 1512. & 1518. *sex Basileenses* Henricpetrinæ, annorum 1529. 1536. 1542. 1548. 1559. 1570. quarum primam accuravit Johannes Sichardus, & *nona Parisensis* apud Michalem Sonnum anni 1587. quas fere omnes Arnaldus Pontacus Vafatenfis Episcopus singulatim & diligentissime expressit in egregia Chronici Eusebiani editione, quam & ipse accuravit Burdigalæ typis Simonis Millangii A. D. 1604. Huic Pontaci editioni ea omnino respondet, quam Josephus Justus Scaliger exposuit Lugduni Batavorum apud Thomam Bassou A. D. 1606. quamque secundis curis emendatiorem factam, iteravit Johannes Janssonius Amstelodami A. D. 1658. Ergo ubinam sunt Chronici Eusebiani exemplaria, Mombritio, Ratdolto, Stephano, Sichardo, Henricpetro, Sonnio, Pontaco, & Scaligero, nunquam visa, quæ *Cornelium Gallum non Foro-Juliensem, sed Foro-Liviensem* dicunt?

III. Pontacus in apparatu pag. 26. nobis testatum reliquit, se non tantum verba & sententias Eusebianas, sed syllabas & literas quoque ad octo & viginti Codices manu descriptos, Gallicos, Hispanos, Italosque summo studio expendisse. Scaliger etiam bene multis, iisque eximiis Codicibus usus est, præcipue vero *quinque* illis ceterorum præstantissimis, ab se speciatim enumeratis in Animadversionibus suis pag. 9. & 260. quos inter longe eminebat Bongarsianus, *omnium vetustissimus & luculentissimus* ab eodem vocatus, utpote scriptus A. D. 627. quo usus fuit etiam Pontacus. Addamns & quatuor alios Codices MSS. Palatinos, ad quos, ut postea dicemus, Scaligerianam editionem exegit Claudius Salmasius: & Cornelius Tollius apud Paullum Colomesium in Catalogo Bibliothecæ Vossianæ pag. 886. Hoc Tollii opus jam exstat in publica Bibliotheca Leidensi. Tædet & pudet profecto in re tam clara atque testata ejusmodi argumenta congerere, quæ non tam dedoceant, quam obruant contrariæ sententiæ assertores, si qui adhuc sunt (quod credere nolim) inter Foro-Livienfes, non tam illustrium dignitatum, quam literarum copia ceteroqui egregie conspicuos. Quis enim serio ageus scripta novitia non magnæ rei, ubi pura puta Blondi crambe recoquitur, locupletium testium locum habitura crediderit apud eos, qui non iguorant, juniores de rebus antiquis, nullo antiquorum testimonio prolato, differentes, a viris emunctæ naris contemni? Nemo profecto sapiens diffitebitur, quominus hunc numerum impleant Alexander Paduanus apud Ughellum to. II. Italiæ Sacræ pag. 604. Angelus Maria Torfanus in ea Orationum suarum, quæ est de Laudibus Fori-Livii pag. 69. Paullus Bonolus in Historia Foro-Livienfi pag. 15. Sigismundus Marchesius in Supplemento pag. 33. 100. 831. quique dedita opera hanc spartam omnium

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. I.

uberrime idemque ineptissime pro virili ornandam suscepit, Bartholomæus Ricceputus in sua, ut ait, Veritate rediviva pag. 150. 157. 161. Horum scilicet nœniis, quæ sine maximo tædio legi non possunt, quasque Historici Faventini Petrus Maria Cavinus & Julius Cæsar Tondutus jampridem sibilis exceperunt, fidem habebimus, ut antiquis scriptoribus detrahamus. Et vero cujus ponderis esse possunt unius & alterius mustei scriptoris conatus, ubi omnium editionum & veterum membranarum auctoritas æqua fronte adversatur? His apposite congruit illud Symmachi lib. x. epist. li. *sine argumento rerum, loquacitas morosa displicet*. Sed præter jam recensita Eusebiana exemplaria, quæ tanti sunt, ut vel ab invitæ consensum extorqueant, alii quoque Codices Cornelium Gallum *Foro-Juliensem* proclamant. Hi sunt *sex*, vetustissimi, & optimæ notæ, Parisiis servati in Bibliotheca Colbertina num. 240. 1058. 1286. 1398. 1701. 2542. *Duo* alii sub Carolo Magno descripti, unus bibliothecæ regię num. 4908. alter Ecclesiæ Lucensis, quem *præ ceteris insignem* Mabillonius vocat in Itinere Italico pag. 188. Regiæ præterea tres 5216. 5217. 4723. His accedit Venetiis Bibliothecæ Sancti Marci pluteo 1. ordine 1. theca 11. cod. 23. Fesulanus, a V. C. Bernardo de Montfaucon memoratus in Diario Italico pag. 392. Florentinus a me visus in Bibliotheca Sanctæ Crucis Scamno xvi 11. Cod. vi 1. a parte claustris, & tres Bibliothecæ Ottobonianæ T. 11. 39. 43. 44. Unus etiam Ambrosianæ Mediolanensis C. 191. & alter, olim Benedicti Cardinalis Accolti ex autographo Petrarchæ descriptus, nunc in Bibliotheca amici nostri Domini Passionei viri ornatissimi. His omnibus consonant Vaticani quatuor 241. 243. 244. 867. hi tamen Blondi ætatem præferentes: quod non solum character, sed etiam notatio in singulorum calce demonstrat. Verum quidem est, in hisce Vaticanis Codicibus vocabulo *Foro-Julienensis* litteram L. ubi aderat, cultro diligenter abrasam, & ubi deerat, affabre superadditam, ut hac arte Gallus ex *Foro-Julienensi*, in *Foro-Liviensem* evaderet. Sed cultrum falsarii, de posteritatis memoria parum solliciti, non ita ejusdem literæ vestigia delere potuit, quin adhuc educatur *Foro-Julienensis*, ut oculos habentibus patet. Anne vero Eusebiani Chronici auctoritas iis præsto erat, qui ad asserendum Gallum civitati *Foro-Liviensti*, Codicibus Vaticanis furtivum cultrum injicere ausi sunt? Superest tamen Vaticanus Codex 247. qui Harpyarum contactus, minime blandos, effugit, ut ceterorum ulcus detegeret. Contra tamen accidit in codice Bibliothecæ Malatestensis, Cefenæ servato, infirmæ alioquin auctoritatis, neque Blondo vetustiore, sed prorsus æquali, utpote scripto A. D. 1452. sicuti in fine adnotatur. Nam in hoc codice, ut Gallus ex *Foro-Liviensti* per alienam fraudem in *Foro-Juliensem* migrasse quodammodo putaretur, una & altera littera, sagaci, nec levi sane aut exiguo vulnere, ita est abrasa, ut ab Foro-Liviensti gloriæ hoste facinus perpetratum videri possit. Hoc fraudis genus nequaquam est novum. Huic enim omnino simile in Athanasii codicem a quopiam admiffum testatur

testatur Rufinus in opusculo de Adulteratione librorum Origenis tomo I. operum editionis Grynæi pag. 781. *Accepto, inquit, codice, inauditum excogitavit adulterationis genus. Locum ipsum, in quo sermo iste scriptus erat, rasit, & ipsum sermonem rursus rescripsit, quem raserat. Codex redditus, simpliciter receptus est. Monet iterum pro eodem sermone quaestio. Ad probationem codex profertur. Invenitur sermo, de quo erat quaestio, ex litura in codice positus, fides proferenti talem codicem, derogatur, eo quod litura illa corruptionis & falsitatis videretur indicium.* Sed nec incuriosi, nec mali homines, ad suæ rei fidem stabilendam, quoddam etiam recentius testimonium, & illud quidem egregie festivum, in sine Malatestensis codicis exarandum curarunt. Sic profecto pulchram & facillimam iniere triumphandi viam, ne diutius in veris & integris Eusebii verbis convellendis ingenia fatigarent. Quid ergo mirum, si, quibuscumque editionibus & codicibus antiquis & incorruptis insuper habitis, in hisce unis laudandis gestiunt? Alios laudare non possunt, sinceros nimirum, aut Blondo vetustiores. Nam octo codices Vaticani 242. 246. 606. 607. 817. 818. 821. 862. frustra laudantur, quibus præter Ambrosianum C. 190. & Parisiensem regium 4909. nos ingenue addimus etiam Romanos *duos* in Bibliotheca Collegii Capranicensis, quorum alterum descripsit Antonius Marii filius Florantius A. D. 1448. alter est ejusdem ætatis. In his omnibus quidem certe Gallus dicitur *Foro-Liviensis*. At vero quid hinc boni in rem suam Blondi cives exculpant, non video, si omnes isti codices sunt novi, quippe scripti vel medio, vel exeunte sæculo xv. ideoque post Blondum, ut vel mediocriter scripturæ peritis in comperto esse potest. Præterquamquod recentioribus Librariis Italis, ab *Foro-Julio* distitis, proclivis fuit lapsus ex *Foro-Julienis* in *Foro-Liviensem*, ut multis aliis exemplis probatur: a quo tamen lapsu vetustiores procul abfuisse palam est, nedum Eusebiani Chronici latinum interpretem Sanctum Hieronymum: quippe quibus vox *Foro-Liviensis* ignota fuisse videtur. Cives enim *Fori-Livii*, non *Foro-Livienses*, sed *Livienses* usque ad sæcula Blondo proxima dicti sunt. Quare nihil frequentius in Ecclesiasticis & civilibus veterum tabulis occurrit, quam *Livienses* Episcopi, civitas, populus, & Ecclesia *Liviensis*. Secus me legere in vetustissimis monumentis nusquam memini. Consulatur Baronius in notis ad diem xiiii. Maji, Petrus de Natalibus lib. x. cap. cviii. Bollandus to. ii. Aprilis pag. 752. 756. Ad hæc Lucas Holstenius in notis ad Carolum a S. Paulo pag. 25. Labbeus in Conciliis to. vi. pag. 703. Ughelli Italia Sacra to. i. pag. 616. 618. Margarini Bullarium Cassinense to. i. pag. 39. & Sigismundi Marchesii supplementum Historiarum Foro-Liviensium pag. 131. 144. 145. 152. 162. Sed nondum satis.

IV. Ab Italicis & Gallicanis Eusebii codicibus proxime adductis, qui ab omni fraude immunes abierunt, venio ad Chronographos & Historicos. Hos ætate nono ad decimum quintum advocare præstat, Gal-

SCO-

CORNELIUS
GALLUS.
Liv. I. Cap. I.

Scotos, Anglos, Germanos, Italos, qui suis scriptis verba Eusebii integra, non corrupta inseruerunt. Hi sunt Freculphus in Chronico tomo I. libro VII. cap. XIX. Marianus Scotus in Chronico lib. I. Aet. v. inter scriptores Pistorii to. I. pag. 355. Florentius Wigorniensis item in Chronico apud Matthæum Westmonasteriensem pag. 500. Conradus Urspergensis etiam in Chronico pag. 39. editionis Argentoratensis anni 1609. Vincentius Bellovacensis in Speculo historiali lib. VI. cap. IX. Venetiis excusò apud Hermannum Liechtenstein A. D. 1494. & Duaci 1624. necnon & in ejus codice MS. Ottoboniano T. III. 18. Sozomenus Pistoriensis tomo II. Historiæ suæ MS. anno U. C. 727. quæ est in Bibliotheca Abbatæ Fesulanæ, ab Orbe condito ad Cælestinum v. perducta, Guillelmus de Pastrengo in codice Vaticano 5271. Ottoboniano T. VI. 18. & in Veneto Cœnobii D. Johannis & Pauli. Franciscus Petrarcha de Augusto agens in Vitis virorum illustrium, Italice editis Polliani prope Veronam apud Innocentium Zilettum A. D. 1476. in folio, & Venetiis per Gregorium Gregorij A. D. 1527. fol. 354. pag. 2. In libro inscripto *Vita philosophorum*, in sermonem Italicum verso, editoque Florentiæ apud Petrum de Bonaccursiis A. D. 1489. in 4. cap. CVII. sic legitur: *Gallo Cornelio poeta su Furlano*. Hi de compacto omnes, ut alios interim sileam, eandem omnino patriam Gallo adscribunt, quam Hieronymianum Eusebii Chronicon adscripserat, propterea quod singuli in suis codicibus Eusebianis eam, non vero aliam, expressam reperissent. Hoc ita verum est, ut Wigorniensis natus in *Foro-Julii* prodiderit, Petrarcha vero illum voce Italice *Furlano* appellaverit. Pastrengi Petrarchæ necessarii, codices calamo, non typis scriptos, laudavi, ut errorem exploderem, quem aliena oscitatio, ut credere malim, intrusit in ejusdem Pastrengi *Origines rerum, Venetiis* editas per *Michaelem Angelum Blondam* A. D. 1547. in 4. Flavii gentilem typis Nicolai Bascaini, ubi fol. 123. Gallus *Foro Livienfis* vocatur; sed contra omnium, ut dixi, MSS. codicum fidem.

V. Argumentis in commenticiam Galli patriam allatis concinit una vox illustrium scriptorum, qui, statim, vel paullo post Blondum, in re literaria claruerunt; Hi sunt Marcus Antonius Sabellicus Enneade VI. lib. IX. tomo II. operum pag. 229. edit. Basileensis Hervagianæ anni 1560. Petrus Crinitus de Poetis Latinis lib. III. cap. XLII. Raphael Maffeus Volaterranus in Commentariis urbanis lib. XIV. pag. 203. edit. Romanæ; Jacobus Mancinellus Velliternus in Gymnasio Romano scribens A. D. 1490. ad Eclogam VI. Virgilii; Philippus Beroaldus Senior ad Propertii lib. I. Eleg. XXI. Dominicus Marius Niger Venetiis in Enarrationibus Ovidii Amorum lib. I. Eleg. XV. & Bernardinus Corius in Vita Augusti ad calcem Historiæ, quæ Mediolani proditit apud Alexandrum Minutianum A. D. 1503. Veteres & primigenias editiones, utpote a suspicionis labe alienas, libenter advoco. His colophonem imponit maximi ponderis testimonium Petri Bembi, Venetorum elegantissimi, qui Galli patriam a Timavo fluvio eam alluente his carminibus graphice quodammodo expressit.

... e

. e Gallo, che se stesso offese,
 Portar sull' ali della fama impigre
 La sua Licori, dal Timavo al Tigre.

CORNELIUS
 GALLUS.
 LIB. I. CAP. I.

Hæc perpendens Laurentius Pignorius, rerum antiquæ Venetiæ, ubi est Forum Julii, scrutator diligentissimus, Bembi sententiam egregie tutatur in Originibus Patavinis pag. 153. Malo rem explicare verbis Pignorii vel ob summi viri auctoritatem: *i versi di Pietro Bembo non istanno nel presente sito suori di luogo, perchè Cornelio Gallo ebbe per patria Cividale del Friuli; che così intese Eusebio il Bembo, Cornelius Gallus Foro-Julienfis poeta, a quo primum Aegyptum rectam supradiximus XLIII. ætatis suæ anno propria se manu interfecit, Sicchè vegano bene il fatto loro quelli, che scrivono, Cornelio Gallo essere stato d' altra Città.* Ævo Bembi Gallum patria Foro-Juliensem, *di patria di Frioli*, dixit etiam Hortensius Landus libro VI. Catalogorum pag. 463. Sed quid diutius cum his larvis luctor? Si tota res ad unum Eusebium reducenda est, qui secus loquitur atque in vetustis & genuinis Eusebij Codicibus legitur, utique is vel Eusebium non legit, vel sublesta fide, aut saltem negligenter legit. Horum unum post Benedictum Cæsenatem in libro Italico, sed Latine inscripto *Honores mulierum* lib. IV. epist. I. se prodit ejus æqualis Jacobus Philippus Bergomas in lib. VII. Supplementi Chroniconum, Venetiis primum impressi apud Bernardinum de Novaria A. D. 1482. nisi forte totum hoc crimen in ignaviam operam vertere malimus. Certe Bergomas de rebus nostratibus loquens libro X. deque Claris mulieribus cap. LIX. passim hunc errorem erravit, *Foro-Julienfes cum Foro-Livienfis* miscens, quod in aliorum etiam libris evenisse manifestum est. Adi, si lubet, Petrum de Natalibus in Catalogo lib. V. cap. VII. Fatium de Ubertis in Dictamundo lib. II. cap. XXII. Marcum Zuerium Boxhornium in Elogiis pag. 54. & Arturum in Martyrologio pag. 22. §. 9. Tantæ indiligentiæ misertus, nobiscum sentit Josephus Antelmus, ex Foro-Julio Narbonensi in opere de Initiis Ecclesiæ suæ Foro-Julienfis pag. 3. Quare iis bene sit, qui hinc lauticiis magno studio corrasis somnia sua se adstruere arbitrantur. Nobis in iis evertendis bonas horas terere non vacat, nec lubet, ne laureolam in mustaceo quærere videamur.

VI. Ceterum nequis Forum-Julij Galliæ Narbonensis, vel aliam quamcumque ejusdem nominis civitatem, a nostra diversam, Cornelio Gallo patriam largiatur, quod, Antelmio non adversante, nuper egit Hadrianus Bailletus in Judiciis eruditorum to. IV. par. 2. §. 1147. pag. 124. heic præstat animadvertere, Hieronymum Chronico Eusebiano, ab se aucto, & latinitate donato, *plurima* addidisse, a Troja capta ad annum usque XX. Constantini, *quæ intermissa videbantur, in Romana maxime historia*; Ipsemet Sanctus Doctor id testatur in præfatione. Ex his autem *plurimis*, unum est, Gallum patria *Foro-Juliensem* appellavisse; hoc enim in Græcis a Scaligero vulgatis desideratur pag. 198.

Ne.

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. I.

Neque ambigo, quin Hieronymus id speciatim didicerit ex Livii postremis libris, tunc nondum deperditis. Livius autem res Galli profectus est libro CXXXIII. quantum ex Epitome, quæ Florum vulgo auctorem præfert, colligere possumus. Quare non immerito Johannes Freinsheimius res Galli, utpote a Livio descriptas, supplevit lib. CXXXV. cap. v. Porro quis veram Galli patriam melius & accuratius magno Hieronymo nosse potuit, qui præterquam non in Gallia Braccata seu Narbonensi, sed Constantinopoli Eusebianum Chronicon auxit, aliquandiu apud nos Aquilejæ vixit, unde paulum aberat civitas *Fori-Julii*? Ibidem etiam & in aliis tractus istius Civitatibus, plures intima necessitudine sibi conjunctissimos habuit, quod ejus epistolæ palam faciunt. Quare Hieronymus si ex alia civitate *Foro-Julienfi*, quam nostra, Gallum ortum novisset, profecto is, qui in Venetia *Forum-Julii*, omnium reliquorum celeberrimum stare noverat, Galli patriam ad vitandas ambages sua appellatione, a nostra discriminaisset; præcipue quum *Foro-Julienfes* Galli non uno vocabulo in veterum monumentis distincti reperiantur, nam *Pacenses*, *Classicos*, *Ostavianos*, & *Narbonenses* dici video apud Melam lib. II. cap. v. lib. III. cap. IV. Tacitum Annal. lib. II. cap. LXIII. & in Uberti Goltzii Thesauro pag. 240. 241. Urbem tamen nostram *Foro-Juliensem* ab reliquis ejusdem nominis discriminare, opus non fuit Chronici universalis auctori Hieronymo, qui procul a Gallia braccata scribens, de nullo alio *Foro-Julii*, quam de hoc Veneto, ceterorum notissimo, loqui, satis superque agnoscebatur; adeoque nec etiam de obscuro illo *Umbriæ Foro-Julii*, cognomento *Concubienfi*, quod Plinius memorat lib. III. cap. XIV. *Umbrium* enim, aut *Concubiensem* potius, quam *Foro-Juliensem* tantum *Cornelium Gallum* dixisset, ut ejus patria sine confusionis discrimine statim designaretur. Urbes enim minus claræ, ne cum clarioribus ejusdem nominis misceantur, distinctis cognominibus indigent: non perinde clariores, quæ splendore suo minorum nomina obruunt, ab illis non obruuntur. Cave autem putes Hieronymum anachronismo usum; ac in antecessum *Galli* patriam eo nomine expressisse, quod postmodum a C. Julio Cæsare sumsit, ubi in *caforum*, & totius regionis *conventum* instituit, unde loco ipsi nomen adhæsit. Cæsar A. U. 685. quo natus est *Gallus*, annum agebat XXXII. quippe natus A. U. 653. C. Mario VI. & L. Valerio Flavio Cofs. ex Stephano Pighio in Annalibus tomo III. pag. 200. necdum ullum *forum*, ab se dictum, inveniuerat. Itaque alia *Fori* hujusce nostri, quod fuerit Galli natale solum, origo quærenda est. Livius lib. XXXI. cap. XIV. A. U. DLXXIX. M. Claudio Marcello & Q. Fabio Labeone Cofs. L. *Julio* Prætori creato, Galliani evenisse tradit, ad quam jussus est maturare, quum *Galli* transalpini per saltus ignotæ antea viæ in Italiam transgressi, opidum in agro, qui nunc Aquilejensis est, ædificarent. *Gallia* ergo tunc regio hæc nostra appellabatur, inque hac *Forum* ab se dictum prætor L. *Julius* anno ante Christum natum 183. condidit; quamque

quæ postea *C. Julius* Cæsar præ *L. Julio* clarus, alia Fora condiderit, hujusce conditor vulgo habitus est. De *Foro-Julio* nostro, vera Galli patria, plura haberemus, si Chronici Eusebiani Hieronymianam editionem haberemus, quam una cum Prospero, Victore & Paulo Diacono *innumerabilibus in locis, antiquissimorum codicum ope* castigatam, notisque illustratam paraverat Hubertus Gifanius apud Jo: Georgium Schelhornium in Amœnitatibus literariis tomo xii. pag. 590. Ceterum hæere, utrumne Galli vocabulo *familia* cognomentum, an *patria* & *natio* denotetur, ludicrum est pro *Foro-Julio Gallia Narbonensis*, si regio quoque, ubi est Forum-Julii Venetorum, *Gallia* appellatione innotuit. Addo tamen, Virgilium, Ovidium, aliosque, Latinos & Græcos, Galli cognomen ad familiam, non ad *patriam* referendum, testari. Addo pariter, gentem *Corneliam*, unde Gallus prodiit, fuisse Italianam, & Aquilejæ etiam floruisse, ut inscripti lapides docent, a clarissimo Adriensi Episcopo editi cum Monumentis veteris Antii pag. 263. & 68. Hinc Cornelius Gallus a pueris in Italia altus, & literis instructus una cum Virgilio: qui non certe in Gallia Narbonensi, sed Cremonæ, Mediolani, Romæ, & Neapoli studiis operam dedit, testibus Probo & Donato Grammaticis in ejus Vita. Hæc eo me adducunt, ut dubitari posse non credam, quominus Cornelius Gallus ortum suum traxerit ex *Foro-Julio Venetorum*, cui sincere ac libenter illum adjudicat Gallicus vates Germanus Audebertus Aurelianensis lib. 1. Venetiarum

*Quæque tibi natale solum, lectissime vates
Galle, Fori decus atque illustris gloria Julii,
Galle Maronis amor, servanda ab prodige vita.*

Legendum *Julii* in fine secundi versus non Livi, ut errore typographi legitur in editione Aldina. Loquitur enim Audebertus de nostro *Foro-Julio*, post *Patavium* & *Veronam* in Venetorum imperium redacta. Quid jam de illis dicam, qui Gallum domo *Vicetinum* fecerunt? Nunquid horum etiam sententiam pluribus labefactare opus est, dum non alio sponse nititur, quam perbelle corrupto versiculo 59. Elegiæ 1. inter Maximianæas, quæ Gallum auctorem mentiuntur? Audi rem, sane festivam. Ubi apud Maximianum legebatur, & adhuc legitur *Etruria*,

Ergo bis ornatum meritis ETRURIA nostris,

Jo: Baptista Palearinus, scriptor Sæculi xv. *Etruria* sublata, *Vicetiam* supposuit, lib. 1. Chronici sui MS. in reliquis locis *Maximiani* nomine eraso, Gallicæ addito. Hinc Palearino auctore, Maximianus *Etruscus* in Gallum *Vicetinum* migravit. Hoc deinde Commento, ut fit, nonnullis suis contraneis facile imposuit, uti *Sebastiano Monticulo* de Inventario Quæst. ccxxxii. §. 469. & Jacobo Marzario in Historia *Vicetina* lib. 1. pag. 7. Sed, viri boni, etiamsi versiculus ille, ita ut vultis, procederet, non ideo tamen *Gallum*, sed *Maximianum* *Vicetinum* haberetis. Quam vero *Gallus* noster fuit *Vicetinus*, tam *Maximianus*, versiculi auctor, non fuit *Etruscus*. Hoc postea planum faciam. Nequid

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. I.

porro hac in re lateat, silentio non præteribo, Laurentium Pignorium ab eximiis fratribus Vicetinis Paulo & Emilio Gualdis A. D. 1608. de patria Galli consultum, candide sententiam suam aperuisse, eandemque, ut vidimus, typis vulgasse A. D. 1625. in Originibus Patavinis. Ad hæc *Pignorius* de æreo Galli numismate præcedendo a Paulo rogatus, respondit, in averfa ejus parte *lyram* sibi potissimum arrisuram cum lemmate ex Virgilio in Georgicis lib. v. v. 99. CUI. NO N. CERTAVERIT. ULLA. In antica vero ipsa *Galli* imago, nomen, & patria (ut ominor) legi debuissent. Ex Pignorianis epistolis MSS. Patavio datis ineunte Januario A. D. 1609. quæ Venetiis servantur penes Clericos Regulares Somaschos ad Sanctæ Mariæ de Salute, hæc me docuit V. C. Apostolus Zenus. Gualdos autem prudentissimos viros, & Pignorio judice, causa sua cecidisse intelligerent, de percutiendo numismate amplius cogitasse non puto, veritos, ne de illustri eorum patria *Vicetia* diceretur, quod de Parisiensi urbe scripsit Franciscus Petrarca lib. x. Rerum Senilium Epist. II. ad Guidonem Januensem Antifistem: *multa suorum mendaciis debere.*

VII. In Galli prænomine discordes secum abeunt scriptores; nam Eutropius lib. VII. cap. VII. *Cneum* appellat. Hunc sequuti videntur Paulus Diaconus in Historia Miscella lib. VII. pag. 211. editionis Canisii, Vincentius Bellovacensis in Speculo historiali lib. VI. cap. I. & Petrus Crinitus lib. III. de Poetis Latinis cap. XIIII. Ad hæc Lilius Gyraldus in Dialogo IV. de Poetis, Conradus Gesnerus in Bibliotheca V. *Cneus*, Caspar Barthius in Adversariis lib. XVI. cap. XI. & in Claudianum pag. 749. nos terque etiam Henricus Palladius. Sed liticulam dirimit Pænius Sophista, Græcus metaphrastes Eutropii, Γαῖος *Cajam* reddens, cui favet Græcus codex Eusebii Scaligeriani, in quo litera compendiarie Γ. prænomen Galli signatur. Latinus interpres, vel auctor, Hieronymus in quibuscumque exemplaribus calamo & typo descriptis ad stipulatur; licet incuria quadam ipsum prænomen omnino ab sitione Scaligeri: quod totum in Mombritiana tamen legitur, *Gajus*, non, ut in reliquis, simplici nota G. quemadmodum præter codicem Lodovensem, a Pontaco laudatum pag. 512. exhibet etiam Marianus Scotus. Non ergo audiendi Gerardus Jo: Vossius de Poetis Latinis pag. 25. Jo: Vaillantius in Historia Ptolemæorum pag. 187. & Guido Pancirolus ad Notitiam Imperii cap. CXVII. quorum hic *Ælium*, ceteri *Publium* dixerunt.

VIII. Jam a nobis res postulat, ut eos errasse ostendamus, qui *Cornelium Gallum* poetam cum aliis *Gallis* miscuerunt. Hoc primum omnium egit Servius (si tamen est Servius) cujus verba hæc sunt in editione Petri Danielis ad Eclogam X. Virgilio, quæ tota in Galli laudes effunditur: *hic est primus Aſinius Gallus orator, Aſinii Pollionis filius, qui ante omnes primus Aegypti præfatus, fuit eximius poeta; nam & Euphorionem, ut supra diximus (ad Eclogam VI.) transfudit in latinum sermonem, & amorum suorum de Cytheride libros scripsit quatuor.*

Hic

A Q U I L E J E N S I S . I I

*Hic primum in amicis Cesaris (Augusti) fuit. Postea quum venisset in suspitionem, quod contra eum conjurasset, occisus est. Fuit autem amicus Virgillii &c. Labitur vulgatus hic Servius, nam Gajus, seu Gajus Asinius Gallus, non sane domo Foro-Julienfis, sed Romanus, Consul processit cum C. Marcio Cenforino A. U. 746. annoque postea U. C. 786. Ser. Sulpicio Galba & L. Sulla Cos. Olympiadis cccii. anno I. & Tiberii xx. diris a Tiberio supplicii necatur, ut constat ex Chronico Eusebii ad annum Abrahami 2030. ubi tamen id illigatur anno il. Olympiadis cxcviii. qui fuit primus Tiberii; odium enim quo Asinium Gallum Tiberius perdidit, ab initio Imperii sui conceperat, ut Pontacus observat pag. 541. Forfan Hieronymum decepit mors C. Asinii Pollionis, Galli patris, quem anno Abrahami 2020. extinctum putavit, ut adnotat Scaliger: id caussa fuit, cur filii mortem ferio rejecerit in annum 2030. Porro Asinii Galli Pollionis filii dira supplicia, de egestate cibi explicat Tacitus Annalium lib. vi. cap. xxiii. Id contigit annos lvi. postquam C. Cornelius Gallus sibi necem intulerat. Immo Asinii Galli pater Asinius Pollio, nostrum Cornelium Gallum, familiarem suum vocat apud Ciceronem infra adducendum; tantum abest, ut ejus filius dici potuerit, ut nonnullis dictus, interque eos Aldo Manutio juniori in inscriptione adulterinae Elegiae, quam postea discutiam, & Tarquinio Gallutio in Virgilianis vindicationibus pag. 459. Licet hic Servii error non levis est, non tamen est tantus, uti Scaligero visus num. 1998. ubi ait, a Servio confundi *Cornelium Gallum cum Asinio Pollione*. Quum enim & filium & patrem nominet vulgatus: Servius: *Gajus Asinius Gallus Asinii Pollionis filius*, nihil est caussa, cur verba sequentia *Aegypti praefectus, fuit eximius poeta*, Servio invito, potius referamus ad patrem *Pollionem*, quam ad *filium Gajum Asinium*, cui Galli cognomen veteres nummi largiantur apud Fulvium Ursinum in Familiis Romanorum pag. 93. editionis Caroli Patini, & inscripti etiam lapides apud Onuphrium Panvinium in Commentario ad Fastos lib. i. pag. 183. editionis Sanctandreae anni 1588. Enimvero inter *Asinium Gallum*, & *Cornelium Gallum* proclivior fuit error, quam inter *Asinium Pollionem* & *Cornelium Gallum*, ut Vossius quoque in cap. xv. de Rhetorices natura animadvertit: & tamen Augustinus Babelonius nuper *Asinium Gallum* pro *Cornelio Gallo* accepit in suis notis ad Tranquillum in Augusto lib. ii. cap. lxxvi. §. 3. Haec, quae duos Gallos confandi occasionem praebuerunt, ex Chronico Eusebiano latine reddito in genuinum Servium irrepsisse non dubito. De *Asinio Gallo* sic ibi scripserat Hieronymus ad annum, quem dixi, 2030. *Gajus Asinius Gallus orator, Asinii Pollionis filius, cujus etiam Virgilius meminit, diris a Tiberio supplicii necatur*. Scripserat etiam anno 1987. *quam (Aegyptum) primum tenuit Cornelius Gallus, de quo Virgilius scribit in Bucolicis*. Vidit quispiam, Virgilianis praetoniis *Gallum* extolli in Eclogis vi. & x. neque ulterius indagare laborans, statim hunc ipsum & *Asinium Gallum**

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. I.

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. I.

lum & *Cornelium Gallum* putavit, ad unum *Galli* vocabulum & cognomen- tum respiciens; nec animadvertens, duos *Gallus* a Virgilio lauda- ri; unum *Afinium* Ecloga IV. patri dicata, sed facta in gratiam filii; alterum *Cornelium* Eclogis VI. & X. Hinc verba de utroque *Gallo*, ex Hieronymi Chronico sumta, in sincerum & antiquum Servium truden- di, unique *Cornelio Gallo* nostro adplicandi facilitas orta est. Ergo post A.D. 380. quo Hieronymus qui Constantinopoli Eusebianum Chronicon vertit, perduxitque ad mortem Valentis, quæ contigit die IX. Augusti A. D. 378. Servium, Macrobio antiquiorem hac in parte interpolatrices ma- nus passum videmus. Macrobius porro qui Servii meminit lib. VI. cap. VI. Saturnaliorum, A.D. 400. floruisse colligit Reinesius ex cod. Theod. lib. VI. tit. VIII. in Epist. I. ad Rupertum, pag. 462. Ad hæc Vossius cap. II. de Poetis Latinis alios arguit, qui *Cornelium Gallum* unum etiam fecerunt cum *Ælio Gallo*, post ipsum Cornelium, tertio *Ægypti* præfecto, & C. Pe- tronii successore. Ex his unus fuit ipsemet Vossius lib. II. de Historicis Græcis cap. VI. quod ejus mendum, quanquam sublatum in appendice, ni- hilominus Henricus Valesius ad Ammianum lib. XVII. cap. IV. Vossio ex- probravit perinde ac Casaubono: in cujus notis ad Strabonem & Suetoni- um uterque *Gallus* coaluerat. Et tamen Strabo lib. XVII. & Dio lib. LIII. diserte unum ab alio distinxerant. Sed nec desuere qui *Cornelium Gallum* cum alio *Gallo*, apud Propertium Elegia V. & XXI. libri I. memorato, unum fecerunt, ut Janus Doufa & Philippus Silvius, tametsi Beroal- dus senior ibidem, quo Silvius offendit, hæc tanto ante adnotaverat: *nec intelligas, hunc esse illum Gallum, qui primus Ægypti provin- ciam vexit: qui Foro-Julienfis fuit: qui propria se manu interfecit: Ille enim fuit dictus Cornelius Gallus: cujus fit etiam mentio a Virgi- lio in Bucolicis, de quo Strabo & Eusebius meminerunt.* Gallum suum fuisse Umbrum Amerinum testatur Propertius lib. I. Elegia XX. 20.

*Hunc tu sive leges umbrosa flumina silva,
Sive Amerina tuos tiuxerit unda pedes.*

sic enim posteriorem hunc versum ex suo codice legit Scaliger. Obiit in bello Perusino, teste eodem Propertio Elegia XXI. habuitque matrem *Arriam*, & fratrem *Lupercum*, ex Elegia I. lib. IV. in qua de ejus morte ita canit:

*Gallus at in castris dum credita signa tuetur,
Concidit ante Aquila rostra superba tua.*

ubi hæc notat Scaliger: *inepte hæc refert ad Cornelium Gallum poetam Grammatista ille, qui Virgilii vitam ex multis auctoribus, tanquam centonem consarcinavit.* Cave insuper misceas *Cornelium Gallum* poetam cum *Cornelio Gallo Prætorio*, cujus meminit Plinius lib. VII. cap. LIII. hic enim in Venere obiit, ille sibi mortem conscivit. Non tamen repugnem, utrumque ex eadem familia oriri potuisse, quod in men- tem venit Johanni Harduino in notis ad Plinium, quanquam id ex anti- quis nemo testatur.

IX. *Cornelio Gallo cum Pollione Afinio necessitudinem intercessisse*, ex ipfomet Pollione jam dixi. Hic enim Tullio scribens Epist. famil. xxxi. lib. x. ait: *Gallum Cornelium familiarem meum posito*. Nomini enim cognomen sæpe præponi, veterum exemplis comprobatur Franciscus Sylvius Progymnasmatum Elegantiæ Latinæ, Centuria II. cap. xl. ut *Celsus Cornelius*, *Nepos Cornelius*, *Pollio Afinius*, & alia. Pontacus ad Eusebium pag. 518. *Cornelius Gallus*, *alias Gallus Cornelius*, in antiquis chirographis usurpari testatur. Dionem hoc modo scripsisse, observat Casaubonus in notis ad lib. xvi. Strabonis. Hoc notavi, nequis *Gallum Cornelium* a *Cornelio Gallo* diversum putaret. Idem Pollio in Epistola xxxi. libri x. quæ jam adductæ præcedit, ad Tullium sic scripserat: *quod familiarem meum tuorum numero habes, opinione tua mihi gratius est*, ubi quin *Cornelius Gallus* intelligatur, minime ambigit Sebastianus Corradus. Erat Pollio & poeta & orator & historicus perinsignis: quod ex veterum testimoniis memoriæ mandavit Vossius cap. II. de Poetis Latinis, deque Historicis item Latinis lib. 1. cap. xvi. diuque moratum in regione nostra *Venetia*, ut populares in potestate Antonii retineret, auctor est Vellejus lib. II. cap. lxxvi. & Virgilius Ecloga VIII. *Pollioni* inscribenda, uti oboluit Scaligero ad Eusebium num. 2020. Hinc parta Philippensi victoria anno III. Olympiadis clxxxiv. ex eodem Vossio, U. C. 712. M. Emilio Lepido, & L. Munatio Planco Cofs. *Gallus* agens annum xxvi. Pollioni & Alpheno Vario, Triumviris, munere junctus est, præpositusque *ad exigendas pecunias ab his municipiis, quorum agri in Transpadana regione non dividebantur*, ut ait Servius ad Eclogam vi. maximi Poetarum, qui ea tempestate quum agri, inter milites veteranos dividerentur in eadem *Transpadana regione*, hoc est *Venetia*, ex Pignorio in Originibus Patavinis cap. xvi. pag. 106. beneficio Triumvirorum ipse indemnis redditus, adgressus fuit ad scribenda Bucolica, eosdem Triumviros optime de se meritos celebraturus, *Afinium Pollionem*, *Alphenum Varium*, & *Cornelium Gallum*, cujus rei testem habeo *Tiberium Claudium Donatum*, quomodo in editione Georgii Fabricii auctorem Vitæ Virgiliti appellari video. Donato consentit M. Valerius Phocas alter vetus Grammaticus, ita canens

*Pollio, Macenas, Varius, Cornelius, ardent,
Et sibi quisque rapit per te victurus in avum.*

Huc alludit Codrus Urceus in Encomio Virgiliti, quod est libro 1. Silvarum.

*Quid? quod canori Pollio carminis,
Et Tucca, Gallusque, atque Propertius,
Et Flaccus acer te celebrant,
Quamvis foret inter eos similtas?*

De Virgilio hæc etiam habet Donatus: *per Macenatem, & per Triumviros, Varium, Pollionem, & Cornelium Gallum, fama carminum commendatus Augusto, & agros recepit, & deinceps familiari amore perfrui*

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. I.

fruitus est. Sed Probus, Grammaticus probatissimæ auctoritatis, qui tetigit Imperium Trajani, ut statuit rei literariæ dictator Henricus Cardinalis Norisius ad Cenotaphia Pisana Dissert. IV. cap. III. pag. 464. omnem Virgiliti fortunam & gratiam apud Augustum uni *Cornelio Gallo* ejus condiscipulo tribuit subsequenti verbis in sua Virgiliti vita, operibus ejus præfixa in editione Fabricii, Basileæ apud Henricpetrum A. D. 1575. factum, ut *Virgilius quoque agros amitteret, quos sexaginta veterani acciperent. Sed insinuatus Augusto per Cornelium Gallum condiscipulum suum, promeruit, ut agros suos reciperet.* Ad hæc, Galli operâ, utpote viri disciplina militari optime instructi, in rebus perquam arduis usus est Augustus. Nam post bellum Actiacum A. U. 723. die II. Septembris, confectum, *Gallus in Ægyptum trajicere jussus, acceptis quatuor legionibus Pinarii Scarpi, qui ab Antonio defecerat, præter Pharum, etiam Parætonium occupavit, elusitque Antonium, illuc profectum, ut copias recuperaret. Gallus enim concinere jussit tibicines, ita ut nemo exaudire quicquam posset. Quare Antonius licet muris proximus, & alta voce clamans, copias alloqui non potuit, subitaque earum irruptione ejus classis magnum incommodum passa est; nam, teste Dione lib. LI. pag. 449. editionis Jo: Leunclavii, catenas quasdam latentes noctu per fauces portus Gallus extenderat: ac deinde nullo præsidio portum custodiens sine omni timore Antonii naves cum sui contentu intro navigare passus fuerat. Postquam ea intra pervenerunt, attraxis per instrumenta, ad hoc parata, catenis, naves simul terra marique & ex adibus circumventas partim incendit, partim subvertit.* Idem ac Dio scribit Orosius lib. VI. cap. XV. II. Addit Plutarchus in Antonio tomo I. Operum pag. 952. editionis G. L. Parisiensis anni 1624. Augustum, accepto nuncio de morte Antonii, Proculejum misisse, ut viva Cleopatra potiretur: quæ ex propinquo cum illo congressi renuit, colloquio tamen ex ædificio habito. Hoc cum Augusto renunciatum fuisset, iterum missus est ad eam appellandam Gallus, qui ut venit ad fores, produxit de industria sermonem. Interea Proculejus admotis scalis intravit per fenestram, qua exceperant mulieres Antonium, trabensque secum duos ministros, descendit confestim ad ipsas fores, quibus assisibat attendens Gallum Cleopatra. Eadem habet Johannes Zonaras Annalium lib. X. cap. XXXI. Sic capta, inque custodiam tradita est Cleopatra anno regni sui XV. & CCXCIV. Lagidarum, secundum Johannem Vaillantium in Historia Ptolemæorum pag. 182. Gallus ergo non scriptis tantum, quod postea videmus, sed re bellica etiam excelluit. Quare si non princeps, aliquis saltem locus ei debebatur in Dissertatione de *Viris militiae æque ac scriptis claris*, quam Johannes Christianus Biel publicæ luci exposuit Lipsiæ A. D. 1713. in 8. ubi juvenis eruditus de tanto viro penitus siluit. Hæc apud Hieronymum in Chronico illigantur anno Abrahami 1987. & III. Olympiadis CCXXXV. ubi sic legitur: *Cleopatra & Antonius semet interficiunt, & Ægyptus fit Romana provincia: quam pri-*

primum tenuit Cornelius Gallus, de quo Virgilius scribit in *Bucolicis*. Hæc omnia ex Ufferianis Annalibus concurrunt cum periodo Julia-
na 4684. anno Mundi 3975. ante Christum xxx. Augusto 1v. & M. Li-
cino Crasso Cofs. qui fuit annus U. C. 724. non vero 725. ut
Cruquius & Doufa perperam scribunt. Tunc Augustus annum agens Im-
perii sui xv. Ægypto in tributariam provinciam redactæ, ut ait Dio
lib. 11. pag. 455. *Cornelium Gallum præfecit. Nam multitudo tam homi-
num, urbium, & agrorum, ac mores gentis leves; tum copia annona
& pecunia efficiebant, ut non modo committere provinciam Senatori
nulli auderet; sed & proficiscendi in Ægyptum potestatem, nisi ipse no-
minatim alicui permisisset, omnibus acimeret.* Hunc morem, Romanis
ante inauditum fuisse, observat Norisius ad Cenotaphia Pisana Dissert. 11.
cap. xi. pag. 223. Præfecto Ægypti sex provinciæ parebant, Libyæ duæ,
Ægyptus cum Thebaide, Arcadia, & Augustamnica. Sedes fuit Alexan-
dria, ubi non prius Ægypti imperium a præfecto deponeretur,
quam Alexandriam ingressus esset successor ejus, licet in provinciam
venisset, inquit Ulpianus Digest. xv 11. Cetera docuit Jacobus Cujacius
in Paratitlis Codicis Justiniani lib. 1. tit. xxxv 11. tomo 11. operum
editionis Fabroti, & in Appendice recitationum tomo x. pag. 584. Unus
ergo, cujus fidei & imperio, ad similitudinem proconsulis ei dato, ut ait
Ulpianus, tot ac tantæ regiones committerentur, dignus habitus fuit
Gallus: quem Strabo lib. xv 11. pag. 819. edit. Parisiensis anni 1620.
Ἐραγχορ, præfectum, vocat: quo nomine cum Servii interpolator etiam
designat. Ammianus vero lib. xv 11. cap. 1v. procuratorem, Sex. Rufus in
Breviario & Eutropius lib. vi 11. cap. vi 11. Romanum judicem, Julius
Africanus apud Georgium Syncellum in Chronographia pag. 308.
ducem Augustalem, Græce Ἡγεμῶν, Collector Chronici ex Idacio apud
Henricum Canisium tomo 11. Antiquæ lectionis pag. 619. Consulem, Pie-
rius Valerianus ad Virgilii Elogam x. Alexander ab Alexandro Dierum
genialium lib. 1. cap. 11. præsidem appellant: quæ vocabula summam rerum
potestatem præferunt. De hoc vide etiam, si placet, Baronium in notis
ad Martyrologium die xx. Octobris. Evagrius lib. 111. Hist. Ecclesiast.
cap. x11. Galli præfecturam sic memorat: post hos (Antonium & Cleopa-
tram) Cornelius Gallus præfectus (ἡγεμῶν) Ægypti ab Augusto Casare
constituitur, primusque post Ptolemaos Ægyptum rexit. Locus me-
monet, ut lapsus innuam Petri Angelii Bargæi, qui in Epistola de ædifi-
ciorum Romæ everforibus, a corruptis Strabonis exemplaribus dece-
ptus, hunc geographum Cornelio Gallo in Ægyptum proficenti Co-
mitem dedit. In eundem errorem cecidit Vossius lib. 11. de Historicis
Græcis cap. vi. quem tamen in Addendis pag. 530. postmodum sustulit
ubi primum duos Gallos Ægypto præfuisse cognovit, quibus Petronius,
ut alibi dictum, medius intercessit. Is, quem sequutus est Strabo, in
Parisienfi editione Casauboniana, omnium optima, non Cornelius, sed
Ælius Gallus vocatur, quem pro Cornelio, quasi detruncato prænomi-
ne,

ne,

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. I.

ne, cœpit etiam Pierius Valerianus. *Gallus* noster vix tanto muneri admotus, quod Ægypti imperium Augusto fervaret, memorandæ ultionis exemplum edidit, Thebas, Heroum urbem, quod defecissent, depopulatus. Hieronymus in Chronico tunc funditus & usque ad solum *dirutas* scribit. Sed Scaliger num. 1989. atque etiam in prolegomenis, Thebas a Gallo spoliatas tantum, non *dirutas* fuisse contendit. Scaliger tamen refrigerantes, pro Hieronymo sunt Samuel Bochartus in Geographia sacra lib. IV. cap. XXV. in fine, & Johannes Marshamus in Canone chronico, Sæculo XV. pag. 421. editionis Franequeranæ anni 1696. præterquamquod funestæ hujus cladis memoriam testatam reliquerit Strabo, mox sub Tiberio Imperatore, Ælio Gallo comes in expeditione Arabica, qui post C. Petronium *Cornelio* successit. Ait enim Strabo de Thebana urbe lib. XV. pag. 816. NUNC *per vicus habitatur*. Huc adde ex Juvenali, Domitiani æquali, illud Satyræ XV. v. 6.

Atque vetus Thebe centum JACET obruta portis.

Pausanias etiam, sub M. Aurelio clarus lib. V. pag. 509. *Thebas Ægyptias ad NIHILUM redactas* fuisse, literis consignavit. Tacitus de Germanico scribit Annalium lib. II. cap. IX. *Mox visit veterum Thebarum magna vestigia, & manebant struclis molibus literæ Ægyptiæ priorem opulentiam complexæ.* Apud Eusebium hæc defiguntur anno Abrahami 1989. primoque Olympiadis CLXXXV. qui fuit U. C. 726. Augusti XV. eodem Augusto VI. & M. Vipsanio Agrippa II. Cofs. Sed inter Christianos primus & accuratissimus temporum observator Sex. Julius Africanus, quem Scaliger, ab Eusebio *recoitum* dicere non veretur, id statuit integro anno citius apud Syncellum pag. 308. ubi quod Strabo de Thebis, ipse generatim de Ægypti urbibus sic exponit: *Alexandria capta, primus dux Augustalis Cornelius Gallus missus est, qui Ægyptiorum ad perduellionem desectentium urbes subvertit.* Et mox: *quod Romanorum Monarchiæ & Imperii anno XI. contigit, Olympiadis vero CLXXXV. anno IV. Post Alexandriam captam capit Olympias CLXXXV. Annorum summa ab Adam creato est 5472.* Sic Africanus, qui everfionem Thebarum alteri anno ab exordio Cornelianæ præfecturæ conjungit. Annus IV. Olympiadis CLXXXVII. cecidit in annum U. C. 725. Augusto V. & Sex. Appulejo Cofs. Antonius Pagius in Apparatu §. IX. per antiquos Christianos Chronologos, Romanorum sive Augusti Monarchiæ principium, ab anno U. C. 710. Juliano II. deductum, tuetur: quod tamen Africanus, si vulgati illius calculi recte procederent, ab anno U. C. 714. deduxisset. Sed in ejus numerales notas mendum utique irrepsit, adeo, ut XVI. pro XI. legendum sit. Jacobus Goar in notis pag. 74. ubi ex his Africanis calculis annos Augusti a Mundi 5461. ante Christum 40. vel 41. numerari observavit, suspicatur, a primis librariis in Africano lectum *MI* pro *XI* annumque XI. pro XIV. eos reddidisse. Immo librarios *MI* pro *MI* sive XI. pro XVI. reddidisse dubitari nequit. Syncellus enim pag. 311. ex Africano, ut apparet, ait, Alexandrinos a XV.

Im-

Imperii Augusti annos suos inivisse, nempe a prima die Thoth ; five 29. Augusti A. U. 724. ut in Epochis Syromacedonum Dissertat. III. cap. VII. docet Norisius. Annus autem, quo Gallus Thebas subvertit, fuit Augusti XVI. & II. ab *Egypto* in ejus potestatem redacta. Sed *Galli* exitus, opido infelix, alio nos vocat.

X. Is apud Eusebium anno Abrahami 1990. & II. Olympiadis CLXXXVIII. consignatur his verbis: *Cornelius Gallus Foro. Juliensis, a quo primum Egyptum rectam supradiximus, quadragesimo tertio ætatis suæ anno propria se manu interfecit.* Sic ex fide omnium manuscriptorum, & typis impressorum voluminum legit Pontacus: quibus post primam editionem Mombrittii, codicesque superius adductos, consentiunt Marianus, Florentius, Urspergensis, & Bellovacensis, qui Gallum XLIII. ætatis anno mortem oppetiisse ad unum omnes testantur. Quare apud Anonymum cap. CVII. Vitæ philosophorum mendum irreplit, dum XLIII. legitur pro XLIII. Sed ei triennium vitæ abstulit Scaliger. Hujus enim editio habet solum *quadragesimo*, quem postea errorem hauserunt Philippus Labbeus in Chronologia historica tom. I. pag. 105. Vossius cap. II. de Poetis Latinis, & Brietius etiam lib. II. de Poetis Latinis pag. 26. qui postremus, de rei veritate anceps vel parum sollicitus, Gallum interemtum ait, 40. *vel* 43. ætatis suæ anno. Sed Claudius Salmastius Palatinorum codicum subsidio triennium editioni Scaligerianæ restituit in suis emendationibus Eusebianis, ab Henrico Leonardo Schurzheischio vulgatis in Notitia Bibliothecæ Vinarientis pag. 206. Idem Scaliger prope animadvertit, *Galli* ruinam ab Hieronymo conjici debuisse in annum Abrahami 1691. non 1990. ideoque in annum III. non II. Olympiadis CLXXXVIII. nam Dio lib. LIII. pag. 513. Augusto VIII. & T. Statilio Tauro II. Cofs. occidisse testatur: Ne tamen vitium anachronismi ad auctorem facile referam, sed ad librariorum, in hujusmodi lapsus proclives, ea faciunt, quæ de Chronico Hieronymiano exponit Baronius A. D. 325. §. XIIII. Consulatus, a Dione expressus, congruit anno U. C. 728. Imperii Augustei XIX. Periodo Julianæ 4686. anno Mundi 3979. ante Christum XXVI. septennio ante Virgilii decessum, biennio post Thebanæ urbis excidium, *Egyptiæque præfecturæ* anno IV. Idem adstruant præstantes Chronologi Petavius, Usserjus, & pereruditus amicus noster Johannes Masson in Vita Horatii pag. 208. 209. & Ovidii pag. 34. Hinc corrigendus Salmastius, in Excerptationibus Chronologicis ad Florum, ubi Gallum sibi mortem concessivisse scribit A. U. 726. ante Christum 24. His, quæ dixi detergitur levis alucinationis macula in Scaligero & Vossio, quorum ille ad Propertium lib. II. Elegia XXXII. *Galli* mortem consignat A. U. 727. alter vero Olympiade CLXXXVII. De eadem morte Cruquius ad Horatium pag. 403. sic loquitur: *aut occisus est, aut propria manu se interfecit.* Sed ab alio, quam a seipso occisum nemo unus ex antiquis pronuciavit; non sane Suetonius, non Dio, non Ammianus, Ovidius, Propertius, Hieronymus. Hi omnes vulgatum Servii interpolatorem fatis referunt,

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. I.

qui ab alio occisum tradere videtur; quanquam non de *Cornelio Gallo*, sed de *Asinio Gallo* ejus verba esse capienda jam vidimus. In anno emortuali, quem descripsimus, adquiescit Janus Doufa, tametsi Gallum, ut alibi dictum, cum alio confundens, annos octo & quadraginta falso vixisse contenderat. Labitur etiam Henricus Ranzovius in Tractatu de annis climactericis & enneaticis, ubi pag. 90. eum periisse scribit anno enneatico LXXIII. Causa quamobrem sibi vitam exhaustit, hætenus parum innotuit; nam scriptores antiqui de eadem causa loquentes, inter se dissident; non tamen de ipsa morte: quod tradidit Andreas Schottus observationum lib. II. cap. XXVI. In hac enim omnes consentiunt. Eorundem ego varias sententias in examen vocabo, ut veritas latens, si fieri potest, ex tenebris tandem antiquitatis proferatur in lucem. Ergo audiatur antiquitas. Ammianus Marcellinus Thebanæ direptionis exuviis *Galli* perniciem adscribit, propterea quod repetundarum accusatus, procerum indignationem formidaret. Verba Ammiani hæc sunt lib. XVI. cap. IV. *Cornelius Gallus Octaviano res tenente Romanas, Ægypti procurator, exhaustit civitatem (Thebarum) plurimis interceptis; reversusque quum furtorum arcesceretur & populata provincia, metu nobilitatis acriter indignata, cui negocium spectandum dederat Imperator, stricto incubuit ferro.* Verum hoc, quod Ammianus narrat, suspectum redditur silentio Dionis, Ammiano vetustioris. Dio enim lib. LIII. pag. 512. *Galli casum derivat ex Augusto maledice traducto, & ex statuis ab eo sibimetipsi per Ægyptum erectis.* His subjungit, *Gallo crimini versum, quod Pyramidibus nomen suum & gesta, quasi rerum potitus, insculpanda curasset, quod Scaligero ad Eusebium num. 1990. est crimen majestatis.* Sed nec Lurgi, nefarii hominis, & obtretractorum calumnias Historicus silet. Proferamus verba Dionis. *Cornelius Gallus ad libidinem ex honore sibi ab Augusto dato precipitavit, ita ut multa contra Augustum vana dicta deblateraret, ac multa flagitiose ageret, statuas sibi ipsi per universum Ægyptum ponens, suaque acta in pyramidibus inscribens. His de causis accusatus a Valerio Largo, qui socius ejus & convictor fuerat, infamia ab Augusto notatus est, prohibitusque intra provincias ejus degere. Eo factò multi quoniam alii Gallum aggressi, varia ejus crimina detulerunt, decretumque est ab universo Senatu, ut judicio damnatus exfularet, bona ejus Augusti essent, ac rem sacram ejus rei causa Senatus faceret. Gallus dolorem non ferens morte voluntaria damnationem prevenit.* Sed Suetonius Dione vetustior, ab epistulis Augustorum, deque eorundem actis optime doctus, horum, quæ scripsit Dio, nullam mentionem facit, procul dubio facturus, ut puto, si eadem novisset: unde suspicio animum subit, criminum, quæ a Dione recensentur, *Gallum* minime fuisse compertum; sed ejus hostes eadem commentos, ut absenti apud Augustum invidiam conflarent. Tranquillus hoc nobis persuadere videtur in Augusto lib. II. cap. LXVI. ubi *Gallo* nullam profus notam inurit, præ-

ter-

terquam *animi ingrati & malevoli*: hancque ipsam subinde minuit, affirmans delatorum criminationibus ad necem sibi inferendam adactum Augusto lacrymas expressisse: *Gallo*, inquit Suetonius, *ob ingratum & malevolum animum domo & provinciis suis interdidit. Sed Gallo quoque, & accusatorum denunciationibus, & Senatus-Consultis ad necem (sibi inferendam) compulsio, laudavit quidem pietatem, tantopere pro se indignantium, ceterum & illacrymavit, & vicem suam conquestus est, quod sibi non liceret, amicis, quatenus vellet, irasci*. Idem scriptor cap. xvi. de Illustribus grammaticis, *Gallo* objectum narrat, quod Q. Cæcilium Epirotam, Attici Romani equitis libertum, hospitio excepisset, quanquam suspectum, quod patroni filiam, Marco Agrippæ nuptam, docens, ad turpia sollicitasset; quare, ut ait Suetonius, *ob hoc remotus, ad Cornelium Gallum se contulit, vixitque una familiarissime; quod ipsi Gallo inter gravissima crimina ab Augusto objicitur*. Ex adverso tamen pugnant quæ mox subjungit; Cæcilium scilicet post necem *Galli* scholam aperuisse, in quam nullum prætextatum admiserit, nisi cui esset officii obstrictus: *post deinde damnationem, mortemque Galli, scholam aperuit; sed ita paucis, & tantum adolescentibus præciperet, prætextato nemini, nisi si cujus parenti hoc officium negare non posset*. Ecquis autem facile credat, propter hospitium Cæcilio præbitum, tantopere *Gallum* deliquisse; & Cæcilium postea, præcipui criminis reum, impune coram Augusto degere permillum? Accedere postremo loco deberet vulgatus Servius, qui *Gallum* perduellionis reum, ideoque vita mulctatum tradere non dubitavit. Sed in hac parte spurii scriptoris commentum abunde superius explosimus.

XI. Tot ac tanta hæc auctorum dissidia, quæ etiam ab aliis (mihi tamen minime visis) in medium allata credidisse videtur sæpe a me laudatus Andreas Scottus lib. II. Observationum cap. xxvi. satis produunt, crimina *Gallo* impacta, parum certa, ipsunque calumniatorum insidiis plurimum patuisse ob honoris culmen, quo illum Augustus evexerat. Quare aliunde *Galli* ruinæ abdita origo petenda est. Hanc explicari posse mihi videor in Ovidii carminibus ejusdem ruinæ testis æqualis, utpote nati A.U. 711. ante Christum 43. ex Norisio ad Cenotaphia Pisana Dissert. IV. cap. x. pag. 202. & Jo: Massonio in Vita; unde, ni fallor, digito ostendam, crimina *Gallo* objecta, ex officina Valerii Largi sceleratissimi hominis, prodiisse. Ovidius ergo lib. II. Amorum Elegia 1x. Tibullo iusta persolvens, lepide fingit, in campis Elysiis eidem Tibullo vita functo obvius poetas eroticos, ita canens:

Obvius huic venias, hedera juvenilia cinctus

Tempora, cum Calvo, doctæ Catulle, tuo.

Tu quoque, si falsum est TEMERATI crimen AMICI,

Sanguinis atque animæ, prodige Galle, tua.

Raptim percurrenda non sunt verba temerati amici, quibus Augustum a *Gallo* offensum designari opinantur interpretes. Hanc expositionem

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. I.

audacter improbat Scaliger num. 1990. ipse mentem poetæ se proximè adsequutum hoc pacto gloriatus : *quod dicit Ovidius crimen TEMERATI AMICI, hoc interpretes referunt ad læsum a Gallo Augustum, quod ut falsum est, ita ineptum : intelligendum enim Tibullum & Gallum amicos fuisse, & postea jus amicitia a Gallo violatum. Nam certum est, Gallum vinolentum, iracundum, contumeliosum hominem fuisse.* Ita Scaliger : *cujus explicationem ut meo calculo adprobem, adduci non possum ; Nullam enim Ovidianæ sententiæ lucem impertit : quæ, me iudice, non ita capienda, hæc si Naso crimen ullum a Gallo patratum innuat ; sed potius Gallum ipsum ab amico perverfo & corrupto falsis criminibus circumventum. Hoc aperte indicat vox temeratus, nempe scelere & perfidia pollutus, verbi significatione ex intimo-purioris latinæ recessu deducta, unde intemerata fides pro integra & incorrupta.* Id vero de nemine intelligendum nisi de *Valerio Largo*, ficto & doloso Galli amico Dioni memorato, adeo, ut Ovidii sensus sit : *tu quoque, o Gallo, prodige tui sanguinis, tuæque animæ, obvius eas Tibullo, beatas Elysi sedes ingredienti, si tamen falsum est crimen, cujus te apud Augustum insinulavit sceleratus amicus Largus.* Tum illud etiam cogitare oportet, non frustra Ovidium exceptionem adungere, *si falsum est.* Nam si crimen, Gallo ascriptum, reapse verum fuisset, idem Gallus Tibullo Elysiu ingrediendi, quo nonnisi purgati pervenire credebantur, nequiquam posset occurrere ; propterea quod Gallus seorsum Herebo, ubi puniuntur impii, esset damnatus : vide Servium ad lib. vi. Æneid. v. 47. & 61. Natalem Comitem lib. iii. Mythologiæ cap. xi. Non temere igitur perspicacissimus Barthius de Ovidiana sententia hæc protulit Adversariorum libro xli. cap. xxv. *amicum illum prodidisse memorat.* De hoc amplius querendum non puto, quum jam liquido constet, Galli ruinam Ovidii ævo ex falsa accusatione derivatam, qualem dubio procul agnovit etiam Augustus, dum eidem lacrymis suis parentavit, ut jam vidimus ex Suetonio ; quod sane pietatis officium maximus Imperator perduelli & perfido homini post tantam feditatem haudquaquam solvisset, nec Senatus præcipitem sententiam improbasset. Jam sequitur, ut paucis inquiram, undenam *Largus* causam traxerit Gallum postulandi apud Augustum. Id aperit Ovidius Tristium lib. i. ad ipsum Augustum scripto, Elegia i. v. 445.

*Nec fuit opprobrio celebrasse Lycorida GALLO,
Sed LINGUAM NIMIO NON TENUISSE MERO.*

scilicet Gallo, homini libero, & sine fuco, nec ab hoste compransore, quo familiariter utebatur, sibi metuenti, inter pocula, ut fit, verbum aliquod excidit, unde *Largus*, spreto amicitia sacramento, anam arripuit Gallum deferendi ad Augustum, tanquam ingratum, & malevolum, ut Suetonius loquitur. Quumque alii perditis homines Gallum hoc pacto in invidiam raptum conspicerent, ceteris criminibus, apud historicos memoratis, eundem tanto terrarum spacio absentem, in Senatu

natū impūne onerare potuerunt, quemadmodum in hujusmodi tempe-
statibus sæpe contingit. Quare hoc pacto in ipso ætatis flore, manu sua
usus, sic concidit *Cornelius Gallus*, vir profecto maximus, & utraque
Pallade insignis, utpote quem bellicæ juxta ac literariæ & politicæ lau-
des summarum dignitatum compotem fecerint. Triumvir enim Trium-
viris in Venetia præfuit, idemque fortissimus imperator, Cleopatram
cum Antonio ad Parætonium & Pharum devicit, unde Alexandria cum
Ægypto univerfa, cui mox ipfemet *Gallus* primus omnium jus dicit,
in Romanorum potestatem pervenit. Magnis & optimarum artium
gloria clarissimis amicitiiis floruit; nam Augustum, Pollionem, Tul-
lium, Virgilium, Parthenium, Q. Cæcilium, stricto necessitudinis vin-
culo sibi conjunctissimos habuit. Dolendum porro vehementer, idem
illud fatum, ut sic loquar, quod *Gallo* vitam exhaustit, in poemata, au-
ro contra æstimanda, quibus immortalē vitam tantus vir sibi compa-
raverat, perinde sæviisse, adeo ut, si *Cris* (de qua postea) & *unicus*
versus, a Vibio Sequestro servatus, excipiantur, omnia perierint.
Corneliani ingenii monumenta apud veteres quanti fuerint, Virgillii,
Ovidii, Propertii, Parthenii, Martialis, Quintiliani, Probi, Servii,
Diomedis luculenta præconia, a nobis postmodum recitanda, patefa-
cient. Ceterum *Gallus* præfecturam Ægypti C. *Petronio* implendam
reliquit, quem deinde *Ælius Gallus* excepit. Strabo lib. xv. 1. pag. 819.
utrumque statim post nostrum his verbis recenset: *Cornelius quidem*
Gallus, cui primum provincia a Cesare commissa est, Heroon urbem,
quæ defecerat, paucis stipatus, recepit, & in Thebaide seditionem pro-
pter tributa exortam, cito admodum sedavit. Deinde Petronius, tot mil-
libus Alexandrinorum in eum irruentibus jactu lapidum, tantum suis
munitus militibus impetum sustinuit, nonnullis ipsorum interentis, ce-
terosque repressit. Gallus Ælius cum parte presidii, quod erat in Ægy-
pto, in Arabiam ingressus. Cetera, de quibus Scaliger ad Eusebium
num. 1990. Gallum objurgat, gratis dicuntur. Quod enim scribit ma-
gnus polyhistor Gyraldus in Dialogo iv. de Poetis, Proculejum *Gallo*
obvium, sibi manibus os & nares compressisse, ut innueret coram eo
non licere tuto respirare nec loqui; hoc est ingens memoriæ lapsus do-
ctissimi Lillii; quum Dio lib. lxxi. pag. 513. actum illum Proculeji nar-
rans, non de *Gallo*, sed de *Largo* loquatur, in cujus & ejusdem studio-
forum perfidiam ipse Galli perniciem ita refundit: *Documento fuit is*
Galli casus, quam parum sincere plerique benevolentia alios profequan-
tur, quando eos se Gallo, cui adulati bacætenus fuerant, prabuere, ut
eum ad inferendas sibi manus adegerint: & in Largum, quoniam eum
jam crescere videbant, studia sua converterunt; procul dubio si quid ei
similis evenisset, eadem in ipsum statuturi. Certe Proculejus ita de Lar-
go sensit, ut obviam eo forte facto nares suas osque manu compresserit,
iis, qui secum erant, significans, ne respirare quidem, Largo presente,
quenquam tuto posse. Ob hanc Gyraldi indigentiam, a qua video in er-
rorem

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. I.

rorem abductum Tobiam Magirum in Eponymologico, Janus Doufa in Schediasmate pro Tibullo pag. 921. tanquam ob crimen inexpiabile, bacchatur in *virum multarum literarum*, teste Scaligero ad Eusebium num. 2160. & longe doctissimum ac sani iudicii, ut fatetur Casaubonus ad librum x. Strabonis. Sed Doufam cogitare decuisset, quam facile sit, viros etiam perspicacissimos interdum ab alucinationibus capi: a quibus sane iisdemque palmaribus nec ipse, immitis aliorum censor, sibi cavet in notis ad Elegiam v. libri I. Propertii, ubi de Gallo quodam, sui æmulo in amoribus Cynthiæ, poeta sic canit

*Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti:
Nescit amor prius cedere imaginibus.*

hinc Doufa ratus *Cornelii Galli* honestum genus ostendi, Suetonio nequaquam pepercit, quod in Augusto lib. II. cap. LXV. tradidisset, *Cornelium Gallum ad præfecturam Ægypti ex infima fortuna proventum*. Ubi sane Doufa crimen admisit eo non minus sædum, propter quod ipse parum memor manticiæ suæ, quam ab erroribus minime vacuum gestabat in tergo, acerbe, ne impudenter dicam, in Gyraldum invehitur, quem & *Lilium* nescio quem Gyraldum appellat, & *utrumne incuriam Lilianam magis, an inscitiam, an vero madidam memoriam potius demiretur*, nescire se ait. Hui! plura adducere non sustinet animus. Sed *Gallus* iste Propertii vel Doufæ toto cælo absuit a Gallo Suetonii, quod jam demonstravimus; adeo illius nobilitas hujus generi suffragari non possit. *Gallum* tamen nostrum fuisse ex ordine equestri alias probatur testimonio Dionis, qui lib. LIII. pag. 504. scribit, Augustum Ægypto præfecisse *equestris dignitatis virum*; & Tacitus lib. I. Historiarum cap. XI. testatur, *Ægyptum, copiasque, quibus coercetur, jam inde a divo Augusto equites Romanos obtinere loco Regum*: quibus incumbens Cardinalis Norisius ad Cenotaphia Pisana Dissert. I. cap. XI. pag. 223. Cornelium Gallum *poetam insignem & equitem Romanum* appellavit. Hunc eundem Gallum Isidorus Originum lib. VI. cap. IX. ubi enumerat genera chartarum, sextæ inventorem facit, quæ, ut ait, vocatur *Corneliana*, a *Cornelio Gallo præfæto Ægypti* primum confecta. Fortassis hoc nonnihil tutatur Geographus anonymus, a Jacobo Gothofredo primum vulgatus, qui in Emanuelis Schelstratii Antiquitate illustrata to. II. pag. 624. laudat præ ceteris omnibus *Chartam*, quæ Alexandriæ in Ægypto fabricatur. Isidoro assentiri videtur Vossius pater in Aristarcho lib. I. de Arte grammatica cap. XXXV. Sed omnium antiquissimus Hadrianus Augustus in epistola ad Severianum apud Vopiscum in Vita Saturnini cap. VIII. testatur, Alexandriæ *chartam confici*.

CAPUT I.

I. *Scripta Galli, a Virgilio sepe laudati, deperdita ferme universa.* II. *Veterum plerique omnes in Galli laudes effusi.* III. *Cytheris mi-
ma, alias Volturnia, sub Lycoridis nomine quatuor libris carminum
a Gallo celebrata, M. Antonio adbasit.* IV. *Gallus in latinum ser-
monem vertit Euphorionis Chalcidensis poetæ Hesiodum & Cbiliadem.*
Item utriusque Scyllæ, Terei quoque & Philomela fabulas versu de-
scripsit. V. *Poema Galli de Scylla, Nisi filia, in avem Cirim conver-
sa, adhuc superest, Virgilio & Catullo falso attributum.* VI. *Ciris
amplius Gallo vindicatur.* VII. *Argumenta Cirim Virgilio adjudi-
cantia evertuntur.* VIII. *In Ciris poema censura Caroli Ruai, de-
que eodem poemate summorum virorum judicia.*

I. **J**Am superest, ut ad ingenii fœtus, quibus *Gallus* nomen suum im-
mortalitati commendavit, diatribas convertamus. Multa eum li-
teris condidisse, a veteribus memoriæ proditum est. Sed hæc fere omnia
tempus edax nobis plane subripuit. Etenim ex quatuor libris Amorum
de Cytheride amica, qui Servio memorantur ad Eclogam x. Virgillii,
carmen unicum, sub ejus nomine adhuc superstes, in Vibii Sequestri li-
bello de fluminibus, exspiscatus est sagacissimus Barthius, qui fati mira-
ri nequit, magni & celeberrimi vatis opera omnia intercidiisse, ita ut
vix apud unum & alterum Grammaticum laudata reperiantur. Sic au-
tem loquitur Barthius in Adversariis lib. xv. cap. xi. *Galli scripta fun-
ditus perierunt, nec Grammaticorum quidem allegationibus vindicata,
quod genus in aliis magis frivolis curiosius est.* Hoc idem his verbis rur-
sus miratur lib. xli. cap. xxvi. *illud mihi miro mirius est, non existare
apud Grammaticos, nisi Virgillii interpretes, idque alieno in opere, quic-
quam de tam luculenti poetæ fragmentis, quod ejus videri possit genius.*
Unum quidem solum versum existare nunc memini apud Vibium Seque-
strum in libro de fluminibus, de Hypane.

Uno tellures dividit amne duas.

Scaliger in Eusebium num. 1362. sic legit:

Uno qui terras dividit amne duas.

putatque, falso heic dici, *Hypanim* dividere Europam ab Asia, quum
Borystheni misceatur. Sed contra est Abrahamus Ortelius, in thesauro
geographico duplicem *Hypanim* distinguens, & hunc, de quo loquitur
Gallus, alias *Phasim*, Asiæ & Europæ terminum antiquos fecisse ani-
madvertens, forte ex Procopio de Bello Gothico lib. iv. cap. 11. & v. 1.
ubi auctores adferuntur Herodotus atque Æschylus. Gerardus Johannes
Vossius de Analogia lib. i. cap. xl. *tellures non terras*, de diversis con-
tinentibus *Asia & Europa*, a Gallo scriptum probat, & pro exemplo
adducit. Licet *Galli* carmina fere omnia perierint, decus tamen nun-
quam

CORNELIUS
GALLUS.
Lib. I. Cap. II.

quam interitum ei pepererunt, quum veterum poetarum nobilissimi (non tamen *Horatius*, quod tradidit Blondus) teneros eorundem affectus, Gallie rarum in iis pangendis ingenium, magnis & repetitis laudibus cumularerint. Virgilius ceterorum princeps, non solum in Bucolicis, uti Ecloga I. in qua *Gallum* latere sub nomine Tityri, ait Servius, sexta insuper & postrema, de quibus agam inferius; sed præcipue in *Georgicis Cornelium Gallum* mirifice ornavit, ita ut *quartus Georgicorum a medio usque ad finem ejus laudes teneret, quas postea, jubente Augusto, in Aristæi fabulam commutavit*, inquit Servius in Ecloga x. Quare, ut ait Pontacus ad Eusebium pag. 513. de Gallo Virgilius loquitur lib. iv. *Georgicorum sub nomine pastoris Aristæi, alludens ad Aristæi fabulam sumtam ex Iliad. xviii.* Hanc tamen Servii narrationem in notis ad argumentum ejusdem Eclogæ, & rursus in argumento libri iv. *Georgicorum*, postquam recitasset Carolus Ruæus, subinde in falsitatis suspicionem idem ipse vocare non dubitavit in sua Virgilii historia per Consoles descripta, idque tribus de causis, quas præterire non decet.

1. Aristæi fabula cum Apum cultura ita cohæret, ut *nata e re ipsa, non hinc attexta videatur.*

2. *Virgilius tantam operis partem, laudando Gallo minime debuit tribuisse, qui nonnisi pauculos versus Macenati dederat suo, cui totum ipsam opus dedicabat.*

3. *Augustus ipse, qui, Suetonio teste, luxerat Galli necem, non ita videtur infestus ejus fuisse memoriæ, ut iuanes ei laudes invideret.*

Hæc Ruæus; quæ mihi tanti non sunt, ut Servii testimonium explodere valeant: qui certe quod narrat, alicunde hauserit. Neque connexo Aristæanæ fabulæ cum apum cultura prohibet, quominus eandem fabulam, *Galli* laudibus inde resectis, subrogare Virgilius potuerit; non enim summi poetæ ingenium ita erat angustum, ut eandem fabulam reliquo operi aptare nesciret. Neque maximi & amicissimi capitis encomia fusius a Virgilio cani dedecuit, ut ut de Mæcenate, cui totum opus suum nuncupabat, id ille non ita præstiterit, ratus sufficere si paucis eundem alloqueretur, ut Hesiodus alloquutus est Persem, & Lucretius Memmium. Libros *Georgicorum* A. U. 724. Virgilius absolverat, quos tunc Atellæ per quadriduum recitavit Augusto, ex bello Asiatico reverso, ut ex Donato colligit Norisius ad Cenotaphia Pisana Dissert. 11. cap. xi. pag. 249. Itaque Augustus *Galli* laudes memoriæ infixas quadriennio serius mutari jussit, utpote quæ *Galli*, e vivis sublata, virtutes eidem Augusto, & Senatui quodammodo exprobrare viderentur, neque illas palam cani deceret, quanvis Augustus *Galli* necem luxisset.

II. Sed non unus Virgilius *Galli* nomen impense coluit, præsertim Ecloga vi. cujus versus infra recitabo, & x. ubi ait:

Carmina sunt dicenda. Neget, quis carmina Gallo?

Ovidius enim in libro II. Amorum Elegia xv. ver. 29. ita de illo cecinit,

GAL-

GALLVS & Hesperii & GALLVS notus Eois,
Et sua cum GALLO nota Lycoris erat.

CORNELIUS
GALLVS.
LIB. I. CAP. II.

Libro autem primo de Arte v. 333.

*Et teneri possis carmen legisse Properti,
Sive aliquid GALLI, sive, Catulle, tui.*

Item v. 537. de Mima a Gallo celebrata

Vesper & Eoa novere Lycorida terra,

Lib. 1. de Remedio amoris v. 765.

Quis posuit lecto durus discedere GALLO?

Et denique lib. v. Tristium Elegia 1.

*Delicias si quis lascivaque carmina querit,
Præmonco nunquam scripta quod ista legat.
Aptior huic GALLVS, blandique Propertius oris!*

Ovidium excipit Propertius lib. II. Eleg. xxxiii.

*Et modo, formosa quam multa Lycoride, GALLVS,
Mortuus inferna vulnura lavit aqua!*

Martialis etiam lib. VIIII. Epigr. LXXIIII.

Ingenium GALLI pulchra Lycoris erat.

Huc facit locus Octavii Cleophili Phanensis in Carmine de Cætu poetarum pag. 22. editionis Basileensis apud Frobenium A. D. 1518.

*Cynthia lascivi micat inde decora Properti,
Illinc pulchra, tuus, Galle, Lycoris, amor.*

Cleophilo addamus Herculem Strozam in libro I. Amorum fol. 67. s. ita canentem.

*Galle, tuus super ignis erit, tenerique Properti,
Aurea dum Veneris diriget arma puer.*

Herculis etiam patrem Titum in lib. I. Eroticorum fol. 14.

Abstulit ardentem Gallum formosa Lycoris.

Jam vero ad Propertium redeo, ad cujus locum superius adductum, hærentes, mirum in modum se torquent interpretes. Beroaldus significari opinatur, Gallum apud inferos abluisse cruorem ex vulneribus, quæ sibi ipse intulerat, ministerio amica Lycoridis, quæ Gallum apud Inferos præstolabatur. Scaliger pro quam multa, legi jubet qui multa, eique adstipulatur Janus Brouckusius in notis ad Propertium pag. 209. Andreæ Schotto observationum lib. II. cap. xxvi. qua multa, potius arridet. Super hæc Barthius Adversariorum lib. XII. cap. xxvi. in multis anceps, sic loquitur: *is, ut verum dicam, Propertii locus mihi semper aliqua difficultate impeditus hæere visus est. Juuandum putavi parva commutatiuncula, nimirum uti legatur: de modo formosa, &c. Et quæso attentius vulgata scriptura consideretur: Infert enim Gallum, mortuum formosa Lycoride. Sed illud verum non est.* At si Propertium de poetis eroticis, statim a morte Galli ibidem loquentem, viri docti accuratius pensiculassent, ab ejus fortasse verbis sollicitandis abstinissent. Nullo enim Ædipo indigent, dummodo instar exclamantis le-

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. 11.

gantur hoc pacto: *Et Gallus, modo mortuus, o quam multa vulneta, ob formosam Lycoridem sibi inflata, lavit aqua inferna!* Schottus, vir sane pereruditus, hoc Propertium ex Euphorione, quem Gallus Latinum fecit, expressisse adnotavit; cuius Euphorionis hic versus prostat apud Photium cod. exc. non cc. ut errore typographico legitur apud Schottum. *Κωνστος μωρος τὸν ἀγάλακι τῆς Ἀδωνιδος.*

Solus Coccyus sua vulneta lavit Adonin.

Quamquam Ptolemæus Isephæstion hoc aliter accepit; de stygia tamen aqua accipit Schottus, qua Euphorion tradit ablutum Adonidem: cui Romæ in sarcophago, ejus fabulam præferente, vulneta ad sistendum sanguinem spongia detergi observatum a Cæsare Baronio A.D. 34. §. cxxv. Ad hæc, Galli versus magni fecit Quintilianus, licet paullo duriusculos appellans; nam inter quatuor Elegiographos, quorum præstantia Latini Græcos provocarent, locum Gallo dedit his verbis Institutionis lib. x. cap. I. *Elegia Græcos quoque provocamus, cujus mihi tersus, atque elegans maxime videtur auctor Tibullus. Sunt qui Propertium malunt. Ovidius utroque lascivior, sicut durior GALLUS. Quintilianus iudicium sequutus videtur Homerus Italicus Jo: Georgius Trissianus libro 1x. Italix liberatæ fol. 161.*

*Volgi la vista all' Elegia, che mena
Al dolce ber Callimaco e Fileta,
E Propertio, e Tibullo, Ovidio, e Gallo.*

Sed Ovidius ipse, qui in hac arte excelluit, libro 1v. Tristium Elegia x. v. 64. Gallo potiore locum hoc pacto assignavit

*Virgilium vidi tantum, nec arara Tibullo
Tempus amicitia fata dedere mea.*

*Successor fuit hic tibi, GALLE, Propertius illi,
Quartus ab his, serie temporis, ipse fui.*

Hæc Naso declarat, elegos poetas eroticos, eximios & singulares quatuor uno eodemque sæculo Augusti floruisse; quorum alius alium, tanquam *atatis* pariter & *gloriæ* successor, exceperit: quæ est Francisci Vavassoris sententia in pereleganti libro de ludrica dictione, operum ejus pag. 35. Ex his locupletissimis testibus exploratum habemus quanti fuerint Galli poemata, ita quidem, ut Parthenius Nicænus & ipse poeta & mythologus insignis, eidem inscripserit librum *περὶ ἑρωτικῶν ᾠδῶν μέρους, de amatorii affectionibus*, inter Scriptores Historiæ poetiæ Thomæ Galei pag. 343. existantem, quem *de amantibus* vocat Probus in Eclog. 11. Virgilio ad cap. v. ejus libri respiciens, ut notat Jo. Albertus Fabricius in Bibliotheca Græca lib. 11. cap. xxvi. §. 9. pag. 675. ubi vir doctus & perhumanus de me honorifice loquitur. Parthenii epistolam nuncupatoriam, quoniam brevem, hic excribam, in latinum sermonem translata a Jano Cornario.

PARTHENIUS CORNELIO GALLO.

Quam convenire tibi, Corneli Galle, putarem, amatoridrum affectio-
num

num lectionem, eas quam potui brevissime collectas transmissi. Multa enim apud poetas sunt, quæ magna consideratione indigent, ubi illæ non perfectæ sunt expressæ. Licebit autem tibi ex illis plurima in poemata æ elegias transferre, quæ videlicet maxime jucunda videbuntur, quum alias nihil superfluum in illis sit comprehensum, quod transilive possis, ob verborum tardium ei factus iniquior. Commentariolorum enim vice illas congestimus, ut & tibi similem usum exhibiturus sperem. Hæc Parthenius, quæ, quanto in honore Gallus fuerit, ostendunt. Dum quis legit verba illa de libro Parthenii apud Vossium lib. II. de Historicis Græcis cap. I. eum dicavit Cornelio Gallo Foro-Julienſi, primo Ægypti præfecto. Quid mirum? erat enim Gallus poeta egregius & amorum minime vacuus, non ideo putet, Parthenium opus suum Gallo, præfectura Ægypti jam tunc potienti, dicavisse. Parthenius enim semper in Asia non vixit, sed plerisque vitæ suæ annos Romæ egit, huc ductus a Cinnæ ex bello Mithridatico circa A. U. 670. ut vidit Fabricius, qui de eo fufe & erudite disseruit. Græcas hic literas docuit Virgilium, teste Macrobio Saturnaliorum lib. V. cap. XVI. eique propterea in Urbe agenti, cum Gallo se amatoris argumentis in primis oblectanti, consuetudo intercesserit.

III. Libros IV. Elegiarum de amoribus *Cytheridis*, quæ sub *Lycoridis* nomine passim innotuit, Gallum scripsisse constat: Hoc discimus ex antiquis Virgilii interpretibus ad Eclogam X. quæ a Gallo titulum & argumentum accepit, dum Cytheris, quam ipse deperit, M. Antonium in Galliam ulteriorem sequuta est, ut Servius prodidit: qui etiam testatur, Eclogam VI. ubi Quintilius & Gallus laudantur, a Cytheride in theatro cantatam, spectante & obstupente Cicerone. Sed hoc posterius subducta temporum ratio falsum evincit apud Davidem Blondellum in Tractatu Gallico de Sibyllis lib. I. cap. XXI. pag. 58. Similiter Ludovicum Vivem errasse manifestum est, ubi ait, Poetam Ecloga X. sub titulo amorum deſtere mortem Cornelii Galli. De Cytheride, ab Antonio circumducta, hæc habet Cicero ad Atticum lib. X. Epist. X. alias XI. *hic tamen* (Antonius) *Cytheridem secum læticia aperta portat, altera uxorem*, scilicet *Fulviam*, explicans quidem Sebastiano Corrado, nisi cum Lipsio Epistolicarum Quæstionum lib. IV. Epist. XI. *alteram uxorem legere malimus; meretriculas enim hominibus luxuriæ deditis, loco uxorum esse omnes norunt*. Hinc idem Cicero ad Atticum lib. XV. Epist. XXI. alias XXI. Antonium acuto scommate vocat *Cytherinum*. Rursus lib. X. Epist. XVI. *Collega noster Antonius, cujus inter lætiores læticia Mima portatur*. Ea fuit professione Mima, P. Voluminii Entrapeli, M. Antonii necessarii, Liberta: unde Servius, Probus, & Cicero eam *Voluminia* nomen sumiſſe tradunt, non tamen *Polymnia*, ut errore librarii legitur apud Donatum. Eandem *infra Voluminium* ipsum, a quo etiam amabatur, accubuisse, testis est Cicero Familiar. lib. IX. Epist. XXVI. qui Philippica II. cap. VI. illius consuetudinem M. Antonio expröbavit,

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. II.

utpote facetias ex Mimæ & Ludicæ suæ Cytheridis contubernio affectanti : quam licet amicam, ab assiduo tamen Antonii consortio, false uxorem appellat. Verba Ciceronis audiuntur : *at enim quodam loco facetus esse voluisti. Quam id, Dii boni ! non decebat ? In quo est tua culpa nonnulla : aliquid enim falsis ab uxore Mima trahere potuisti.* Infra vero cap. xxiv. sic peroravit in Antonium, provincias cum Cytheride Mima obtinentem, quod refert etiam Plutarchus ; *vehebatur in esse Tribunus plebis, licitores laureati antecedeabant ; inter quos aperta læticia Mima portabatur, quam, ex opidis municipales, homines honesti, obviam necessario prodeuntes, non noto illo & mimico nomine, sed Voluminium consulabatur.* Notum illud, & mimicum nomen, erat Cytheris. Plinius senior lib. v. 111. cap. xv. narrans Antonium in medio bellorum civilium non puduisse cum eadem Cytheride in curru a Leonibus vestito Urbem circumire, *tempore illo, inquit, generosos spiritus jugum subire coactos, prodigio significante ; nam quod ita veitus est cum Mima Cytheride, supra monstra etiam illarum calamitatum, fuit.* De hoc similiter Plutarchus in Antonio. Ergo Cytheride Antonium in Galliam sequuta, Virgilius Eclogam x. lusit, ut Gallum ejus discessu mœrentem solaretur ; quod palam facit v. 22.

. tua cura Lycoris
Perque nives ALIVUM, perque borrida CASTRA sequuta est.

Mox Gallus ipse nec ita in Cytheridem amasiam fugientem querulus clamare fingitur v. 46.

*Tu procul a patria : nec sit mihi credere tantum,
Alpinas (ab dura) nives, & frigora Rheni,
Me sine, sola vides ?*

Augustus Antonium in Mutinensi prælio devicit anno Abrahami 1976. & iv. Olympiadis cxxxiv. secundum Eusebium. Antonius in Galliam ulteriorem profugus ex Epitome Liviana cap. cxix. & Plutarcho, tunc M. Æmilio Lepido se conjunxit periodo Juliana 4671. anno Mundi 3961. ante Christum xliiii. ex Ufferianis Annalibus, & xviii. ante necem Galli : qui tunc annum agebat xxv. Hi chronologici characteres concurrunt cum anno U. C. 713. Antonio & P. Servilio Isaurico il. Cofs. Sed Ruæus in Historia Virgillii eam, de qua loquimur, Eclogam x. quæ tempore præcessit *quinila*, Scaligero judice, num. 1960. scriptam fuisse contendit anno x11. ante necem Galli, & xxx111. ætatis Virgillii ; quanvis Scaliger Virgilium xxx. annum jam natum ostendat quo tempore Cytheris transit in castra Antonii. Ad hæc Ruæus in argumento ejusdem Eclogæ x. persuadere conatur, *Cytheridem* Antonii aliam fuisse a *Lycoride* Galli. Sed non ego facile propter unum Ruæum fidem antiquis scriptoribus derogare ausim, Probo, Servio, & Junio Philargyrio ad Eclogam x. Donato item in Vita ; & recentioribus etiam bonæ notæ, inter quos eminent Ruæi focii Brietius & Vavassor, a me ali-

alibi memorati. His tamen præeat Angelus Politianus, vir magnus & philologorum quidam veluti sol, de Cytheride *Galli* hæc canens in Nutricia pag. 542. operum editionis Basileensis anni 1553. apud Nicolaum Episcopium, quam ideo peculiariter adnoto, quia reliquarum optima est.

. *Galli mina Cytheris*
Personam falsæ lascivæ Lycoridos adfert
In scenam, & docto clausam se jactat amanti,
Dum miser ipse suo fodiat præcordia ferro.

Alia est *Lycoris*, meretricula tamen & ipsa, ut videtur, cui forte ab vetustiore illa nomen adhæserit, apud Martialem lib. I. epigr. III. & lib. IV. epigr. LXII. Jam propius venio ad ea, quæ majoris sunt momenti, *Galli* nempe lubricationum examen.

IV. Postquam *Gallus* discessum *Lycoridis* flevisset apud Virgilium Ecloga X. tandem dolori suo multiplex remedium quærit, primumque ita declarat.

Ibo, & Chalcidico qua sunt mihi condita versu
Carmina, pastoris Siculi modulabor avena.

Hic innuit, se, ut solamen suo mærori conciliet, Theocritico seu pastoralis stilo modulaturum carmina, quæ ex Græcis *Euphorionis*, Bucoliciæ Chalcidici, jam pridem latine condiderat. Hoc Servius & omnes plane Virgiliani interpretes iis versibus significari consentiant. *Euphorion*, ex Suida to. I. pag. 915. editionis Ludolphi Kusteri, & ex Vossio de Poetis Græcis pag. 66. natus Olympiade CXXV. præfuit Bibliothecæ Antiochi Magni Syriæ Regis, multaque elaboravit, inter quæ Lilius Gyraldus in Dialogo III. de Poetis, & Franciscus Patricius in Poetica historiali lib. I. pag. 114. (ex Suida tamen) opus, cui *Hesodo* nomen esset, enumerant. Ob hoc Varro fortasse & Columella *Euphorionem* cum scriptoribus rei rusticæ colloca runt. Scripsit quoque *Mopsopiam*, libris quinque distinctam, in quibus actum præcipue de rebus *Atticis*, ex Vossio de historicis Græcis lib. I. cap. XV. *Attica* enim dicta olim *Mopsopia* ab ejusdem nominis Oceani filia, ut tradit Suidas, sive potius a *Mopso* quodam alio, quam vate, ut auctor est Hieronymus scriptor antiquus apud Strabonem lib. IX. pag. 443. *Euphorion* autem licet Chalcide ortus, fuit incola Atheniensis ex Photii cod. CCXXXIX. Ad hæc etiam *Chiliadem* lucubravit, quæ mille annorum oracula, eventu comprobata, libris quinque complecteretur; quamquam Vossius, qui *poetam historicam* vocat, librum quintum *Mopsopie*, titulo *Chiliadis* inscriptum putavit: quod visum fuit etiam Gyraldo. Plurcula vide apud Vossium, qui hæc fuscè persequitur. Ex *Chiliade Euphorionis* quædam leguntur in fragmento Stephani Byzantii nuper edito in Bibliotheca Coisliniana a summo & viro & amico Bernardo de Montefalconis pag. 281. qui etiam pag. 519. ait, ejus epigrammata existare in Anthologia Leonardi Philaræ. Jo: Jonsius in lib. II. cap. IX. pag. 160. de Scriptoris Historiæ

riæ

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. II.

riæ philosophicæ ex Athenæo lib. iv. cap. xxv. observat, hunc Euphorionem scripsisse librum de *Poetis Melicis*. De eo sic Cicero lib. ii. de Divinatione cap. LXIV. *ille vero nimis etiam obscurus*, nempe Euphorion. Hoc fortasse propter non imitandas voces, quibus aliquando usum notat Photius, quanquam tot fabulis, quibus erat referens, id tribuat Vossius de poetis Græcis pag. 67. Lucianus, ut poetam, in descriptionibus sibi minime temperantem, Parthenio & Callimacho sociavit, de Homero loquens in libro de scribenda historia, et Operum pag. 371. edit. Bourdelotii, *quanquam enim (Homerus) poeta est, prætercurrit tamen Tantalum & Ixionem & Tityum, & reliquos. At si Parthenius, aut Euphorion, aut Callimachus eadem tractaret, quam multis putas versibus aquam adusque labia Tantali adduxisset*. Athenæus lib. xi. cap. vii. *Euphorionem* poetam semel atque iterum laudat, cujus fortasse Epihedion in Protagoram Astrologum memorat Laertius lib. ix. cap. 56. pag. 578. edit. Amstel. 1692. *Euphorionis* versus quosdam concessit Petrus Victorius Variarum lect. lib. xxxiii. cap. xiiii. Sed nemo hætenus docuit, utrumne *Gallus* aliquot tantum, an omnia ejus scripta latinitate donaverit: quod vidit etiam Patricius pag. 138. quippe Servius ait generatim: *Euphorion, quem transtulit Gallus*. Ex Ecloga tamen vi. Virgilii satis educitur, latinum fecisse Euphorionis *Hesiodum*, & etiam *Cbiliadem*; nam poeta Silenum cantantem inducit, quo pacto *Gallus ad flumina Permessi errans*, in magnum poetam evaserit, ab una ex novem sororibus ductus in *Aonios montes*, ubi *Phæbi choros omnis illi assurrexit*, præcipue *Linus* poeta, qui musarum nomine *Hesiodi calami* Gallum donarit, eodem cauere jussu *originem Grynai nemoris*, ubi oraculum Apollinis colebatur. Inde factum, ut *Gallus* etiam utriusque *Scyllæ, Nisi, & Phlorci* filiarum; item *Terei & Philomela metamorphoses* versu descriperit. Ceteram ex amplissimis laudibus, quas in hac Ecloga vi. Virgilius Gallo largitur, Antonius Sebastianus Minturnus in lib. vi. de Poeta pag. 540. *consentaneum* esse censuit, in *summis poetis Gallum haberi*. Committere vero non possum, quin universam, quam tetigi, narrationem, ex ore Sileni Maroniani adscribam.

*Tum canit errantem Permessi ad flumina GALLUM,
Aonas in Montes ut duxerit una sororum,
Utque viro Phæbi choros assurrexerit omnis:
Ut Linus hæc illi divino carmine pastor,
Floribus atque Apio crines ornatus amato,
Dixerit: vos tibi DANT CALAMOS, en accipe, MUSÆ,
ASCRAEO quos ante SENI: quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi GRYNÆI NEMORIS DICATUR ORIGO,
Nequis sit lucus, quo se plus jactet APOLLO.
Quid loquar? Aut SCTLLAM NISI? Aut quam fama se-
quuta est,*

Can-

*Candida succinctam LATRANTIBUS inguina MONSTRIS.
Dulicibus vexasse rates, & gurgite in alto
Ab timidus nautas CANIBUS lacerasse MARINIS?
Aut ut mutatos TEREI NARRAVERIT ARTUS?
Quas illi Philomela dapes, quæ dona paravit?*

CORNELIUS
GALLUS.
Lus. I. Cap. II.

Hæc carminibus res Galli numero plures tangi conspiciamus.

1. Illum e Græco latinum fecisse *Hesiodum* Euphorionis.
2. *Cylliadem* etiam ejusdem auctoris, sive de origine oraculorum, illius præcipue, quod colebatur in Luco Apollinis *Gynæi*. Quare Servius ad ea verba: *Gynæi nemoris dicitur origo*, hæc notat: *hoc autem Euphorionis continet carmina, quæ Gallus transtulit in sermonem latinum.*
3. Fabulam *Scyllæ Nisi filia*, in avem *Cirim* mutatæ.
4. Fabulam etiam alterius *Scyllæ Phorci filia*, quæ monstrum marinum induit.
5. *Terei & Philomelæ* metamorphoses versu etiam narravisse.

Petrus Daniel Huetius in Dialogo de optimo genere interpretandi pag. xi. hæc quæ *Gallus* ex *Euphorione* latine expressit, ejus generis fuisse arbitratur, quum non auctorem modo, auctorisque verbis subjectam sententiam respicit interpret: sed vel lectoris etiam servit voluptati, aut studii, vel suo ipsius ingenio indulget. Fabius Paulinus nostras in erudita Oratione de Græcis literis cum latinis conjungendis pag. 6. catalogum veterum poetarum latinorum texens, qui Græcos expresserint, *Cornelium Gallum* idem quod alii fecerant, præstitisse arbitratur, dum *Euphorionem* Græcum poetam in latinum transtulit. Scripta tamen hæc omnia, tertio solum excepto, de *Scylla Nisi*, prorsus evanuerunt, tum codex Græcus *Euphorionis*, tum *Galli* interpretatio latina, si hemistichium aliquod illius excipias, ab antiquis scholiastis Græce servatum. Hinc dormitasse putamus Ludovicum Cerdam, ubi ad Virgilii *Ecolg.* x. v. 50. de *Euphorione* hæc adnotata reliquit: *tantum itaque restant & Græca paucula, & quæ Gallus fecit Latina*. Alio prorsus abiit Julius Pomponius Sabinus ad eundem locum hæc scribens: *quidam ajunt Gallum transtulisse Euphorionem, sed errant*. Anne errat etiam Virgilius, qui nobis id diserto suo testimonio comprobavit? Ceterum magno studio *Gallum* opera *Euphorionis* prosequutum, quod fecit & Tiberius Imperator, narrante Suetonio in ejus vita lib. II. cap. LXX. non solum inde constat, quod illius scripta Latio donaverit; verum etiam quod *Elegias* fuerit imitatus. Hoc indicat Probus ad *Ecolgam* X. Virgilii: *Euphorion Elegiarum scriptor, Chalcidensis fuit, cujus in scribendo sequutus colorem videtur Cornelius Gallus*. Inter veteres Grammaticos *Elizæ Putschii* col. 482. *Diomedes* idipsum sic aperit in libro II. *quod genus carminis (Elegias) scripserunt apud Romanos, Propertius, Tibullus, & Gallus, imitati Græcos Callimachum, & Euphorionem*. Hinc recte visum Casaubono, junctim a Suetonio *Euphorionem*, & *Parthenium*, poetas elegiacos, nominari, ob similitudinem poetarum, eosque propterea Tiberio libidinosisimo

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. II.

mo Principi probatos, quod amatoria tractarent: quo nomine *Gallum* quoque nostrum celebratum nemo nescit. Sane Euphorionis poemata Romæ sic vulgo probata, ut a parum sobriis cantarentur, testis est Cicero: qui Tuscul. *Quest.* III. XXI. mollium Scriptorum lectioni operam dantes, *Cantores Euphorionis* appellat. Hæc refellunt Ruæum Probo inique adversantem pag. 88. quasi temere & falso Euphorionem *elegiographi* nomine compellasset. Si de *Servii & Vibii* Sequestri ætate certo constaret, facile esset agnoscere, quo tempore *Galli* opera haud dum perierant, quandoquidem ab utroque, ut adhuc exstantia, memorantur. Utinam vero Barthius edidisset *corpus veterum poetarum*, quod quinque tomis distinctum se editurum sponderat in *Adversariis* lib. XLIV. cap. XIX. primo enim volumini fragmina *Galli* inserere decreverat. *Gallus* sermone etiam numeris soluto videtur excelluisse, nam Fabius Institutionum lib. I. cap. x. ejus orationem commemorat in C. Asinius Gallum C. Asinii Pollionis historici filium, judice Vossio in fine capituli XXI. lib. I. de historicis latinis: quæ tamen oratio *Labiænum* præferat auctorem. Sed hunc juxta ac alios bene multos *Galli* nostri literarios labores nobis (heu!) tempus edax invidit. Quare non illepide in Mariniani poematis periocha vel cantu x. §. CLVIII. inter auctores, quorum libri apud nos quidem perierunt, sed in conspecta Mercurii bibliotheca servabantur, Gallus hoc modo enumeratur.

*Petronio v'ba, di cui gran parte ascose
Torbido Lete in nebbie oscure e cieche;
Di Tacito vi son l' ultime prose,
Tutte di Livio le bramate decche;
La Medea di Nasone, ed altre cose
De' Latini miglior non men che Greche:
CORNELIO GALLO con Lucrezio Caro,
Ennio ed Accio, e Pacuvio, e Tucca e Varo.*

V. Verum de his plus fatis. Nunc ad *Cirim* progrediamur. Fridericus Taubmannus ad Eclogam x. inter summi poetæ opera ab se illustrata, & edita apud Zachariam Schurerium A. D. 1618. in forma quarti (Wittembergæ, ut puto, non enim adscriptum est nomen loci) & Barthius lib. III. cap. XXI. *Adversariorum*, quæ typis Wechelianiis prodierunt Francofurti A. D. 1624. testes mihi sunt, Obertum Gifanium primum omnium offecisse, ad *Cornelium Gallum* esse referendum *Ciris* poema. *Ciris* est avis ex genere alaudarum, in quam Scyllam, filiam Nisi Regis Megarenfis conversam Mythologi tradunt, si unum Hyginum excipias, qui Fabula cxcviii. non in avem, sed in piscem *Cirim* mutatam scribit. Ejus rei pro Gallo argumentum quaantivis pretii suppeditat Sileni Virgiliani carmen superius adductum,

Quid loquar? Aut Scyllam Nisi? Aut quam fama sequuta est?
Ego tamen ubinam id *Gifanium* affirmet, expiscari non potui. Immo contra observo, non uno in loco Indicis Lucretiani, *Cirim*, ut factum Virgilii, a Gifanio laudari, quemadmodum ad voces *ara*, *barbarica*, & *ri-*

ius. Utrumque sit, *Gifanium* ante omnes facem prætulisse ad detegendum aurei poematis verum auctorem *Gallum*, Taubmannus & Barthius certos nos reddunt, postquam ipsemet Barthius pro Virgilio stetit, dum *Cirim* Commentario illustratam vulgavit Ambergæ ex typographio Schonfeldiano in 12. A.D. 1608. ubi tamen strenuus adolescens annorum xviii. in illud unum potissimum incubuit, ut frangeret Raphaelem Egliaum, qui ex inanibus conjecturis Carmen illud in Catulli penum transtulerat, epistola ad Melchiorum Goldastum data, & Francofurti edita, A.D. 1606. initio libri, ab se inscripti: *Catulli casta Carmina*. Hanc epistolam Philippus Sylvius recudendam curavit cum suo Catullo ad usum Delphini pag. 191. Quare Barthius postmodum a *Gifanio* melius edoctus, sponte sua palinodiam cecinit, & aliis argumentis pro Gallo certavit. Præcipuum inde promanat, ubi Maro de Sileno refert:

*Tum canit errantem Permessi ad flumina GALLUM
Aonas in montes ut duxerit una sororum.*

Ciris enim auctorem quoque testari videmus, se, varie jactatum, in placido Musarum ocio tandem quievisse. Barthii verba adscribamus: *Ciris illius divina auctor vario sese laudis amore jactatum, tandem Eratus auxilio requieturum povet cum Musis, & blandum morem vagandi per Permessi vireta positurum*. Sed referam versus ipsos ex Ciri, editionem Scaligerianam, alicubi emendatam sequutus, quoniam nec Barthianam, nec aliam castigatorem hætenus videre licuit.

*Et si me, vario jactatum laudis amore,
Irritaque expertum fallacis præmia vulgi,
Cecropius, suaves expirans hortulus auras
Florentis sopsiæ, viridi complectitur umbra;
Nec mea quit Erato dignum se quærere carmen;
Longe aliud studium, atque alios accincta labores,
Altius ad magni subtendit sidera mundi,
Et placitum paucis ausa est ASCENDERE COLLEM,
Non tamen abstinet captum detexere munus,
In quo jure meas utinam requiescere musas,
Et leviter blandum liceat deponere morem.*

Ad hæc Barthius eodem, quem dixi, libro II. cap. XXI. carmen Sileni Virgiliani de Cornelio Gallo

*Aonas in MONTES UT DUXERIT una sororum,
ad illud Ciris respexisse arbitratus,*

Et placitum paucis ausa est ASCENDERE COLLEM,
statim hæc adnotat: *non sine ope divini numinis, & quidem Apollinei, factum Virgilius scribit. Alia quæ occurrunt in eandem rem argumenta, in Commentario dubiorum scriptorum prolixius prosequemur. Neque nos impedit, Virgilio olim adscripsisse nos ipsos; non enim tam probare potuimus Virgilium esse, quam manifesto demonstrare Catulli non esse. Cirim præterea non alium quam Cornelium Gallum auctorem habuisse, semel*
atque

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. II.

atque iterum scribit etiam in Commentariis ad Statium to. I. pag. 55. *Ceiris*, inquit, *quam non sine ratione, doctorum nonnulli Cornelio Gallo adscribunt; neque Virgilii enim, neque Catulli ullo modo esse potest, ut rebus necessariis alibi demonstratum est: & to. II. pag. 885. auctor Ceiris, quem re vera Cornelium Gallum arbitramur.* In notis ad Benedictum Paulinum Petrocorium lib. II. de Vita Sancti Martini v. 52. *Ceiris* auctorem, *verisimillime omnium Cornelium Gallum* putare se ait. Rursus in Commentario ad Guillelmum Britonem pag. 343. *Ceirim Maroni adscriptam, revera Cornelii Galli opus esse non ambigit.* Sane Vossius pater in cap. VII. de Philosophorum sectis §. XXI. dubitat, an sit Virgilii; & Petrus Scriverius in Animadversionibus ad Martialis lib. VI. Epigram. LXIX. auctor, inquit, *Ceiris falso Maro creditus.* Virgilii esse negat etiam Brouckusius ad Propertium pag. 90. Ille Barthii *Commentarius dubiorum scriptorum*, quo, in libros X. distincto, eruditus salivam movit in præfatione ad notas in Rutilium, & in notis etiam ad Zachariam Mitylenæum pag. 252. nunquam foras in lucem venit, magno certe literarum damno: ideoque nobis defunt argumenta, quibus Galli causam perorabat vir præstantia ingenii & multa lectione insignis. *Quare mihi pro modulo tentandum est, ut eas rationes procedam, quas ex libro Barthii vel perditum, vel alicubi delitescente, haurire non licet.*

VI. Tantus ubique consensus elucet inter ea, quæ de Gallo narratur a Sileno Virgiliano, quæque de seipso Gallus narrat in Ciri, ut nihil supra. Etenim Silenus de Gallo scribit, *errantem ad flumina Permessi ab una ex novem musis in Montes Aonas ductum.* Gallus in Ciri, quo respexit Silenus, ait, *se vario jactatum landis amore, sub viridi umbra in Cecropio hortulo florentis Sophiæ confedisse, & Eratum, ejus Musam, amorum præsidem, cujus nomen reticuerat Silenus, paucis placitum collem, nempe Aonium, ascendisse.* Silenus hæret quid primum loquatur, aut ut Scyllam Nisi, aut ut aliam Scyllam, Phorci filiam Gallus narret; quarum prima in avem, altera in monstrum saxeam conversa est: hoc pacto innuens de utraque Gallum cecinisse. Id quidem hujus particulæ aut, utriusque Scyllæ aptatæ, non inanis repetitio confirmat: *ut UTRIVSQUE fabula videatur facere commemorationem*, inquit Servius; qui etiam monet particulam *AUT certe ut bis accipiendam.* Rem firmat Scholiastes interlinearis vetustissimi codicis Virgiliani heic Romæ in Bibliotheca Ducis Salviati, a me consultus, ubi hæc leguntur: *quid loquar? Aut loquar Scyllam Nisi? aut Scyllam Phorci?* Ad hæc particulam aut apud Virgilium in antiquis voluminibus utrobique reperiri testatur Petrus Hannius in lib. VI. Miscellaneorum cap. VI.

Quid loquar? AUT Scyllam Nisi? AUT quam fama sequuta est,

*Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulcibus vexasse rates?*

Gallus, Scylla Phorci in aliud tempus seposita, Scyllam Nisi suis carminibus celebrandam, se delecturum profitetur

... po-

..... potius liceat notescere CIRIM,
Aut unam ex multis SCTLAM novisse puellis.

Demum Silenus Phorci filiae metamorphosim ab Gallo descriptam commemorans, tres integros Galli versus ex Ciri usurpavit, initio tertii leviter immutato: quod ex subiecta collatione melius patebit

I.

Silenus in Ecloga vi. Virgilio.

*Candida succinctam latrantibus in-
guina monstris
Dulcibus vexasse rates & gurgite
in alto
Ab timidis nautas cauibus lace-
rasse marinis.*

II.

Gallus in Ciri.

*Candida succinctam latrantibus in-
guina monstris
Dulcibus vexasse rates & gurgite
in alto
Deprensos nautas cauibus lacerasse
marinis.*

At vero ne mirum videatur, Virgilium de Galli versibus loquutum, meminisse sufficiat, alibi quoque a summo vate id præstitum; nam Ecloga x. Gallum novem totis versibus, ab ipso ante vulgatis, loquentem inducit. Hoc Servius ita testatur: *hi autem OMNES versus Galli sunt, de ipsius TRANSLATI carminibus*. Etiam in codice Virgiliano Ducis Salviati ad carmen illud: *tu procul a patria*, hoc scholion legitur: *hi omnes versus Galli sunt, de ipsius carminibus translati*: Eos præstat audire

*Tu procul a patria: nec sit mihi credere tantum,
Alpinas (ab dura!) nives & frigora Rbeni
Me sine sola vides? Ab te ne frigora ledant,
Ab tibi ne teneras glacies secet aspera plantas!
Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi condita versus
Carmina, pastoris Siculi modulabor avena.
Certum est in silvis inter spelæa ferarum
Malle pati, teuerisque meos incidere amores
Arboribus: crescent illa, crescetis amores.*

In primo versu explicando hærent interpretes. Illum vero sic enucleat Scholiastes Ducis Salviati: *tu, o Lycoris, procul es a patria: nec sit mihi fas credere tantum de te*. lis, quæ diximus & illud accedit, quanvis propter artificium, summamque elegantiam, Ciris poema auro & cedro dignissimum sit, tamen ob trajectionem verborum alicubi durius videri: quem nævum in carminibus Galli Fabium tetigisse, paulo supra indicavimus.

VII. Jam vero discutiendæ sunt rationes, quæ Cirim, Virgilio tribuendam, viris bene doctis persuaserunt. Barthius ad Claudianum pag. 160. edit. II. antequam palinodiam caneret, ex carmine illo Ovidianæ Medæ apud Fabium lib. VII. cap. v.

Servare potui, perdere an possim rogas?

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. II.

sumtum putavit quod legitur in Ciri v. 276.

Ut me si servare potes, ne perdere malis,

Hinc *Cirim* Virgilio dandam coniecit; propterea quod Tertullianus de Præscriptionibus cap. xxxix. Ovidii Medeam, centonibus Virgilianis contextam fuisse, affirmasset: *vides hodie* (ait Septimius) *ex Virgilio fabulam in totum aliam componi, materia secundum versus, versus secundam materiam concinnatis. Denique Ovidius Geta Medeam Triazediam ex Virgilio plenissime exsuxit.* Sic locum Septimii legerat Barthius, sic Pamelius, sic Politianus, aliique. Sed omnes prava lectio deceptit: quod non vidit Martinus Antonius Delrius in fragmentis veterum Tragicorum pag. 157. neque in Adversariis ad Senecæ Medeam, sed nec post eum Paullus Colomeus in notis ad Fabium eodem, quem dixi, lib. viii. cap. v. non enim *Ovidius*, sed *Ofidius*, legendum monuit Nicolaus Rigaltius. *Ofidius*, vel potius *Hofidius*, *Geta* fuit Consul suffectus sub Claudio I. ex lapide apud Thomam Reinesium in classe v: 1. num. xi. & ex Vossio de Poetis Latinis pagina 85. Hofidiæ familiæ, cui *Geta* cognomentum adhæsit, nummos profertur Fulvius Urfinus pag. 122. editionis Patini, & Jo: Vaillantius tabula LXX. quos explicat pag. 492. Hofidii Medæ, quam integram habuit Claudius Salmasius, specimen edidit Petrus Scriverius in Collectaneis veterum Tragicorum pag. 187. quo docemur, eam ex unis centonibus Æneidos Virgilianæ fuisse compactam. Quid vero centonibus hexametris Hofidii *Geta* cum Medea *Ovidii Nasonis*, versibus jambicis concinnata? Quare laudandus Jo: Albertus Fabricius, qui quum olim in Bibliotheca latina lib. I. cap. xv. pag. 273. edit. 1v. Hamburgensis anni 1712. utranque Medeam confudisset, postea melius edoctus, utranque distinxit in supplemento pag. 109. Eglino, Catullianis scriptis *Cirim* admiscenti, Burthius ex Chronico Eusebii objicit Catulli mortem illigatam anno 1v. Olympiadis cxxx. unico nempe anno post natum Messallam, cui *Ciris* dicatur. Verum Scaliger num. 1960. mendum in Eusebio cubare opinatus, Catullum superfuisset contendit Cæsaris neci, quam Petavius, ceterique chronologi desigunt Olympiadi cxxxiv. A. U. 710. diei xv. Martii. Sed in tam longa ætate Catullo adsignanda (natus enim fuit anno 1v. Olympiadis cxxxi: A. U. 668.) Scaligerum a vero aberrasse ostendit Isaacus Vossius in Observationibus ad Catullum pag. 81. mortisque epocham statuit A. U. 704. quo decurrebat annus 11. Olympiadis cxxxii. *Messalla* adhuc *Septenni*. Catullus ergo *Ceirim* dicasset infantulo, si ipso etiam quo decessit anno, eandem scripsisset. Hinc nullo pacto in Catulli operum album transire potest. Sed neque in Virgilio: quod dicere liceat contra sententiam Scaligeri in notis ad *Ceirim*. Nam quod primo obtrudit vir doctus, carmina ex *Ceiri* passim apud Virgillum legi, hoc idem, quod falsum est, si verum foret, nihil aliud evinceret, quam Virgillum eadem ex *Ceiri* mutatum: alias opera omnia veterum poetarum, unde tot versus in Æneidem translatos notat Macrobius Saturnal. lib. vi. cap. I. ad unum Virgillum pertinerent. Sed enim quis Scaligero concesserit, hujus

hujus poematis *versus*, præterquam semel in *Bucolicis*, *passim* in *Æneide*, & in *Georgicis* legi, quum neque alibi in *Bucolicis* legantur, quam in una *Ecloga* VI. neque ex *Æneide*, aut ex *Georgicis* ullum ipse adduxerit *versum* in notis ad *Ceirim*, ubi tamen omnes adduci debuissent? Paris omnino ponderis est quod secundo loco ingerit ex *versu* *Ceiris* 430.

Ut vidâi, ut perii, ut me gravis abstulit error?

ad quem, *negari enim non potest*, inquit Scaliger, *quin eum ex Theocrito veteris Maro, qui omnium Romanorum primus Theocritum latine expressit*. Sed immo id a nobis negatur quammaxime; quia testimonio *Virgillii* adverstatur, apud quem Gallus noster de seipso canit.

Carmina pastoris Siculi modulabor avena.

quod ita explicat Servius: *Theocritio stilo canam carmina Euphorionis*. His inhærens Jo: Vigintimilius in libro suo de Poetis Siculis pag. 143. censuit, *Gallum* post *versâ Euphorionis* poemata, idipsum etiam de Theocritiis meditatam: quod pro facto habuit Ludovicus Vives. Adhæc Scaliger *Cirim supremum Virgillii opus* appellat, & *Megaræ* quidem confectum, quum percepturus philosophiam Epicuri, Athenas petiisset; unde in poemate *Peplum* describitur: *Peplus* fuit velum Panathenæicæ navis, quam quarto quoque anno honori Palladis instruebant, ducta pompa a Ceramico ad Eleusinium; eundemque *Peplum*, in arce suspendi solitum, prælia Gigantum, victoriam Palladis de Encelado, & herorum Atheniensium gesta & nomina acu picta exhibuisse, ex veterum scriptis egregie docuit Cælius Rhodiginus lib. XIII. cap. XVII. Sed pace magni Scaligeri, nos fugit, ubinam gentium *Ciris* conscripta fuerit; auctor enim quanquam affirmat, se considere in *Hortulo Sopsiæ*, quæ est schola Epicuri, teste Apollodoro apud Laetium lib. X. cap. 10. pag. 608. non ideo tamen declarat, in Græcia, an alibi scribitur. Neque alias ejusmodi studium, proprium fuit *Virgillii* senis, sed juvenis: qua ætate, philosophiam a Scirone & Catio Insubre eum didicisse *Vitæ* scriptores produnt: Falsum est pariter, *Cirim* esse *supremum opus*. Cui potius hac parte credamus, quam ipsi auctori? Hic vero disertim testatur, se, adhuc adolescentem, illud *primum* omnium exegisse. Id optime suboluit Samueli Bocharo in Hierozoico tomo II. lib. V. cap. VI. ubi *Virgilium* adhuc pueriliter balbutientem in *Ciri* testem compellat. *Virgilium* tamen, an alium *Ciris* auctorem credat, diserte ambigit lib. II. cap. XIX. Sed ipsum poetam de se loquentem jam tandem audiamus.

*Sed quoniam ad tantas NUNC PRIMUM nascimur artes:
NUNC PRIMUM TENEROS firmamus robore NER-
VOS;*

*Nec tamen interea quæ possumus, in quibus ÆVI
PRIMA rudimenta & PRIMOS exegimus ANNOS.*

His versibus peregre ablegatur sententia Taubmanni, qui postquam ad *Virgillii* *Eclogam* X. *Gifanium* *Cirim* Gallo tributentem laudasset, mox in præfatione ad *Cirim*, hæc pronunciauit: *Manifestum fit, poema hoc*
NON

CORNELIUS GALLUS. *non fuisse adolescentis poeta experimentum, ut grammaticorum auctores nungantur, sed jam SENIORIS, & forte SUPREMUM auctoris laborem.*
LIV. I. CAP. II. Virgilius natus A. U. 684. Olympiadis CLXXVI. anno III. obijt A. U. 735. Olympiadis cxc. anno II. ex Petavio. Sed si verum est quod tradit Taubmannus, cur Vigilius in Ciri, se tunc primum ad metricas artes natum dicit? Cur se primos annos in illo poemate elaborando exegisse affirmat? Cur Messallam, Consulatibus, & maximis Romæ dignitatibus jam olim Virgilio sene functum ipse juvenem appellat? Ad M. Valerium Messallam Tibullus quoque, Galli amicus scribit Elegiam III. Libri I.

*Tuli te vellem, JUVENEM doctissime, ritu,
 Purpureos inter Soles & candida Luna
 Sidera, caruleis orbem pulsantia bigis,
 Natura rerum magnis intexere chartis.*

Sed nec magis adfentior, auctorem Ciri tradere, sibi visam Athenis magnam illam pompam, proptereaque Peplum Panathenaicum ab illo descriptum: quod arbitratus est Scaliger. Immo quum poeta felices esse pronunciet quibus eadem festa videre contigit; inde palam facit, se ea visendi magno studio teneri: alias felicem semetipsum etiam vocasset, qui iidem interfuisset.

Felix ille dies, felix & dicitur annus:

Felix qui talem annum videre, diemque!

Nec porro Virgilius tunc ea festa spectare potuit. Quum enim, teste Donato, ingressus iter, Athenis occurrisset Augusto ab Oriente Romam revertenti, destinaretque non absistere, atque etiam una redire, dum Mezara, vicinum opidum, ferventissimo sole cognoscit, languorem natius est, eumque non intermissa navigatione, duxit, itant gravior aliquanto Brundisium appelleret, ubi diebus paucis obiit x. Kal. Octobris, Q. Sextio Saturnino, & Q. Lucretio Vespillone Cofs. nempe A. U. 735. ideoque Athenis, visurus magnum certamen Panathenaicum, morari neutiquam potuit. Hunc reditum Augusti Norisius ad Cenotaphia Pisana Dissert. II. cap. XVI. §. 8. pag. 294. ætati desiguit: quamobrem et si ludi Panathenaici eo anno rediissent (quod tamen falsum est) Virgilius eos spectare non poterat, mense Hecatombæonis, anno III. cuiusque Olympiadis fieri solitos, quum apud Eusebium anno III. Olympiadis IIII. instituti fuisse tradantur. Eidem mensi, qui secundum ordinem a Numa Rege institutum fuit primus apud Atticos, mensis Julius Latinorum respondet: & die XXVIII. Panathenæa magna Athenis incepta, ex Proclo adnotat Petrus Castellanus in libello de Anno & mensibus Atticis post Syntagma de Festis Græcorum Antuerpiæ editum apud Hieronymum Verdussium A. D. 1617. in 8.º ubi argumentum Panathenaicum recondita eruditione pertractans, si quid nobis desiderandum reliquit, hoc ubertim biennio serius implevit Jo: Meursius in Panathenæis Lugduni Batavorum impressis A. D. 1619. in 4.º Ceterum

uter-

uterque Philologus ad suam spartam ornandam Ceiris auctoritate utitur. Quum ergo duntaxat quolibet quadriennio completo, seu quinquennio incepto hi ludi Panathenæici reverterentur, teste etiam Scaligero num. 789. & 1452. fecus ac minores, quotannis fieri soliti, illi reverti non potuerunt nisi integro anno a morte Virgillii, anno scilicet III. non II. Olympiadis. cxc. Hujusce rei locupletior testis ipso Ceiris auctore flagitari nequit, præcipuum tempus eorundem festorum sic explicante.

Debita quum casta solvuntur dona Minerva,

Tardave confecto redeunt Quinquennia lustro,

Quum levis alterno Zephyrus concrebuit Euro.

idest cum ver incipit aestati cedere, ut explicat Barthius in Adversariis lib. x. cap. x11. pag. 480. Adde, Tanaquillum Fabrum de isthoc Virgiliano itinere longe diversa sentire lib. 1x. Epist. x11x. Ex his, quæ dixi, satis superque exploratum autumo, Ceirim neque ad Catullum, neque ad Virgilium ullo modo pertinere posse, sed in *Cornelii Galli*, legitimi auctoris, jura esse transcribendam.

VIII. Ciris venustatem ita eruditorum oculos perstrinxisse hactenus vidimus, ut non ab alio quam a Virgilio, aut Catullo, aut Gallo, sæculi Augustei deliciis, egregium & undequaque absolutum carmen pangi potuisse crederint. Quandoquidem igitur omnium plane philologorum quotquot in interioribus literis consenuerunt, hæc una est eademque sententia, satis mirari nequeo, ex gente non barbara, prodiisse, qui opus, in quo omnes Gratia & Veneres ornando certant, vel ex uno hoc capite nudius tertius Virgilio abjudicaret, quod sibi uni videretur tanto auctore indignum, utpote ineptum, ipsaque Augusti ætate posterius. Is est Carolus Ruæus, inter suos humanioribus scriptis editis notus: a quo alias dissentire coacti sumus. Hic ergo Ruæus in Historia Virgillii de Ciris poemate hæc protulit: *in eo jacent multa, multa borrent, nitent quam paucissima*: quare post Ovidium a nugatore quoppiam confictum proclamare non dubitat, propterea quod colloquium Scyllæ cum Nutrice, patris & patriæ ruinam meditantis, similitudinem ipsi referre videatur illius colloquii, quod Myrrha, patris amore insanens, habet cum nutrice item sua apud Ovidium libro 1x. Metamorphoseon. Adhuc amplius; *ut plane*, subdit Ruæus, *existimem fictorem illum Virgilianæ Ciris ad Myrrham Ovidianam inter scribendum oculos intendisse*. Sed heus tu vir bone! Nunquid etiam *Valerius Messalla*, cui Ciris dicatur, fuit Ovidio posterior? Cur non Ovidius, colloquium Myrrhæ cum nutrice describens, præ oculis Cirim habuisse dicendus, si tamen alterum alterius colloquii vel minimam similitudinem refert: quod neminem unquam Ruæo concessurum existimo. Sed humanæ ista imbecillitati condonemus. Gallus scriptis a Partheno Nicæno sibi nuncupatis usus est, quibus etiam Ovidium usum monuit Patricius in Poetica historiali pag. 123. & Vossius de Historicis Græcis lib. II. cap. I. Immo Agellius lib. 1x. cap. 1x. & Macrobius lib. v. cap.

CORNELIUS xvii. producit, Virgilium ipsum ex Parthenio præceptore quædam in
 GALLUS. Eclogas transtulisse, & similiter in *Moretum*: cujus rei testimonium
 Lw. I. CAP. II. Isaacus Vossius, teste patre de Poetis Græcis pag. 70. reperit in veteri
 codice Bibliothecæ Ambrosianæ, ubi Moreto adscribebatur hæc notula:
Parthenius Moretum scripsit in Græco, quem Virgilius imitatus est.
 Frustra est ergo Scaliger ad Virgilio Appendicem pag. 158. edit. 11. ubi
 Moretum esse Virgilio negavit. Quo autem loco habendum sit Ruæi judi-
 cium de Ciri, satis docebunt magnæ & eximiæ laudes, quibus eam
 non e vulgo homines & proletarii, seu mavis stipites, si Ruæum aufcul-
 tamus, sed viri in re literaria opido egregii, certatim cumulaverunt.
 Ordiam a Julio Cæsare Scaligero, qui exercitatione ccxxxvi. vocat
poematium pulcherrimum, & exercitat. cccxi. hæc scribit: profectio una
Virgiliana Ciris universum obruit Siliii reptilem conatum. Patri suc-
 cedat filius Josephus Justus, qui in notis pag. 44. 45. *politissimum poema-*
tium; item prorsus cultissimum dicit; atque, nulli latinorum neque
nitore, neque elegantia cedere. In Animadversionibus vero ad Euse-
 bium num. 844. *divinum* appellat. Quis tantis viris non credere malit?
 Sed si quis eos non audit, nec Barthium audiet, cui libro x. Adversa-
 riorum cap. xii. est *luculentissimum inter omnia antiqua poemata*: in
 Commentariis ad Claudianum pag. 1160. *poema unum omnium elegantif-*
simum, & ad Statium tom. I. pag. 55. Carmen longe optimum. Ad hæc
 Thomam Reinesium contemnet, cui in Appendice Epistolarum ad Chri-
 stianum Daumium cap. vii. pag. 332. est *cultissimum omnium poema.*
 Hinc viri bene docti, & plane Criticorum ephori, a renatis literis, in
 Ciri, quæ ita fordet Ruæo, pro virili illustranda, vigilias suas impen-
 dere sibi laudi tribuerunt, postquam inter opera Virgilio produisset Ve-
 netiis A. D. 1475. typis Nicolai Jenfon Galli in forma folii; eandem-
 que decennio ferius Christophorus Landinus Florentiæ A. D. 1485. Vir-
 gilianis operibus admiscuisset quæ excusa fuerunt etiam Venetiis per An-
 tonium Bartholomæi A. D. 1486. in folio: a quibus tamen Virgilia-
 nis operibus excluderat Boninus Mombritius, ea edens Mediolani
 apud Philippum Lavanium A. D. 1474. Abest pariter ab editione ibi-
 dem curata apud Antonium Zarotum Parmensem A. D. 1476. in folio.
 Excluderat etiam auctor editionis Romanæ Virgilianorum poematum,
 omnium primæ, sub auspiciis Paulli xi. Summi Pontificis in domo Petri
 de Maximo, per Conradum & Arnoldum Teutonicos curata, circa
 annum (qui tamen omititur) 1467. Badius Ascensius & Julius Pom-
 ponius Sabinus Ciri explicationes suas adjecerunt, quæ existant cum
 operibus Virgilio editionis Basileæ cura Georgii Fabricii apud Henricpe-
 trum A. D. 1575. in forma folii. Notæ Domitii Calderini Ascensianas
 comitantur in editione Veneta Virgilio apud Lucam Antonium Junctam
 A. D. 1519. & 1537. in folio. Josephus Scaliger in Appendice Virgi-
 liana Lugduni apud Guillelmum Rovillium A. D. 1573. in 8. notis bonæ
 frugis Cirim exposuit: quas iterum cum Virgilio vulgavit Antuerpiæ
 typis

typis Plantinianis Germanus Guellius A. D. 1575. in folio suisque auctas emisit Fridericus Lindembrogius Lugduni Batavorum apud Raphelengium A. D. 1595. & 1617. in 8.^o Raphael Eglinus Cirim tanti fecit, ut Catullo dignissimam iudicaret. Barthius eam, ut dixi, Commentario illustratam publicavit Ambergæ A. D. 1608. in 8.^o & Fridericus Taubmannus Vittembergæ cum Virgilio in 4.^o Item Georgius Besmannus in editione Virgillii Lipsiæ A. D. 1588. in 8.^o pag. 667. Ciri aliquot variantes lectiones adjecit. Ad hæc nonnulli eruditi viri ejusdem poematis testimoniis suis scripta illustrarunt, ut librum de Panathenæis Johannes Meursius: quæ protulit de Peplo Minervæ Marcellus Donatus; suas notas in Plautum Taubmannus pag. 896. Collectanea, sive Indicem Lucretianum Gifanius, Dantis Defensionem Jacobus Mazonius lib. I. cap. III. & lib. III. cap. LXXX. Petrarcham Ludovicus Castelvetrius Parte III. pag. 208. 210. Hæc eo dixi, ne Ruæi iudicium ab lectione Ceiris quemquam absterreat. Illud idem poema alicubi emendavit Reinesius Variarum lectionum lib. V. cap. VII. & ad calcem Epistolarum ad Bosium pag. 332. & suæ Collectionis Poetarum inseruit Petrus Pithæus. Utque ejus maculas tollerent, quæ non ab auctore, longe elegantissimo, sed ab ignavia librariorum irreperant, accuratam operam impenderunt Hadrianus Turnebus Adversar. lib. XXV. III. cap. XXV. Barthius item Adversar. lib. X. cap. XII. & lib. XX. cap. XX. & in Commentariis ad Statium, centies *Cornelii Galli* scætum appellans. In eandem spartam ornandam incubuerunt Paullus Leopardus in Miscellaneis lib. X. cap. XXIV. apud Gruterum to. III. Thefauri critici pag. 306. Janus Parrhasius ad Claudianum ibidem to. I. pag. 836. Jacobus Nicolaus Loensis in Miscellaneis lib. VII. cap. XXIII. to. V. ejusdem Gruteriani Thefauri pag. 618. Hieronymus Columna in notis ad Ennium pag. 211. edit. II. Vincentius Contarenus Variarum lectionum cap. VII. pag. 32. Jo: Rhodius de Acia pag. 61. edit. II. Nicolaus Heinsius in notis ad Ovidii Tristia IV. I. V. 42. & Richardus Bentejus ad Horatii lib. I. carm. XXV. V. XI. Arnoldus Drakenborchius in notis ad Silium Italicum lib. II. pag. 64. & 106. & lib. IX. pag. 461. Cirim emendat. Hæc Ruæum, parum idonee judicantem fati refellunt. Ulro tamen cum Scalligero fatemur, eximium hoc poematum, quod *venustate sua meruit, ut minus ad nos depravatam veniret*, illud idem in hac luce literarum adhuc merere, & ab studiis eruditorum deponere, ut ad veterum membranarum fidem emaculatum, & necessariis explanationibus aliquando locupletatum, pulchrius in lucem prodeat. Id sibi præstandum cogitaverat jam laudatus Nicolaus Heinsius. Nam in Epistola M. S. ad Octavium Falconerium, Holmiæ Suecorum data die XIII. Decembris A. D. 1670. de Catalectis Virgilianis loquens, hæc scribit: *Exemplar Ciris, quod poematum multo elegantius est, nec minus mendose descriptum, nullum licuit evolere, ante artem typographicam inventam, descriptum.*

CAPUT III.

I. *Elegias Cornelio Gallo ab se fraudulenter suppositas, primus vulgavit Pomponius Gauricus. II. Fraus detecta & a viris doctis explorata. III. Eas ad Maximianum pertinere testantur auctores & codices Gaurico vetustiores; prima etiam editio Parisiensis. Maximianus Elegiographus Etruscus, alius a Maximiano versificatore Grammatico, natione Gallo. IV. Illustrium auctorum lapsus in Pseudo-Galli scriptis laudandis. V. Genus, aetas, & res gesta Maximiani. VI. Alia carmina Cornelio Gallo attributa.*

I. **E**X sinceris & omnium eruditorum calculo probatissimis Cornelii Galli carminibus, transeamus ad quisquilias & nugas, quibus sublesta fidei scriptoribus tam bonum nomen mentiri placuit. In his summum locum sibi vindicant *Elegiarum fragmenta*, Propertio sub nomine *Galli* adeundi solita: & *fragmenta* quidem, nihil enim in iis integrum. Hæc porro quanquam primæ notæ Critici omnes ex aureæ ætatis operum albo jamdudum expunxerant, quia tamen, ut sæpe fallimur, viri cetera non indocti, focus aliquando sentire visi sunt, de iisdem *Elegiis* inepte, vel timide iudicantes, vel earundem versibus, tanquam germanis, interdum usi; opere pretium me facturum existimo, si suppositicias merces paullo diligentius excussero, ne imposterum quemquam amplius ludificent. Hoc ut effectum dem, ante omnia illud animadverto, Pomponium Gauricum Geophonensem, quod nomen est opidi prope Salernum in Sicilia citra Pharum, sub specioso titulo *fragmentorum*, & *Galli* nomine, hæc elegias primum vulgasse hac mendaci inscriptione: *Cornelii Galli fragmenta. Venetiis per Bernardinum Venetum de Vitalibus Anno Domini mccccl. die xi. Januarii in 4.º* Hæc editio, quæ rarissima est, Luteciæ in pluteis regis servatur, existitque in Bibliotheca Heinsiana, ut legitur in ejus par. 2. pag. 75. Alterius editionis Venetæ anni 1503. exemplar cum codicibus Mss. collatum recenset Paulus Colomesius operum pag. 891. inter libros Isaaci Vossii, qui postea transferunt in publicam Bibliothecam Leidensem. Eadem *fragmenta* subinde cum P. Tipherni, & aliorum opusculis, ad Italicum exemplar fideliter expressa, prodierunt Argentorati ex officina Schureriana mense Julio A. D. 1509. in 4.º & deinde sine elegia & nomine Gaurici, quæ extant in prima editione, excusa fuerunt ad calcem Propertii Basileæ apud Henricpetrum A. D. 1530. in 8.º Lugduni etiam apud Sebast. Gryphium A. D. 1531. in 8.º & alibi sæpius. At undenam Gauricus *Cornelii Galli* nomen exculpserit, dicere non habeo, nisi forte ex relatu Vicetini cujuspiam, ab Jo: Baptista Palearino decepti, de quo infra. Certe locus, Patavium scilicet, ubi Gauricus tunc morabatur, ut postea dicam, suspicionem de hoc aliquam ingerit, Utcumque res fuerit, Gauricus

ricus, fraudi suæ colorem additurus, istis suis *fragmentis* vitam Cornelii Galli, abs se confarcinatum, præposuit, miris fallacii instructam, ut jam aliis visum, & res clamat. Ibi præ ceteris hæc leguntur: *Cornelius Gallus Foro-Julienfis* (cave legas *Foro-Livienfis*, quod oscitatio fortasse typographi obruit ad calcem Propertii in editione Veneta apud Hieronymum Scotum A. D. 1549.) *Orator & poeta clarissimus. Ejus scripta penitus interciderunt præter hunc libellum, quem paullo ante mortem in Ægypto visus est perscripsisse. Quum ibi Græcam quamdam puellam adamasset, nec propter ingravescentem jam ætatem ejus libidini satisfacere potuisset, materia futis opportune oblata est, ut senectutis incommoda describens, juveniles suos amores recenseret, seque suis carminibus multo melius, quam in nummo spectandum effingeret. Nam quod fuerit Etruscus, quod Orator, quod poeta, quod etiam vinolentus, quod Lycorida adamaris; quod Legatus Ægypto præfuerit, biuc manifestissime colligitur: quæ si quis diligenter animadvertat, fatebitur, hunc libellum Cornelii Galli, non alterius fuisse, ut quidam parum prudenter existimant.* Hucusque Gauricus, homo plane admirandus, nam, ipso auctore, *Forum-Julii*, urbs Venetiæ, serio in *Etruriam* migrat Gallus, qui ætatis suæ anno XLIII, sibi mortem conscivit; jam ad gravem senectutem pervenit *Præfectus* Ægypto, & *Legatus ad Eoas* gentes, si ipsum aedimus, unum sunt; scilicet Alexandria Constantinopolim pertingit, neque ulla regio est in Origene præter Ægyptum. *Quis feret hæc? Legatus* aliquo missus, provinciæ *præfectum* significat. Nondum tamen satis, adeo *nullus mentiendi modus est*, inquit Livius lib. xxv. 1. cap. xl. x. cuncta enim poemata, quæ nomen *Lycoridis* alicubi exhibent, ad unum Gallum omnino pertinent, quia hic *Lycoridem* quamdam carminibus suis celebravit. Sed Pomponi, vir bone, tuus iste *Cornelius Gallus* a vetere illo, qui *libris quatuor* unam *Lycoridem* cecinit, se alium facile prodit, ubi duntaxat Elegia II. *Lycoridem* semel memorat; in tertia *Aquilinam*; in quarta *Candidam*. Sed ludere definamus, Gauricus enim ludit, sed serio agit in Elegia, Gallum suum comitante, ubi sic canit.

Eloquar (ab facinus!) tua nunc ubi, Galle, Lycoris?

Ab ubi, ubi ingenium, Galle poeta tuum!

Pœnitet heu longi noctesque diesque laboris,

Quum videam tantos deperisse viros!

Nitendum tamen est, nam quanvis cuncta peribunt,

Ingenii nunquam fama perire potest;

Et quanvis tua scripta olim, divine poeta,

Ac versus tulerint sæcula longa tuos;

Orbe quidem toto vivet tua, Galle, Lycoris,

Vivet & ingenium, Galle poeta tuum.

Ne quid deesset, Johannes Baptista Rhamnusius grande hoc beneficium sub Gaurico acceptum ferri voluit hoc monito, quod in operis calcæ scriptum reliquit: Jo: Baptista Rhamnusius Lectori. *Lector quod has Corne-*

CORNELIUS
GALLUS,
lib. I. Cap. II.

lii Galli poeta reliquias legeris, Pomponio Gaurico, adolescenti optimo gratias habeto. Gauricum vero ipsum ornavit hoc epigrammate.

*Si quis sensus inest, si qua est mens ulla sepultis,
Pomponi, pietas hac tua, grata satis;*

Qui sparsos cineres proprio componis acervo,

Qui titulum proprio restituis tumulo.

Ipse tuo tandem Gallus nunc munere, gaudet,

Se penitus dextra non cecidisse sua.

Neque hic stetit calliditas Gaurici, sicut enim fallacia alia aliam trudit, ipse ut figmento suo fidem adstrueret, duplici fraude usus est; nam in carmen 48. Elegiæ III. corruptam vocem *Bobeti* suaviter nobis ingessit pro sincera *Boeti*, sive *Bobeti*: quam omnes codices præferunt; novit enim Gauricus, homo catus, hanc voculam non de nihilo esse, quum ab hac una, etsi cetera nos argumenta deficerent, carminum illorum ætas facile patefcat. Inde ab Elegia IV. integrum distichon XIII. abire iussit, ne veterum & germanum auctorem *Maximianum* detegeret. Distichon illud posteaquam Pseudo-Gallus accessit Propertio, ab universis editionibus perpetuo exsulavit; quanquam prostat in antiquis codicibus, & seorsum in tribus etiam editionibus, inferius recensendis. Id tale est.

*Atque aliquis, cui cæca foret bene nota voluptas
Cantat; cantantem MAXIMIANUS amat.*

II. Nunc ad alia properemus. *Melchior Goldastus* A. D. 1610. libellum nugarum plenum hac inscriptione vulgavit: *Ovidii Nasonis Pellignensis erotica, & amatoria opuscula de amoribus, arte & modis amandi, & qua ratione quis amoris compos fieri debeat, nunc primum ex vetustis membranarum, & MSS. codicibus deprompta, & in lucem edita, diversa ab iis, que vulgo inter ejus opera leguntur; cum aliis quibusdam ejusdem argumenti libellis, qui per fucum in Ovidianas inscriptiones transferant. Francofurti per Wolfgangum Richterum 1610. in 8.º* Deest quidem nomen *Goldasti*: quod tamen *Christianus Daumius* Epist. LXXX. inter Reinesianas ad se scriptas, aperuit. Idem *Goldastus* pravo loliginis succo in præfatione operis, quod carmina Pseudo-Galli etiam complectitur, Gaurici carbones pro auro nobis obtrufos, *fucum Italicum* vocat, ac si non unus Gauricus, sed universa Italia egisset hanc fabulam, quam tamen vix ætam, Itali, a musis minime alieni, exhibilarunt. Etenim illis ipsis diebus, ex popularibus nostris *Jacobus Purtiliarum Comes* lib. I. Epist. IV. ad Petrum Hædum, *nihil* (sub Galli nomine) *certi superesse* prodiderat. Petrus Crinitus de Poetis latinis lib. II. cap. XLII. quod opus *Philippus Junctæ* quadriennium ab *fucum Gaurici* edito, *Florentiæ* excudit A. D. 1505. sic pariter censuit: *leguntur atate nostra Elegiarum libri sub nomine Cornelii Galli, qua in re facile est imponere imperitis hominibus: qui autem paulo diligentius antiquitatem observarunt, nihil minus censent, quam ut hæc referenda sint ad poetam Gallum.* Rem paulo acrius persequitur *Dominicus Marinus Niger Venetus* in enarrationibus *Amo-*
rum

rum Ovidii lib. I. Elegia xv. editionis Venetæ apud Joannem Tacuinum de Tridino A. D. 1518. in folio, ita scribens: *Gallus Foro-Julienfis. Hujus nulla prorsus carmina exstant; nam qui nuper protulit in lucem Elegiarum quendam libellum, cujus auctorem Gallum fecit, aut prudeus sciensque, sperans aliquid inde emolumentum se aucupaturum, rudibus le-floribus imposuit, aut judicio penitus caruit. Carmina enim illa, quibus ut fides fraudi adhiberetur, Fragmentorum titulum præposuit, ridicula sunt, nec digna, ut Galli (quem maximi semper fecerunt ejus temporis optimi poetæ) ingenio attribuantur. Sed audiamus Liliū Gregorium Gyraldum, in Dialogo xv. de poetis propius larvam Gaurici imposturæ detrahentem: miratus sum quorundam impudentiam, ne dicam amentiam, qui tralaticios quosdam & ementitos versus sub Galli poetæ nomine ediderunt, quum in iis neque phrasîs, nec tempus Gallo conveniant, qui tertio & quadragesimo suæ ætatis anno sua sibimet manu mortem accersivit; in iis enim se senem describit. Sed nec in plerisque versibus purus & sincerus est sermo latinus; quin & syllabarum mora, & tempora metri leges nonnunquam excedunt. Maximiani vero nugatoris cujusdam & nebulonis potius eorum versus plurimi sunt. Et si hoc ævetis nosse ex vetustioribus adhuc quibusdam exemplaribus est videre, in quibus Maximiani ipsius nomen legitur, illius inquam Maximiani, cujus & insignis Grammatica nugator Alexander nugas irridet: quod nomen in editis & excussis nuper libellis per fraudem est prætermisum. Hoc denique loco post Janum Parrhasium in libro de Rebus per Epistolam quæsitis, hunc Gallum spurii Marci Catonis originibus, Berofo, & Sempronio pag. 15. accensentem audiamus Franciscum Floridum Sabinum in Apologia Lingue Latinæ pag. 49. operum, ubi ait: *Cornelii Galli scripta, quanvis dantior plerisque (uni tamen Fabio) visus fuerit, utinam non penitus intercidissent; Nam quæ illius nomine circumferuntur; nihilominus, quam veterem antiquorum elegantiam leporemque sapiunt, ut ex primis quatuor versiculis quivis vel mediocriter in bonis poetis versatus nebulonem aliquem illam nobis facem obtrussisse, acn (quod ajunt) tangere possit. Illustrium virorum judiciis adstipulans Benedictus Varchius, eandem Elegias, ut Gallo minime dignas, repudiat in Dialogo de Lingua Italica, quem *Herculanum* inscripsit pag. 245. & in Prælectionibus habitis in Academia Florentina pag. 587. Varchio tandem ceterisque proxime abit Tarquinus Gallutius in Vindicationibus Virgilianis pag. 450. Sed præterire non licet quæ Johannes Cardinalis Bona in Notitia auctorum, Divinæ Psalmodiæ præposita, hac de re chartis mandavit: *Cornelii Galli*, inquit, *Foro-Julienfis, mellitissimus poeta. Sed Maximiani esse quæ vulgo ei tribuuntur, nihilque Galli ad nos pervenisse* (nempe sub ejus nomine, præter unicum versum apud Vibium Sequestrum) *Critici accuratiores sentiunt.* Transalpini nobiscum faciunt; nam Barthius ad Rutilium v. 410. Maximiani, non Galli versus adducit. Olaus Borrichius in Cogitationibus de variis Latinæ Lingue ætatibus pag. 12. ait, se præterire Corne-**

lium

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. II.

lium Gallum, non quod non vixerit *Sæculo Augusti, sed quod carmina, quæ ejus nomine circumferuntur, suppositicia sint, a Maximiano quodam fene, amatore & inepto confecta*. Idem auctor ad rem etiam & apposite in Dissertationibus Academicis de poetis pag. 853. addi *Propertio solet Cornelius Gallus, sed carmen ejus præter alias ineptias non olens vetustatem, eoque sequioris ævi factus recte judicatur. Nam nonnisi de face hæc ejus sunt*

*Hoc quoque virtutum quondam certamine magnum
Socratem palmam promeruisse ferunt.*

Item.

*O quam dura premit homines conditio vitæ!
Efficior demens alter Ulysses ego.*

Iterum.

Quo tibi fervor abit, per quem feritura placebas?

Janus Brouckufius in notis ad Tibullum pag. 29. vocat *Longinum Maximianum, malorum temporum baud omnino pessimum nugatorem*. Ad Propertium vero pag. 209. *Maximianum scriptorem barbarum, lutulentum, ac tantum non stercoreum*. Hoc ætati, qua vixit tribuamus. Ne in rei tam claræ fidem, adhuc testium nubem vocare videar, innuere sufficiat Martinum Antonium Delrium in notis ad Senecæ Hippolytum, Sealigerum seu Villiomarum in Animadversionibus lib. I. cap. xv. Vossium de Institutionibus Oratoris lib. v. cap. xlii. §. III. & de Arte grammatica lib. II. cap. xxvii. & xxxix. in fine. Etiam cap. II. de Poetis Latinis; Brietium quoque de Poetis Latinis lib. II. pag. 26. lib. vi. pag. 69. & 65. Ruæum (hic recte sentientem) in Eclogam x. Virgillii, Christophorum Cellarium in Antibarbaro, voce *passio*, inque prolegomenis ad Curas posteriores, tertium recognitas, de Barbarismis; & quem non? Hi enim omnes de compæcto agunt in iisdem *fragmentis* repudiandis, quippe a genio *Cornelii Galli* longe lateque abhorrentibus. Quare vel ob tot scriptorum auctoritatem, jure ambigi nequit, quominus, literis jamdudum in barbariem euntibus, scripta fuerint non tamen *Sæculo xii*. ut nuper in vita Minerva censuit Bernardus Moneta in Menagianis to. III. pag. 244. Neque heic tam multas eruditorum censuras indicassem, adeo res est manifesta, nisi horum quasi umbone occurrendum fuisset Renato Papino, qui in Considerationibus suis de re poetica Parte II. §. xxix. Elegias Pseudo-Galli & legitimas censuit, & Catulli etiam & Mæcenatis carminibus, si Deo placet, præferre non dubitavit. Præstat ipsum loquentem audire verbis ex Gallico sermone in Latinum translatis: *ad nos pervenerunt aliquot Elegiæ Catulli, Mæcenatis, & Cornelii Galli, quæ summam puritatem præferunt, & summum leporem. Sed carmina Catulli & Mæcenatis sunt nimis languida, & affectate neglecta. Contra Cornelius Gallus est rotundior & gravior*. Nolo istud Papini judicium aliis verbis, quam Francisci Vavassoris viri politissimi, ejusdemque cum Papino instituti, a me recellatur. Sic porro Vavassor in Papinum animadvertit pag. 698.

pag.698. operum: *nihil falsius hac Papini sententia: Cornelii Galli Elegiarum nihil superest: quodque illi tribuitur parum est castigatum; immo est puerile & absurdum; tantum abest, ut ejus versus Catullianis rotundiores & graviores sint. De his consulatur Justus Lipsius, Petrus Pitæus, Josephus Scaliger, quique nunc in bonis literis aliquid sapiunt.* Ita Vavassor, verbis Gallicis a me latine explicatis: quibus nihil opposuit Rapinus in suis Responsonibus ibi subjunctis, & ob judicium istud suum minime cautum præterea vapulat ab Jano Brouckusio in notis ad Propertium lib.ii. Eleg.xxv. v.91. pag.209. Lipsium tamen, quem generatim citat Vavassor, de Maximiano aut Gallo nusquam loquutum reperio; adeoque nec in libro ii. Electorum, quem falso indicavit Bailletus in Judiciis a me alibi adductis tomo iv. parte ii. pag. 128. Henricus Paladius lib.v. pag.75. quasi Rapiniano errori præcurrens, non solum in certa dubius hæsit; an scilicet Galli essent necne quæ Criticis plane omnibus emunctæ naris ut spuria & fordida reprobantur; sed eadem *ab elegantiori stilo & cultu verborum*, immerito sane, laudavit. Illuc omnino abiit Michael Fuscarenus in notis ad Honorii Dominici Caramella Museum illustrium poetarum pag.70. ubi de Gallo scribens; *hujus poeta, inquit, carmina notissima sunt ac lepidissima, præsertim carmen illud elegiacum de Senectute.*

CORNELIUS
GALLUS.
LIB.I.CAP.III.

11. Hæc eadem carmina, *notissima & lepidissima* quidem certe, apud ævi inferioris auctores usque ad ipsa tempora Gaurici, sub proprio semper & vero nomine *Maximiani*, qui se *Etruscum* appellat, per manus hominum volitarunt. Hoc ita exploratum ubique & compertum est, ut nulla unquam tergiversatione celari possit: nam præter medix ætates Auctorem Anonymum qui eum laudat in Florilegio poetarum, apud Christianum Daumiun in epistolis Reinesianis pag. 304. Theodericus a Niem in Memoris unionis Labyrintho, quem complevit A. D. 1408. die 25. Julii, tract.v. cap.xxxvi i. Historiæ Schismatis pag.384. loquens de Senectutis affectibus, hæc ponit: *& qui easdem passiones senum latius voluit speculari, legat librum MAXIMIANI poeta, qui incipit*

Æmula cur cessas finem prope rare senectus?

Mox & alios versus adducit: quod in Margaritæ poeticæ cap.x111. præstitit etiam Albertus ab Eyb cubicularius Pii ii. Summi Pontificis fol.86. editionis Basileensis A. D. 1503. nam deest recensio paginarum in editione I. Romana A. D. 1475. apud *Vdalrium Gallum alias Han, Alamannum ex Ingolstat, civem Wiennensem*, in forma folii. Hæc fugerunt obtutum eximii, & a me persæpe laudati philologi Gerardi Jo. Vossii in Institutionibus Oratoriis lib. v. cap. x111. §. 11. ubi unum Johannem Magnum indicavit, qui in Sophologio lib.v11. cap.i. fol.67. edit. Parisiensis A. D. 1516. Maximiani versiculos aliquot protulit. Vixit Magnus A. D. 1415. ex Nicolao Antonio in Bibliotheca Hispana veteri lib.x. cap. ii. §.58. Accedit eo Gregorius Britannicus, sacerdos Ordinis Prædicatorum, qui in sermone habito Cremonæ die prima Februarii A. D. 1492. & ipse

CORNELIUS
GALLUS.
Lib.I.Cap.III.

& ipse sub vero nomine *Maximiani* ex Elegia I. paullo post a Gaurico edita, promptif hęc carmina inter sermone funebres, Venetiis excufos per Petrum Bergomenfem A. D. 1505. in 8,

Ortus cuncta fuos repetunt, matremque requirunt,

Et redit in nihilum quod fuit ante nihil;

Felix qui potuit tranquillam ducere vitam,

Et latus ftabili claudere fine dies.

At vero fi de codicibus calamo fcriptis fermo inftituatur, omnes ad unum quotquot viri docti confuluerunt, & Bibliothecarum plutei haftenus fervant, carminum auctorem femper *Maximianum* faciunt; *Gallum* porro nunquam. Gyraldum quorundam Codicum auctoritatem retuliffe jam vidimus. Martinus Antonius Delrius in Commentariis ad Senecę Hippolytum parte II. pag. 93. teftatur, in tribus Codicibus MSS. fe auctorem reperiffe *Maximianum*. Codicis MS. *Maximiani poetę* etiam fit mentio in Bibliotheca Heinftiana parte II. pag. 121. Goldafti pag. 13. ad partes advocat quinque codices MSS. ita infcriptos: *Facetum & perjuvandum poema de amoribus Maximiani poetę doctiffimi, oratoris suaviffimi*. Exemplum editionis Goldafti, Hamburgi in Bibliotheca Johannea, varias lectiones MSS. Friderici Lindenbrogii exhibere, teftis eft Jo. Albertus Fabricius in Bibliotheca Latina lib. I. cap. xv. pag. 278. editionis IV. Idem Lindenbrogius in notis ad *Cirium* pag. 294. expreffo nomine *Maximiani* adfert diftichon ex Elegia III. Et quanquam fatis in hanc fententiam dixiffe videri poffum, quędam tamen alia non præteribo. Jacobus Sirmondus in notis ad Sidonium pag. 146. edit. II. fub eodem pariter nomine *Maximiani* laudat diftichon Elegia I. ubi in voce *Socratem* media fyllaba producit: quod Sidonium ipfum aliofque, more fęculi femiprifei, feciffe obfervat ftrenuus Sirmondus. Voffius pater lib. II. de Arte grammatica cap. xxv. 1. in Inftitutionibus Oratoriis, & in libro de Poetis Latinis certos nos reddit, nomen *Maximiani* in fuis item Codicibus lectum. Marquardus Gudius in notis ad Phędrum lib. IV. Fab. xv. 1. fe in *vetuffiffimo codice Divionenfi* fub nomine *Maximiani* eadem carmina legiffe teftatur, quomodo in Bibliothecę Bodlejanę codice 2195. & in alio, quem citat Labbeus in Bibliotheca minori MSS. librorum pagina 63. pariter legi compertum eft. Tot codicibus Maximianeis addamus quos citat Janus Ulitius in notis ad Poetas Veneticos, ubi femel, iterum, & tertium Maximiani Elegias ex antiquis membranif emulcat pag. 93. 274. 340. Hęc omnia, quanvis per fe fatis firma, eo amplius roborantur auctoritate Codicum Italicorum, & præcipue Bibliothecę Vaticanę, quos ego hifce manibus contrectavi. In Codice enim 1563. qui eft antiquiffimus, fol. 25. hęc leguntur: *incipiunt carmina Maximiani*. Codex Palatinus 1573. caret infcriptione, fed tamen *Maximianus* legitur in verfu 26. Elegię IV. In Codice Urbinate 832. fol. 133. proftat hic titulus: *Vetuli Maximiani de incommodis Senectutis libellus*. In Codice membraneo in folio Bibliothecę noftrates municipii Sancti Danielis, Ma-

Maximiani Carmina exstant post Propertium, Tibullum & Catullum, utique ob unum amatorium argumentum. Demum Codex Ecclesiæ Patavinæ hanc epigrammæ exhibet: *Maximiani poeta illustris opusculum de ejus Vita & Senectute*. In hoc codice, quem indicavit Jacobus Philippus Tomafinus in Bibliothecis Patavinis pag.8. sex Elegiæ Maximianæ in tres coaluerunt, sicut etiam in principe editione Parisiensi, de qua mox dicam. Primæ elegiæ inscriptio est quam recitavi. Secundæ hæc altera: *Maximiani poeta illustris de Lycori ejus amica, quæ ipsam deseruerat cum esset senex*. Tertiam hæc: *Maximiani poeta illustris, de quadam puella Græca, cujus amore captus fuit, & de nonnullis aliis*. Calligraphus omnia finiit hoc disticho.

Talibus insectæ deponis verba senectæ

Scriptus ab Erimacho, Maximiane, Lupo.

Hæc de Maximiani codicibus MSS. Jam sequitur, ut ad Gaurici editionem revertamur. Ab eo excogitata *Fragmentorum* epigrammæ nusquam in codicibus reperitur. Et cur nam reperitur, si isdem elegiis nihil desit præter elegantiam & honestatem? Quid ergo in Senatu eruditiorum ad agendum reum Pomponium Gauricum manifestæ imposturæ, a nobis deposcitur, quod ubertim productum non fuerit? Nihilominus adhuc amplius hominis fraudem configam, ita ut nullius artis medicamine obduci possit. Illo eodem tempore, quo Gauricus Maximiano subrepta, ut vocat, *Elegiarum fragmenta*, Cornelio Gallo supponere studuit, hæc ipsa sub vero nomine *Maximiani* typographicis formis excusa fuerunt Parisiis cum hac inscriptione, quæ operi sane respondet: *Perjucundus (juvenum quoque mirum in modum demulcens animos) libellus, quem nugarum Maximiani, immitis Alexander intitulat. Impressus Parrubisii opera exactissimaque diligentia Stephani Jobannot & Petri Le-Drou artium magistrorum, & vigilantissimorum impressorum. Hunc si parvo numismate comparare cupis, venalem in vico Sancti Jacobi reperies, in domo quadam, ante Matburinos sita, juxta carnificem (humano pro corpore) carnes vendentem in 4.º* Hujus rarissimæ editionis exemplar servatur Parisiis in Bibliotheca Mazarinica. Deest annus. Sed character aliquæ libri ab isdem typographis A. D. 1496. & 1497. impressi factam evincunt circa A. D. 1500. Alexander, cognomento de *Villadei*, qui *nugas Maximiani* dicitur irrississe, vixit A. D. 1240. ex Luca Waddingo in *Scriptoribus Ordinis Minorum* pag.10. inque suo *Doctrinali pærorum*, versibus Leoninis contexto, quod centies excusum est, sic præfatatur

Scribere Clericulis parvo Doctrinale novellis,

Plavaque doctorum sociabo scripta meorum.

Jamque legent alii pro NUGIS MAXIMIANI,

Quæ veteres sociis volebant pandere caris.

Gyraldus in *Dialogo* 1v. de Poetis, hunc eundem *Maximianum* cujus (ut ait) & insignis *nugator Alexander* *nugas irridet*, etiam ipse pro

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. III.

illo eodem *Maximiano* Elegiographo accepit, cujus carmina Gallo tunc recens supposita fuerant. Idem putavit Gabriel Naudæus in Aucario Historiæ Ludovici XI. Regis Francorum cap. v. 1. pag. 148. & nuper Moneta in Menagianis tomo III. pag. 243. & 244. Sed viros cetera diligentes similitudo nominis a vero deduxit. Etenim *Maximianus*, quem spernit Grammaticus Alexander, nec fuit *Etruscus*, neque *Elegiographus*; sed natione Gallus, & versificator grammaticæ artis, in Academia Parisiensi olim perlegi solitæ, quem vixisse A. D. 1200. auctor est Carolus Cangius in Nomenclatore ad Glossarium Latinum, ejusque regulas metro concinnatas, alicubi forte *nugas*, usque ad eundem Alexandrum invaluisse, palam sit non minus ex verbis jam recitatis, quam ex Cæsare Egassio Bualæo in Historia Universitatis Parisiensis to. I. pag. 517. Hæc sententia vero etiam propius accedit, quod *puerorum* manibus libri de arte grammatica teruntur, non turpissimæ Elegiæ de amoribus & ebrietate, cujusmodi hæc sunt, quæ *Maximianum* Etruscum, vitii inquinatissimum senem, auctorem habent. Ceterum sicut Alexander in Gallis et puerorum manibus excussit Maximianum illum Grammaticum; sic pari modo Patres Synodi Mechliniensis Alexandrum ipsum explosum iverunt, ut juventuti unum Jo: Despauterium in manus tradere decernerent, teste Auberto Miræo in Elogiis illustrium Belgii scriptorum pag. 144. Editionis f. anni 1602. Ex his, quæ dixi, videmus, Theodoro Pulmanno & Jano Gebhardo prudenter actum ubi editionibus suis Lugduni apud Antonium Gryphium, & Hanoviæ apud Aubrios, curatis A. D. 1573. & 1618. carmina, quæ *Cornelio Gallo* afficta in superioribus editionibus offenserant, Propertio non prius addiderunt, quam monito lectore, eadem referenda esse ad *Maximianum*. Id editione vero Propertii ex museo Simonis Abbes Gabbemæ, Trajecti ad Rhenum apud Gisbertum a Zyl A. D. 1659. in 8.^o *Maximiani elegiarum libellus, perperam Cornelio Gallo attributus*, inscribitur.

IV. Nomen ergo *Cornelii Galli*, cui omnem *Phæbi chorum* affurxerisse testatur Virgilius, longe abeat a vulgatis illis *Elegiarum fragmentis*, utpote Musis omnibus invitis illuc intrusum. Neque audiat Robertus Titius, vir ceteroqui eruditus, qui in suis Locis controversis quum nonnulla carmina *Maximiani* pro sinceris *Cornelii Galli* inconsulto laudasset, mox in lib. I. cap. xv. Assertionis contra Ivonem Villiomarum, sive Josephum Scaligerum (a quo propterea vapulaverat) ut hostis telum declinaret, poetastrum illum in Codicibus MSS. *Cornelium Gallum Maximianum* dici pronuntiavit, antiquum vero, & nobilissimum vatem, *Cornelium Gallum Asinium*: quod subterfugium Vossius jure & merito ridet in Institutionibus Oratoriis lib. v. cap. x. 1. 1. §. III. Ab hoc lapsu nec Tarquinius Gallutius sibi cavet, dum *Maximianum* ipse etiam cognomento *Gallum* dicere maluit. Utrique imposuit Aldus Manutius junior in præfatione ad carmen, de quo infra agam, ubi narrat in suo Codice MS. Elegias ab hisce Maximianeis diversas, quas ipse pro Sinceris

Cor-

Cornelianis ab se editas venditavit, *Asinii Cornelii Galli* nomen præferre. Verum inscriptio hæc ideo conficta est, ut *Asinium Cornelianum Gallum* ab *Cornelio Gallo Maximiano* distingueremus, quum utrumque sit merum ornamentum. Quare vehemens suspicio animum subit, Aldum Titio, familiari suo, a quo in partes vocatur, gratificaturum, spurium factum excogitasse, quum Titius totus esset in Scaligeri Animadversionibus evertendis. Aldum enim hoc figmentum Florentiæ vulgasse A. D. 1588. infra videbimus. Titii Assertio ibidem prodiit A. D. 1589. Certe Aldus epistola inter suas Italicas 170. pag. 149. Pisis data die 3. Julii A. D. 1587. ab Titio ad se mitti postulat librum quempiam sibi promissum, Titioque, ut ait, jam notum: quem Scaligerianum esse auguror. Ejusdem farinae censo Maximiani Elegiarum Codicem MS. Ragusinum acephalum, ad cujus calcem sic legebatur: *Cornelii Galli poeta libri 1v. suis*, si meretur fidem non nemo, qui id notavit in margine Pseudo-Galli editionis Lugdunensis anni 1537. inter libros impressos Bibliothecæ Vaticanæ Cod. 10940. At neque satis niirari possum inconstantiam Goldasti, qui, quum negasset, in antiquis Codicibus MSS. *Cornelio Gallo* assignari elegias, illi falso assignatas, postea nomine *Cornelii Maximiani Galli Errusci* easdem inscripsit inter Ovidii Erotica & amatoria opuscula, a nobis jam recensita. Hæc postea inscriptio Jo: Albertum Fabricium virum alias diligentissimum fefellit in Bibliotheca Latina lib. I. cap. xlv. & xv. pag. 252. & 278. Præter Codices MSS. & auctores hucusque indicatos, Janus Doufa in Præcidaneis ad Petronium lib. II. cap. xviii. & Petrus Pichæus inter epigrammata, & poemata vetera, *Maximianum* dixerunt, nunquam *Cornelium Gallum*. Quare ex Aldi Officina sine dubio reliqua nomina prodierunt. Unde vero Janus Brouckusius in notis ad Tibullum pag. 29. *Longini* prænomen hauserit, quo *Maximianum* donavit, me penitus fugit. Hoc unum scio, in Codice Neapolitano Vallettæ A. D. 1400. exarato, *L. Maximianum* dici, nota prænominis addita, quæ *Lucium*, non *Longinum* designat. Villiomarus, sive Scaliger, Animadversionum in Titium lib. I. cap. xv. arguit Petrum Crinitum, quasi Gallo tribuerit quæ essent Maximiani. Hæc sunt verba Scaligeri. *Crinitus tuus de Maximiano Cornelium Gallum fecit. Ideo non dubium est, esse Cornelium Gallum*. Hæc Scaligero humanitus exciderunt, dum Crinito Galli Vitam adscribit, quam cum spuris illis *elegiarum fragmentis* Gauricus auctor ediderat, & postea sublato Gaurici nomine, iisdem *fragmentis*, Propertio adcusis typographi præposuerunt. Id Scaliger propterea facile credidit, quod testimonia Criniti in editionibus veterum Poetarum, limini præire interdum vidisset. Sed Titius personato Ivoni in hoc errore deprehenso nequaquam pepercit in Assertionem sua lib. I. cap. xv. ubi eum his verbis contudit: *Illud certe dissimulare non debeo, quod de Petro Crinito plusquam mendacissime pronunciaisti. An vir ille eruditus adeo judicio non valuit, ut ex parum eleganti locutionis forma, sententiarumque frigiditate, absque ullo veteris exemplaris auxilio,*

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. II.

CORNELIUS
GALLUS.
Lus. I. Cap. III.

*quod nactus deinde fuit Gyraldus non intelligeret, alium omnino auctorem fuisse illarum elegiarum, quam qui vulgo crederetur? Minime vero: sunt enim hæc ipsius verba, ut norunt omnes. Hæc verba ego supra jam retuli. Goldastus ut Scaligeri lapsui occurrere studeat, deceptum tradit a Vita illa, quam confarcinaverat Gauricus. Paullus Colomesius in opusculis cap. v. id vitio vertit Pseudo-Galli editioni Plantinianæ anni 1560., cui, ut ait, præfigitur ejusdem Vita, quam putavit Scaliger esse Criniti. Non uni tamen isti Plantinianæ editioni, sed aliis etiam bene multis Vita illa præfigitur. Sed hoc est, quod acris & superbus aliorum animadversor, non inspecto Crinito, putare non debuit. Scaligeri auctoritas subinde in errorem traxit Vossium de Poetis latinis cap. II. & etiam Bailletum, qui in Judiciis eruditorum to. IV. parte II. pag. 125. Crinitum de eodem crimine a Gyraldo reprehensum, nobis perperam narrat. Hoc enim Gyraldus nunquam fomniavit, qui non sane Crinitum, sed Gauricum, licet ejus nomini parcens, reprehendit. Barthius in Adversariis lib. xv. cap. x. & lib. xx. cap. vi. suspicatur, in elegiis Maximiani multa ex Cornelio Gallo esse descripta, sed in sensum Maximiani retorta; conjuncti nonnulla bonæ frugis ex illis eruderat, quæ nihil attinet hæc recitare. Fortassis, particulæ illæ priscae elegantiæ, etsi perquam raræ, quas Maximianus ab aliquo ex antiquis tribus poetis mutuari potuit, Gyraldo imposuerunt, ut non diffiteretur, unam vel aliam ex iisdem elegiis dandam Cornelio Gallo; non enim Gyraldus, qui obiit A. D. 1552. ad spurium Galli elegiam respicere potuit, ab Aldo juniore vulgatam, quod suspicatur Fabricius in Bibliotheca Latina lib. I. cap. x. §. III. quum ante annum 1588. quo prodiit, nemini unquam innouerit. Sed aurem vellit Julius Cæsar Scaliger, qui lib. vi. cap. vi. pag. 786. edit. v. Poetices, tertiam tantum Maximiani Elegiam, eique subjectam cantiunculam pro adulterinis habere videtur. Verum hoc quod nulli Criticorum hæctenus arrisit, admittere non sustinet animus, & merito quidem certe, quia phrasis *barbara*, & character ubique humi serpens, veterum etiam codicum plane omnium consensus, singulas Maximiani esse satis loquuntur. Hinc post eundem seniore Scaligerum viros eximios Claudium Daufquium in notis ad Silium Italicum lib. I. pag. 29. Hieronymum Columnam ad Ennium pag. 474. & Sertorium Ursatum in Monumentis Patavinis pag. 271. nonnihil humani passos deprehendimus, quædam carmina Maximiani pro Cornelianis laudantes. Et tamen Columna pag. 274. distichon ex eadem Officina protulerat, ambigens, an quæ Gallo adscribuntur, ad eum pertinerent. Sed & alios doctos viros hic indicabo a Gaurico deceptos, qui Maximiani versus, tanquam Galli, acceperunt: M. Antonius Majoragus Decisione xx. in Cælium Calcagninum pag. 91. edit. Lugdunensis apud Gryphium 1544. citat hunc versum, quasi Galli, quum sit *Maximiani*, Eleg. I. ver. 50.*

Non res in visum, sed male facta cadunt.

fo:

Jo: *Jacobus Obffletius* in Geminæ matris titulo pag. 22. profert hunc alium, qui est in fine Elegiæ v.

Ac velut expletis desinit exequiis.

Gabriel Naudæus in Consilio de instruenda Bibliotheca pag. 79. edit. I. Parisiensis apud Franciscum Targam A. D. 1627. quasi ex Gallo hoc disticon recitat

Nec minus est nobis per pauca volumina sumæ,

Quam quos nulla satis bibliotheca capit.

Hoc disticon, unde hauserit Naudæus, me fugit. Nam in elegiis Gallo suppositis frustra quæritur. Daniel Heinsius in notis ad Silium Italicum lib. I. v. 468. animadvertit, *mare fluctuosum* sæpe generatim dici *Ægeon* a poetis: ad quod comprobandum hos versus profert ex fragmentis *Cornelii Galli*, ut ait, *non illis Maximiani.*

Non secus Ægeæ moles objecta fragori,

Illæ manet: frustra ventus & unda furit.

Pro illa manet legendum monet *firma manet.* Et *Ægeæ fragori* simpliciter dictum pro *magno & inusitato fragori.* Sunt versus ex Elegia, Galli nomine edita ab Aldo juniore, & a Scaligero explosa. Quum Heinsius fuerit Scaligeri amicus, & armiger contra Scioppium, mirum est, carmina sui herois animadversione confixa, eum tanti fecisse, ut Gallo adscribere, & quasi tanti vatis legitimum foetum emaculare non dubitaret. Franciscus Vavassor in opusculo de *usu quorundam verborum, verbum Cypris* pro *Venus* probæ antiquitati ignotum fuisse animadvertit. Eo usum Aufonium epigr. LVII. & Maximianum Eleg. I.

Diligit & florem Cypris ubique suum,

notatur in Menagianis to. III. pag. 32. Ceterum ultro largimur, ut Gaurico *adolescens*, non viro, hanc fraudem vitio vertamus: quem scilicet ingenii vanitas juvenilis, de qua culpatur a Paulo Jovio in Elogiis, ad experiendum perpulerit, utrumne operis novitate, falso prisca ævi colore illita, viris doctis illudere posset. Sedenim Gauricum deinde adultum, & doctiorem factum, suæ fraudis penituisse, facile existimo; adeoque impensus egisse, ut primis Pseudo-Galli exemplaribus pro virili subtraheretur (nunc ideo rarissimis) nomen suum in novis editionibus impostèrüm prætermitteretur. Certe hoc suadet nos credere Sebastianus Antonius Minturnus, qui Gauricum una cum aliis præstantissimis viris disceptantem inducit in eleganti opere suo de Poeta: in quo veteres Elegiographos, etiam Latinos, imitatione dignos, commendat lib. v. pag. 406. non tamen in his Gallum ab suo Pomponio tanto ante vulgatum: quem neque illorum numero adscripsit in opere Italico de Arte poetica lib. III. pag. 270. 271. Gaurici *Elegiæ, Eclogæ, Silva, Epigrammata*, Venetiis A. D. 1526. in 8.º non expresso typographi nomine, prodierunt. In epistola, qua Lucas, auctoris frater, librum Ferdinando Salerni Principi nuncupavit, Pomponium ante XIX. ætatis suæ annum ea Patavii scripsisse testatur. Rhamnusus cui Pomponius duo

Epi-

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. III.

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. III.

Epigrammata inscribit, Tarvisii natus die xx. Junii A. D. 1485. ex genealogia MS. apud V. C. Apostolum Zenum, A. D. 1501. quo, ut dixi, Gauricum, adolescentem, vocavit, ætatis suæ annum xvi. agebat, Pomponius circiter xix. tunc enim uterque simul Patavii studii operam dabat Raphael Regius in Oratione ad Jo. Baduarium, anno 1508. quo edita fuit Venetiis apud Georgium de Rusconibus, ait Pomponium adhuc Patavii moratum & pridem operam dedisse Jo. Calpurnio in eodem gymnasio Patavino; quæ ideo scrupulose adnoto, ut juvenilem hanc fraudem & lusum vanis adolescentibus condonemus.

V. Priusquam de persona Maximiani, deque ævo, quo claruit, differere instituo, notare præstat, fuisse *Etruscum*. Hoc non semel de se testatur. Elegia I.

*Ergo bis ornatum meritis ETRURIA nostris
Optabat natis me sociare suis.*

Elegia v.

*Hic me suscipiens ETRUSCÆ GENTIS alumnum,
Involvit patriis Graja puella dolis.*

Rurfus.

*Succubui fateor, Graja tum nescius artis,
Succubui TUSCA simplicitate senex.*

Quod Maximiani ætatem spectat, Delrius in codicibus MSS. eandem subodoratus, temporibus Boetii vixisse monuit in notis ad Senecæ Hippolytum pag. 93. Sane ipsemet Maximianus in Elegia II. non obscure id prodit.

*Hic mihi MAGNARUM SCRUTATOR MAXIME
RERUM*

*Solus BOHETI fers miseratus opem;
Nam cum me curis intentum saepe videres
Nec posses causam noscere tristitia;
Tandem prospiciens tali me peste teneri,
Mitibus alloquii pandere clausa jubes.*

Hæc nimium quantum congruunt clarissimo Consulari & præstanti philosopho Severino Boethio, qui præter alios librum de *Consolatione* composuit, obiitque Theoderico Rege Gothorum, sub quo Maximianum floruisse mox apparebit. Idem, quem dixi, Delrius, in suis Codicibus MSS. legerat *Bobeti*, non *Boheti*, quod est a manu Gaurici, etiam in editione Pithæana. Verum lectionem Delrii prima editio Parisiensis, membranæ Goldasti, & ceteræ omnes confirmant. Codex Patavinus habet *Bobeti*, Vaticanus & Palatinus *Boeci*, Ragusinus alique *Boeti*. In hoc fundo arans Goldastus, nonnulla apte suggestit, quibus iudicium suum non satis strenue interposuit Reinesius Epist. lxxxv. ad Daumium. Nos rationibus utrinque subductis, & quibusdam ex nostro penu depromtis, rem non admodum notam pro modulo illustraturi, per singula ibimus. In Elegia I. Poeta testatur, se adolescentem in utraque palæstra, declamatoria & gymnica exercitum, pro palma certasse; gratia, venustate, agi-

agilitate, cantu, venatu, arcu, natatu, valetudine, & corporis viribus, vigilia, temperantia; sed etiam temulentia, æqualibus suis locum præripuisse. Quod ait Maximianus, se arte declamatoria pro palma, inque palæstra & cursu certasse, hoc unum, si alia deessent, plane ostendit, multis eum sæculis ante x11. floruisse, quando scilicet Romana juventus hisce artibus etiamnum exercebatur, quod iterum arguet oscitationem Bernardi Monetæ, Maximianum ad sæculum x11. detrudentis. Audi Vegetium sæculi v. scriptorem lib.I. de Re militari cap.111. *sudorem cursu & campestri exercitio collectum nando, juvenus abluebat in Tiberi*. Hoc idem se fecisse, ait Maximianus Elegia I. Est quidem ille poeta barbarus, at non ideo sæculi x11. Ejus barbaries ea est, quæ sæculis v. & v1. usu erat ut periti norunt. Ortum, altumque in Tusciæ Suburbicaniæ opido quoppiam, Tiberi adjacente, puta Hortana Colonia, innuere videtur hoc carmen de se juvene ab illo prolatum

Innabam gelidas TIBERINI FLUMINIS undas.

Cum ergo Maximianus Boethio, qui Consul processit A. D. 510. familiariter usus fuerit sub Theoderico Rege Gothorum, ad eum sine dubio referenda erit Epist. xx1. lib. I. Variarum Cassiodori, hac epigraphe prænotata: MAXIMIANO *Viro illustri & Andrea viro Senatori Theodericus Rex*, qui ratiocinia fabricarum & operum publicorum urbis Romæ utrique commendat. Idem *Maximianus* memoratur etiam epistola xx1. libri 1v. Reinseus Goldasto succenset, quasi inscriptionem epistolarem, jam recitatam, non viso Cassiodoro, pro marmorea venditasset; quanquam Goldastus pro titulo epistolæ, nec secus, eandem exhibuit. Æque iniquum se ostendit Reinseus ubi ait, Goldastum gravius errare dum Siglas V. S. exponit *Viro Senatori*, non ut debuit, *Viro Spectabili*: nam Goldastus notas compendiaras V. S. minime exposuit, sed retulit verba integra Cassiodori, penes quem prostant bene multa hujusmodi exempla, ut lib. I. epist. x1x. *Saturnino & Verbusto Viris illustribus Senatoribus*. Epist. xx11. *Marcello Viro Senatori*, Epist. xx1v. *Sabiniano Viro Senatori*, & hujusmodi alia sexcenta. Neque dicendum, in editionibus verba temere extensa fuisse; eadem enim prorsus leguntur in operibus Cassiodori, quæ Johannes Garetius, monachus Sancti Mauri ad fidem veterum Codicum MSS. emisit Rotomagi apud Ludovicum Billaine A. D. 1679. duobus voluminibus in forma folii. Quia vero Maximianus Elegia v. gloriatur, se *legati munere sanctum* apud *Foas* gentes, ob *geminæ pacis fœdus* percutiendum, scite monet Goldastus, ad Anastasium Constantinopolitanum Imperatorem, qui A. D. 491. Zenoni successerat, & ad Regem Theodericum, id pertinere. Hanc suam Legationem sic declarat Poeta Elegia v.

Missus ad FOAS LEGATI MUNERE sanctus

TRANQUILLUM cunctis nescere pacis OPUS.

*Dum studeo GEMINÆ componere FOEDERA PACIS,
Iuveni cordis bella nefanda mei.*

Ex

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. III.

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. III.

Ex his cognoscimus, Maximianum ad *Eoas* partes, idest Constantinopolim missum, ut *gemina pacis fœdera componeret*, nempe inter Imperium Orientale & Italicum; Anastasius enim in Oriente, Theodericus in Italia rerum potiebantur. Legatus hoc loco non est qui Proconfulibus in provinciam ituris vicaria potestate adungebatur, sed qui posteriori ævo dictus est *Missus*. Hujusce Legationis diploma recitatur a Cassiodoro lib. I. Variar. Epist. 1. ubi Theodericus poscit ab Imperatore Anastasio, ut secum sedes faciat: propter quod binos Legatos ad eum se mittere ait: *proinde illum & illum LEGATIONIS officio ad serenissimam pietatem vestram credidimus destinandos, ut sinceritas PACIS, quæ causis emergentibus cognoscitur fuisse vitata, deterfis contentionibus, in sua deinceps firmitate restituta permaneat: quia pati vos non credimus inter UTRASQUE Respublicas, quarum semper unum corpus sub antiquis Principibus fuisse declaratur, aliquid discordiæ permanere.* Ad hanc pacem alludens Senatus Romanus, Anastasium Augustum affatur verbis, quæ Hormisdæ literis intextuntur apud Baronium A. D. 515. §. XLV. *proinde, piissime Imperator, hæc suo nomine Senatus serenitatis tuæ clementia provocatus adjunxit, ut qui animo quam benigno in UTRAQUE Republica concordanda fuisti, tam esse pio in Ecclesiæ redintegrandæ unitate noscaris. Nam, ut PAX illa Reguorum tantum scilicet prodesse subjctis, sic hæc religionis, cum populo suo proficit imperanti.* Avitus Viennensis epist. LXXXIV. apud Sirmondum tomo I. Operum pag. 126. sub nomine Sigismundi Burgundiæ Regis, ad Anastasium Imp. de ea pace sic scribit: *Specialius securitate concepta, quod rector Italiæ (Theodericus) de PACE vestra publice planderet, & rumore dispersa redditam sibi Orientis gratiam coloraret.* Apud Procopium lib. III. de Bello Gothico cap. XXI. Totilas Justinianum Augustum alloquens eandem pacem his verbis pariter memorat: *petimus ut commoda PACIS & amplectaris ipse & nobis concedas: quorum momenta atque exempla nobis suppeditant Anastasius & Theodericus.* Legatorum nomina, qui hanc celeberrimam pacem in Aula Constantinopolitana pro Theoderico subsignarunt, in literis Legationis testibus, a me superius adductis, reticuit Cassiodorus; neque de iis ulterius indagavit Goldastus. Sed fuisse *Fausstum Magistrum & Irenæum, viros illustres*, eruimus ex Gelasii Pontificis epistola in magnis Ecclesiæ Annalibus A. D. 493. §. II. quo anno contigit hæc legatio, extincto Odoacre, & ad Regni Italici fastigium evecto Theoderico: qui alias ab A. D. 489. quo vicit Odoacrem Veronæ, late dominabatur. Anonymus Valefianus ad calcem Ammiani Marcellini pag. 719. editionis Gronovianæ memorat *Fausstum Nigrum*, quem Theodericus Legatum direxerat ad Zenonem Imp. Cassiodori Epistolæ XXXVI. & XXXVIII. libri IV. inscribuntur *Faussto Præfecto Prætorio*, qui penes Baronium *Magister officiorum* dicitur a Gelasio. Verum quum nomen *Jvenæi* nusquam occurrat apud Cassiodorum, ominari fortasse licet, eum fuisse multinominem, ex illius sæculi more, quem egregie explicuit

plicit Jacobus Sirmondus in notis ad Sidonium, adeo ut, quemadmodum Anonymus Valeſianus *Fauftum Nigrum* appellat quem Gelafius *Fauftum* appellaverat, ſic *Maximianus* Caſſiodori fuerit *Irenaus* Gelafii: quo pacto is, qui fuit *Anicius Manlius Torquatus Severinus Boethius* Caſſiodoro lib. I. Epift. x. & lib. II. Epift. IV. eſt *Boethius*, & Theodulfo Aurelianenſi lib. IV. Carmine IX. *Severinus*. Idem Caſſiodorus, cujus nomina fuerunt *Magnus Aurelius Caſſiodorus Senator*, dicitur *Caſſiodorus* Epift. II. lib. I. Sed in inſcriptionibus Epiftolarum libri XI. & XII. uno *Senatoris* nomine appellatur: *Irenaus* ergo idem fuerit ac *Maximianus*; & nescio, an diverſus ab *Alano Maximiano*, Boethii *oxygionis*, cujus carmina Barthius inferere decreverat tomo quinto Corporis Poetarum, quod moliebatur. Quare *Maximianus Etruscus* tetigit finem quinti, & initium ſexti ſæculi; nec illi quicquam rei eſt, ut opinabatur Reineſius, cum Maximiano, ad quem Symmachus, Theodoſii I. æqualis, ſcribit Epift. XXIV. lib. VIII. eoque minus cum *Tarrantenio Maximiliano*, ut putavit Pignorius in Originibus Patavinis pag. 153. ubi ejus inſcriptionem, ſecum ab Sirmondo communicatam, vulgavit: quam poſtea edidit Sirmondus ipſe in cenſura cap. III. & ſerme eadem proſtat apud Gruterum CCCCLXXI. 8. Lapidem *Maximiliano* erexit *Anicius Acilius Glabrio Faustus* ineunte ſæculo quinto, qui Glabrio conſulatum iniiit A. D. 437. ex Panvinio ad Faſtos Conſulares pag. 420. Præſuit Urbi A. D. 426. ex Reineſio Claſſe I. num. XXXIX. Felix Ciattus in Peruſia Auguſta lib. III. pag. 415. & ipſe *Maximianum* poetam cum hoc *Maximiliano* commiſcuit, & Peruſinis inſuper ſuis, in patriam officioſus adnueravit. De eo Jacobus Gothofredus ad Cod. Theodoſianum lib. IX. tit. XXX. l. IV. Itaque *Maximiano* Etrusco, Gothicam illam ſuam Legationem in Aula Conſtantinopolitana obeunti, contigit quod ipſe in Elegia V. ſtatim poſt verſus a nobis ſuperius exhibitos, ſic narrat.

*Hic me ſuſcipiens Etruſcæ gentis alumnus
Involvit patriis Graja puella modis,
Nam quum ſe noſtro captam ſimularet amore,
Me potius vero fecit amore capi.
Pervigil ad noſtras adſtabat mane ſeneſtras
Nescio quid Græco murmure dulce canens.*

Hæc fatis evertunt mendaciſſimum commentum Reineſii, qui in Epiftola ad Daumium, alibi adducta, opinatur Maximianum hunc poetam vixiſſe inter ſextum & ſeptimum ſæculum, eundemque illum eſſe Maximianum, qui fuit Abbas Monaſterii exſtruſti in Urbe ab Sancto Gregorio Magno, deinde Epifcopus Syracuſanus, ad quem idem Pontifex nonnullas epiftolas ſcribit; enim vero hic Maximianus fuit vir ſanctiſſimus, ita ut abſque ſæda calumnia illi adſignari nequeant elegiæ omnino profanæ, ineptiſſis amoribus ad nauſeam referatæ, quæ dedecent non ſolum Abbatem, Epifcopum & virum ſanctum, qui fuit idem Maximianus, ſed quencumque honeſtis & chriſtianis moribus paullo deditum;

CORNELIUS
GALLUS.
Lus. I. Cap. III.

Brietius lib. VI. de Poetis latinis pag. 69. Elegias *flammarum*, quam *cruditionis luce digniores* iudicat. Benedictus Varchius in Herculano Dialogo pag. 245. tantam earum turpitudinem censuit, ut si Galli essent, hunc omnium maxime lascivum dicere non ambigeret. Hoc tamen vir præstans de Gallo se minime credere affirmat, qui non solum laudatus, sed & dilectus fuerit a Virgilio, quem veteres a virginali pudore *Partbenium* dixerunt: de quo Vossius in Instit. orat. lib. IV. cap. VI. §. X. Quanto indignius ejusmodi obscœnitates viro sanctissimo affingi debent? Sed de his jam satis, & nimis profecto patienter. Et tamen novelli scriptores *Foro-Livientes* post Vicetinos, inconsultis rei criticæ magistris, harum etiam amœnitatum ductu, Cornelium Gallum in tabulas suæ Civitatis referre non dubitarunt. Eorum omnia singulatim percurrere non est animus, ne ocio plane abutamur. Quod si posthabitis tot argumentis, quibus lectorem ferme oneravimus, adhuc exurgit, qui in tanta luce ultro cœcutire gestiat, quod nullius quidem sapientis est, rem faciet viro gravi profusus indignam. Absit credam, in Civitate a doctis viris minime vacua, ullum esse tam levis ingenii, ut omni literarum Senatui detracturus, serio ei aures præbeat.

VI. Occasio jubet, ut etiam adscribam quid videatur de cantiuncula Lyrica, post primam Gaurici editionem Elegiis Maximianeis subiecta. Gallo adscripta legitur in libro, cui titulus est: *Pindari de Bello Trojano*, seu verius, libri VI. Homeri Iliados latinitate donati, & Fani editi apud Hieronymum Soncinum 1515. in 12.^o Non patiar diutius hærrere quenquam in re levicula. Samuel Bochartus in Hierozoico to. II. lib. V. cap. VI. inde, ut ex Galli vero sortu, versum adduxit, quem ait imitatum Petrum Crinitum. Sed in erratis ita emendavit: *Cornelius Gallus aut quisquis est*. Nicolaus Villanius in Considerationibus sub ficto nomine *Pbasani* editis pag. 499. ex ea cantiuncula, tanquam legitima, hoc testimonium adducit.

Da columbatim mitia basa,

Sed *mammæ* etiam *gemipomas* a Gallo reapse dictas putavit pag. 404. alterius operis, quod *Aucupium Vincentii Foresii* appellavit. Verum hæc ipsa verba Viros doctos monere debuissent, ne illud carmen Gallo transcriberent, quum vox *columbatim* sit Galli ætate recentior, utpote conficta a Cn. Matio, ut habet Agellius lib. XX. cap. IX. & Goldastus sub nomine Georgii Erhardi in symbolis ad Plautum pag. 958. agnoscit non esse Galli. Ad hæc in eodem carmine, Gallum mentiente *rubida genæ* pro *roseis* dicuntur, quum tamen apud Agellium lib. II. cap. XXVI. RUBIDUS, *atrore & nigrore multo mixtus sit*. Plautus pro *scabro* & *aspero* accipit in Stichio I. II. 78.

Rubiginosam, strigilem ampullam RUBIDAM,

Et in Casina II. V. 2.

Atque ibi torreto me pro pane RUBIDO,

Quare non laudis, sed dedecoris causa *genas rubidas* vocasset *fincerus*
Gallus



Gallus : Gallo etiam tribuere carmen , ubi *papilla* , voce novitia dicuntur *gemipoma* , perquam absurdum videtur , eoque magis tertiam syllabam , quæ longa est , corripere ut patet ex genere metri .

CORNELIUS
GALLUS.
Lra.I.Cap.III.

*Quid mihi fugis vivum sanguinem ?
Conde papillas , conde gemipomas ,
Compresso lacte quæ modo pullulant .*

Similiter statuendum de illis pauculis , quæ prodierunt Florentiæ sub hoc lemmate : *Asinii Cornelii Galli Elegia , nunc primum e tenebris eruta ab Aldo Manuccio . Eiusdem Epigrammata tria . Florentiæ ex typographia Georgii Marescotti 1589. in 8.º* Occasione scriptiois hæc perhibetur : *Militabat Gallus adversus Partbos sub Ventidio Imperatore clarissimo . Certior vero factus de valetudine Lycoridis , quam in urbe reliquerat , hanc in castris Elegiam scripsit , in qua mirabiliter amantem affectus exprimit .* Hæc eadem novo fuce illita paullo post recusa fuerunt Venetiis cum hac inscriptione : *Cornelii Galli antiqui poeta Elegia , Gandavi in Divi Bavonis Bibliotheca reperta , sed vitio temporis multis in locis corrupta . Epigramma cum eadem Elegia inventum , & quantum ex stilo conjicere licet , ab eodem poeta compositum , eadem quoque temporis injuria depravatam , & a Demetrio Græce utcumque restitutam . Venetiis apud Georgium Angelarium 1594. in 8.º* Omnia hæc prostant etiam inter Epigrammata & poemata vetera Pithœi pag.418. in Choro poetarum pag.3263. editionis Lugdunensis A.D.1616. & cum Catullo,Tibullo, Propertio & Pseudo-Gallo editionis Wechelianiæ Francofurti A.D. 1621. in 8.º Denique cum iisdem Poetis ex Museo Simonis Abbas Gabbemæ. Elegiæ initium tale est .

Non fuit Arfacidum tanti expugnare Seleucem .

Verum quibus pituita non est molesta , causam facile subodorantur , quamobrem inter pseudepigrapha hæc quoque sint ableganda . Id uberitum loquitur tota orationis idea & sermo in primis , Galli ætate minime dignus . Perplacet iudicium Pithœi pag.477. ubi hæc omnia contemnit , *ut quæ nec temporum rationi , nec personarum moribus ac decoro , sed nec lingua quidem Romana elegantia , & proprietati satis congruere videantur .* De elegia sic scribit Philippus Brietius pag.186. *non puto tamen esse Galli .* Sane Scaliger omnia hæc Manutiana fragmenta censorio stigmatate in suis opusculis postumis ab Isaaco Casaubono editis Luteciæ apud Hadrianum Beys A. D. 1610. in 4.º ubi pag.335. cum Scaligerianis notis recusa sic inscribuntur : *Asinii Cornelii Galli Elegia & epigrammata tria cum animadversionibus Josephi Justi Scaligeri Jul. Caf. Fil. ad amplissimum Virum Claudium Puteanum Consiliarium in suprema Curia Parisiensi .* Hæc pariter inferuntur iisdem opusculis auctioribus , Francofurti vulgatis apud Jacobum Fischerum A. D. 1612. in 8.º Ibidem vero Scaliger Parte II. pag.411. ad Janum Gruterum de his commentiticiis carminibus sic iterum scribit : *Neque nos sumus tam levis ingenii , ut illis fidem adcommodemus , quos scimus nunc non primum incipere lu-*

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. III.

*dere de credulitate nostra, si modo ullam hætenus in nobis experti sunt. Id fecerunt in Elegia ineptissima, nomine Cornelii Galli, in qua lacunas reliquerunt, & versus integros omiserunt, ut fidem facerent vetustatis ex lituris & obsoleta lectione. Idem ferme ait lib. IV. Epist. 409. & in notis ad pag. DCCCXXII. Gruterianarum Inscriptionum. Scaliger plane subscribit Eusthatius Svartius in Analektis lib. I. cap. IV. in fine. Præstantium virorum censuris ad stipulatur Barthius ad Statium to. I. pag. 449. ubi elegiam vocat *figmentum Aldi Manutii junioris*, & non immerito carpit Thomam Dempsterum, qui Antiquitatum Romanarum lib. X. cap. XXIX. Gallo cum ceteris reliquiis eandem adscripserit, in iisque legendis Jacobi Lectii beneficium agnoverit. Non tamen video, cur Casaubonus in epistola ad Jacobum Augustum Thuanum, qua præfatur in Scaligeri opuscula, Criticos Italos inscitæ redarguat, quasi legitimum Galli factum eam Elegiam reputaverint. Verba illius hæc sunt. *Pseudo-galli Elegiam Itali Critici pro germano poemate Cornelii Galli, æqualis Augusti, & cujus mortem Virgilius desolevit, venditabant. Consultus super eo hic nostri sæculi Varro a Cl. Puteano, cui de fraude suboluerat, responsi loco, Notulas misit, quæ hic habentur. Prævum loliginis succum de more heic evomit Scaliger. Licet enim unus & alter ex Italis illam adprobasset, non ideo isthoc iudicium erat omnibus Italis imputandum. Sed neminem unum ex Criticis Italis huc adduci posse arbitror, qui tunc eandem pro sincera laudaverit, nam Scaligero & Casaubono recentior est Tarquinius Gallutius, qui gravem & suavem in Virgilianis Vindicationibus pag. 459. & Octavius Ferrarius, qui in Parte II. de Re Vestiarum lib. I. cap. I. elegantissimam profecto nimis incaute dixerunt. Inter libros formis descriptos Bibliothecæ Vaticanæ Cod. 10962. ad marginem prioris editionis Manutii criticæ quædam notulæ MSS. leguntur, itaut plane politissimus Aldus ingenio suo abusus fuerit, non animadvertens quantum distaret sæculum & ingenium Galli ab auctore istius carminis: quod germanum tanti viri factum putare, hoc plane desipere est. Eodem loco haberi debet epigramma ad Augustum de morte Virgilii, quod incipit.**

Temporibus lætis tristamur maxime Cæsar.

At me moratur Daniel Heinsius in notis ad Silium Italicum novæ editionis Drackenborchii lib. I. v. 468. ubi ut probet, sæpe generatim mare fluctuosum, *Ægeum* a poetis dici, testem advocat *Cornelium Gallum* in fragmentis, non illis Maximiani, sed hæc Aldinis.

Non secus Ægeæ moles objecta fragori

illa manet, frustra ventus & unda fuit.

ubi etiam legendum monet: *firma manet*, atque *Ægeæ fragori* simpliciter, esse *magno fragori & inusitato*. Crinitus lib. III. de Poetis Latinis cap. XXXV. illud habuit pro sincero Cornelii Galli, Gyraldo non refragante. Sed aliis eruditissimis viris aliter visum. Etenim Sebastianus Corradus libri primi Æneidos luculentus enarrator, *quæro*, inquit pag. 20. *quis*

quis iste sit Cornelius Gallus ? Is certe non est , quem Virgilius ita dilexit , ut ejus laudes in fine libri quarti Georgicorum fuerit olim complexus ; squidem ille multo ante Virgilium , quod Eusebius ostendit , obierat ; nempe septennio integro ante Virgilium . Hinc Scaliger ad lib. II. Eleg. XXXIII. Propertii vocat *ridiculum epigramma* , quod sub nomine Cornelii Galli vulgo circumfertur de morte Virgilii ejusque *Aeneide* , aitque esse scholastici Poetae . Et re vera huic auctori suo restitutum prostat apud Pithæum pag. 70. Deo eo vide etiam Barthium in Advers. lib. XLIX. cap. xv. Nonius Marcellus hunc versiculum recitat verbo *laboriosus*

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. II.

Durum rus fugite laboriosum ,

quem post Nonium Henricus Stephanus in fragmentis Poetarum veterum latinorum pag. 414. similiter adducit , tanquam ex Gallo ; ambigit tamen illine , an Calvo tribuendus , nam Agellius lib. I. cap. XI. non Gallo , sed Calvo tribuit , quem Catullo sociatum laudat Horatius lib. I. Satyra x. & Ovidius lib. II. Amorum Elegia IX. Neque alias constat , nostrum Gallum endecasyllabos versus cecinisse . Versus enim endecasyllabus apud Agellium

Durum rus fugis & laboriosum

Fuit etiam , qui Cornelium Gallum sub *Alpini* nomine latere putavit apud Horatium in eadem Satyra x. libri I. ubi Memnonis , seu belli Trojani historiam ab Alpino scriptam irridet . Nam Jacobus Cruquius Venusini vatis interpres id pro certo habuit in suis Commentariis pag. 403. Sed Vossius Cruquii argumenta *Alpina sane nive* , ut ait , *frigidiora* , egregie labefactavit in fine capituli xv. I. libri I. de Historicis latinis , cui propterea & nos libenter accedimus ; quoniam Richardus Bentlejus in notis ad Horatium pag. 439. editionis Wetstenianæ , de Furio Bibaculo poetam loquutum ostendit . Adhuc unam & alteram observationem addamus . Dionysius Nestor Novariensis , qui floruit Sixto IV. Pontifice , in Lexico edito Venetiis apud Guillelmum de Tridino A. D. 1488. hunc versum pentametrum tanquam Cornelii Galli exhibuit lib. VIII. fol. 143. 2.

Praxitelis manibus vivo iterum Niobe ,

quem Bernardus Moneta in Menagianis tomo III. pag. 249. ex Græco epigrammate lib. IV. cap. x. Anthologiæ expressum , & Cyriaco Anconitano adscribendum censuit , quum tamen ad Aufonium certo pertineat , ex ejus Epitaphio XXVIII. derivatum , quod integrum tale est .

Vivebam . Sum facta flex : qua deinde polita

Praxitelis manibus , vivo iterum Niobe .

Reddidit artificis manus omnia ; sed sine sensu .

Hunc ego , quam lesi numina , non habui .

Hoc ex Anthologia sumtum , adnotaverat olim Elias Vinetus . *Cornelio Gallo* quidam adscribunt epigramma Græcum de Tantalos , quod in Anthologiæ lib. IV. cap. VIII. cuidam Gallo tribuitur . Vide Natalem Comitem in Mythologia lib. VI. cap. XVIII. Sed Philippus Thessalonicensis in Corona , poetas unde suam collectionem corrasit enumerans , licet Augusto

CORNELIUS
GALLUS.
LIB. I. CAP. III.

gusto æqualis, non meminit *Galli*, forte quod adhuc viventis, & Ægypto præfecti carmina nondum innotuissent.

C. Cornelii Galli opera, de quibus disseruimus.

I.

Sincera quæ exstant.

Ceiris poema, falso aliis adscriptum.

Versus unicus apud Vibium Sequestrum verbo *Hypanis*.

Novem versus apud Virgilium *Ecloga* x. v. 44.

II.

Deperdita.

Elegiarum libri iv.

Hesiodus & Chilius Euphorionis latinis versibus expressa.

Fabula Scyllæ Phorci filiæ.

Fabula Teræ & Philomelæ.

Oratio sub nomine Labieni.

III.

Suppositicia, sive aliena.

Elegiæ vi. Maximiani una cum *Cantiuncula Lyrica*.

Elegia & Epigrammata ab Aldo Manutio juniore vulgata.

Epigramma Scholastici poetæ.

Versus unicus Calvi.

Cantiuncula iv. lyrica, alias *ſoci* sub nomine *Galli Poetæ*, sub finem *Pindari de Bello Trajano*, a Francisco Polyardo Mutio Arellio inscripti, & Fani editi apud *Hieronymum Soncinum* 1515. in 8.º.

IV.

Dubia.

Carmen de Tantalò.

HISTORIÆ LITERARIÆ AQUILEJENSIS

LIBER SECUNDUS.

Sanctus Hermes Pastor, Aquilejensis.

CAPUT I.

- I. *Hermes Sancti Pii I. Frater, Cognomento Pastor. II. Scripsit librum, nunc plane deperditum, de paschate die dominico celebrando. Virorum illustrium de HERMETE, HERMA, & eorum libris disserentium lapsus. III. Hermas, qui nunquam dicitur est HERMES idem ac HERMODORUS, anus ex LXX. discipulis Domini, & episcopus Philippensis.*



B Augusti temporibus conferamus nos ad ea, quibus Antonini imperaverunt. Floruit tunc *Hermes*, cognomento *Pastor*, Sancti Pii I. Summi Pontificis frater, memoratus ab vetustissimo Scriptore poematis in Marcionem, quod post Jacobum Pamelium, David Blondellus de Sibyllis lib. II. cap. vi. Gerardus Jo: Vossius de Poetis Latinis cap. v. & Georgius Bullus in Defensione fidei Nicænæ Sect. III. cap. x. §. 19.

Tertulliani auctoris esse consentiunt, nec Tillemontius, qui uni *Bullo* adversatur, quicquam solidi profert, cur Tertulliano auctori poema illud abjudicare debeamus tom. III. pag. 669. Ita ille canit in fine lib. I. II.

*Jamque loco novo cathedram suscepit Hyginus,
Post hunc deinde Pius, HERMES cui germine frater,
Angelicus Pastor, quia tradita verba loquutus.*

Rufinum domo Aquileja utriusque parentem facit Anastasius aliique Scriptores. *Pius* natione *Italus* ex *Patre Rufino*, frater *Pastoris de Civitate Aquileja*. Et gentem quidem *Rufinam* Aquilejæ floruisse nos dubitare non fuit vetus Epigramma, quod inde ad vicessimum lapidem in Colonia Foro-Julienſi erutum claræ memoriæ Adriensis Episcopus Philippus a Turre vulgavit in monumentis veteris Antii pag. 368. licet instar omnium nobis sit Tertullianus, qui ut dixi, *Hermetem*, cognomento *Pastorem* vocat; Auctorem etiam dabo Anonymum, ab Emanuele Schelſtratio in *Antiquitate illustrata* tom. I. pag. 637. prolatum, apud quem sub

S.HERMES
PASTOR.
LIB.I. CAP.I.

sub Antonino Pio hæc leguntur : HERMES PASTOR *Romæ clarus, & Egesippus insignis.*

II. Ergo hic *Hermes*, Pii frater, qui testibus Catalogo Bucheriano, Anastasio, Adone in Chronico, aliisque, *librum scripsit, in quo mandatum continetur, quod ei præcepit Angelus, quum venit ad eum in habitu pastoris, & præcepit ei, ut sanctum pascha die dominico celebraretur, hic inquam, Hermes* alius non est a Pastore, Sancti Pii fratre, de quo meminit Catalogus I. Henfchenianus, ubi *qui librum de iis scripsit, quæ ei præcepit Angelus, quum venit ad eum in habitu pastoris, nomine Hermetis* etiam exprimitur, cui scilicet ab Angelico Pastore, cujus visum in suo de Paschate libro enarravit, postea cognomentum adhæsit, dictusque inde est *Angelicus Pastor, quia tradita verba loquutus, inquit Poeta antiquissimus.* Sic etiam alia a scriptis suis cognomina tulisse observavit Jo: Mollerus in Homonymoscopia pag. 875. nempe *Jo: Climacum, Gregorium Dialogum, Micrologum.* Sic nostrum, Pius, eodem *Hermetis* nomine prætermisso, in Epistola II. ad Justum Viennensem, designavit: *Presbyter PASTOR titulum condidit, & digne in Domino obiit.* Itaque immerito dubitatum tomo IV. Maii Bollandiani pag. 297. §. 4., an *Hermes* sit *Pastor*, Pii frater. Atque hic est qui librum scripsit, nunc plane depræditum, de *Paschate* die dominico celebrando: quod ei præceperat Angelus *in habitu pastoris.* Habemus ergo *Hermetem Pastorem, & ejus librum, non de alia re, quam de paschate, agentem.* Hic *Hermes* propterea cum *Herma*, viro Apostolico, quem Paulus in fine Epistolæ ad Romanos salutari jubet, misceri non debet, neque hujus liber Ecclesiasticus, adhuc superstes, cui titulus *Pastor*, cum ejusdem *Hermetis Pastoris* libro de *Paschate*, qui omnino periit. Singuli enim ab se invicem toto cælo differunt, & ne verbum quidem ullum apparet de celebratione Paschatis in *Herma Pastore*, in libros III. distincto, quem Romæ ante excidium Hierosolymitanum sub Clemente Pontifice, viri docti ex libro I. Visione II. Cap. III. & Visione IV. Cap. III. scriptum fuisse observarunt; Dodovillo enim ad Pearsonium cap. XI. pag. 158. 159. & Georgio Bullo in Defensione Fidei Nicænæ pag. 20. hæc in re potius adhærendum censeo, quam Tillemontio, Epocham libri *Hermæ* trahenti ad Imperium Domitiani circa A. D. 92. tom. II. pag. 12. : & quidem Græce scriptus fuit: cujus tamen versione a primis usque Ecclesiæ temporibus Latini non caruerunt. Discrimen jam dictum *Hermæ & Hermetis* Critici alias præstantissimi, ob similitudinem vocum nequaquam animadvertentes, in immanes errores eoque prolapsi sunt, ut *Hermetem* hunc nostrum tantum commentitium proclamare non dubitaverint. Id semel iterumque egit Jo: Baptista Cotelerius, qui *Herma Pastorem* illustravit; postquam enim *Pseudo-Tertullianum*, ut immerito ait, *Bedam, & Adonem* ab ejusmodi Commento sibi non cavisse conquestus esset, hæc subdit in notis ad lib. I. Visionem II. Cap. IV. §. 25. *Hermes, frater Pii, toti genuina antiquitati indidit, ex cænoso gurgite fabularum haustus.* Dupinus in to-

mo 1. Bibliothecæ *Reginonæ* superaddito, eandem ferram reciprocavit. Fortasse utrunque decepit *Blondellus* in Apologia, ut perperam vocat, pro Sententia Sancti Hieronymi, Sect. 11. §. 3. pag. 16. ubi a Tertulliano, Beda, aliisque *Hermam* illum seniore cum *Rufini* filio, & Pii fratre mixtum caussatur, quanquam & ipse in Tractatu de Sibyllis lib. 11. Cap. vii. pag. 162. perinde eum laudat, ac si ab *Hermete* Pii fratre nequaquam differret. Sed præterquamquod a vero abest, Tertullianum, Bedam, Adonem (saltem in Chronico, aut in Martyrologio die 11. Julii) & Reginonem, *Hermeti Pastori* librum *Herme* tribuisse; viri erudit *Hermetem* nostrum non tantum non eliminant, sed potius confirmant. Qui enim, amabo, hujusmodi fabula fingi unquam poterat, nisi Pius *Hermetem* fratrem vere habuisset, fundamentum eorum, quæ superaddita fuisse dicuntur? Hæc est Tillemontii sententia tom. 11. pag. 656. omnium Criticorum calculi digna. Certe *Hermetis* librum de festo paschali die dominico celebrando, olim revera existisse, probari etiam videtur ex insigni illa Controversia Asianas inter & reliquas totius Orbis Ecclesias, sub Commodo exorta, dum primæ Luna xiv. aliæ vero die dominica magnum illud festum recolendum putarent, utrisque veterum consuetudini inniti affirmantibus, teste Eusebio Hist. lib. v. cap. xxiii. & xxiv. ubi S. Irenæus in epistola Synodica ad Victorem Papam, licet Asianas a communionem ceterarum Ecclesiarum propterea ejiciendos, non adprobaverit, attamen *Anicetum*, *Pium*, *Hyginumque*, *Telesphoram*, & *Xyllum* resurrectionis mysterium dominico die observasse fatetur. Hinc Victor, qui Pio post Anicetum, Soterem, & Eleutherum quartus successit, quum Asianorum ritum mordicus improbaverit, nequaquam credendus est nudæ tantum traditioni & verbo prolatae, sed scriptæ etiam, & ab *Hermete Pastore* in libro de paschate pridem literis consignatæ inhæsisse.

111. Docti viri nobis illudunt, dum *Heymam* aliquando *Hermetem* vocari contendunt; hinc *Herme* librum *Pastorem*, *Hermeti Pastori* assignatum rati: quod nemo veterum cogitavit. Sed nec *Herme* illi ul-
 lus veterum *Hermetis* nomen tribuit: non Clemens Alexandrinus Stromatum lib. I. pag. 311. 356. lib. 11. pag. 360. lib. vi. pag. 679. editionis Caroli Morelli; non Tertullianus de Oratione Cap. xii. non Origenes de Principiis lib. 1. Cap. 111. Philocaliæ Cap. I. & in Epist. ad Romanos lib. x. cap. xvi. non Eusebius Hist. lib. 111. cap. 111. non denique Hieronymus in Catalogo Cap. x. & in Oseam lib. 11. cap. vii. adeo ut apud unum *Rufinum*, tunc forte Græcam terminationem sequutum, in Expositione Symboli semel proferat *libellus Hermatis* pro *Herme*: & quanquam in ejus latina versione libri de Principiis bis legitur *Hermes* pro *Hermas* lib. I. cap. 111. & lib. 1v. cap. 11. hoc tamen in Origenis codice Græco nequaquam comparet; sed *Eguar*, *Hermam*. Immo & apud Eusebium Rufini lib. 111. cap. 111. occurrit *libellus Herme*, non *Hermatis*, neque *Hermetis*. Horum pleraque testimonia quum recitasset Cotelæus in fronte libelli Hermaici, postea in notis *Hermam*, ipsum *Hermetem* dictum

S. HERMES
 PASTOR.
 LIB. 11. CAP. I.

S. HERMES
PASTOR.
LIB. I. CAP. I.

etum fuisse pronuntiavit : Pearsonius quoque in notis ad *Rufini* expositionem in Symbolum post Opera Sancti Cypriani editionis Jo: Felli, & Dodvelli in Dissert. iv. Cyprianica hanc sententiam amplexi, fabulosum monstrum obtrudunt . Ait quidem Labbeus in notis ad Catalogum Bellarmini to. 1. pag. 430. Græcis unum nomen esse Εἱμαῖς & Εἱμαῖ, mutata solum dialecto, quæ in primo sit *Dorica*, in altero *Jonica*. Lucas Holstenius quoque in notis Mss. ad Bellarmini Catalogum tradit Εἱμαῖ, *Syrorum & Ægyptiorum pronuntiatione idem esse, qui Εἱμα*. Verum his facile occurritur, siquidem apud eosdem auctores, plerisque Orientales, quibus *Herma* Pastor, utpote Græce scriptus, magis, quam Latinis innotuit, semper legitur Εἱμαῖς nunquam Εἱμαῖ. Erasmus ad *Novum Testamentum* G. L. in I. ad *Romanos* xvi. ait *Hermien & Herman* diversa nomina esse, prius Εἱμαῖς, alterum Εἱμαῖ, nempe *Mercvrium*, ut ipse vertit . Priori modo scriptum legimus in *Stichometria* Sancti Nicephori pag. 420. editionis regię, in gignendi casu Εἱμαῖ, *Herma* : Sic etiam in epistola Sancti Pauli ad *Romanos* cap. xvi. Εἱμαῖ, *Herman*, ubi Hugo Grotius Operum tomo II. par. II. pag. 762. *Herma* nomen ex Εἱμαῖς, contractum observat ; nam sicut notaverat in prolegomenis ad *Lucam*, nomina quæ in αῖ terminantur, partem sui postremam abscindere consueverunt, ut *Δημαῖς Δημῖς*, *Μημαῖς Μημῖς*. De hoc, alii-que ejuscemodi nominibus consulatur *Thomas Reinesius* Epist. L. ad *Rupertum* pag. 461. Quare *Herma* ille Orientalis idem erit ac *Hermodorus*, scilicet cum juniore *Hermete* Aquilejensi minime confundendus . De *Herma* meminit *Paulus* in Epistola ad *Romanos* xvi. 14. teste etiam *Eusebio* in *Hist.* lib. III. cap. III. ac *Hieronymo* in Catalogo cap. x. fuitque unus e *LXX.* discipulis Domini, deinde *Episcopus Philippensis*, si fidem meretur *Dorotheus* Episcopus Tyrius apud Auctorem *Chronici paschalis* pag. 428. Sed *Hermes Pastor*, homo latinus, ex *Maii Bollandiani* tomo II. pag. 360. fuit simplex presbyter in Ecclesia Romana . Quare *Antonius Augustinus* de emendatione *Gratiani* lib. I. Dialogo vi. pag. 63. edit. I. *Baluzii*, *Baronius* A. D. 159. §. IV. & die IX. Octobris, *Henricus Palladius* *Rerum Foro-Jul.* lib. VII. pag. cx1. & *Franciscus Maria Florentinus* in *Martyrologio* pag. 715. minus recte *Hermetem* recentiorem, & Aquilejensem cum *Herma* illo majori constarunt, quem Sanctus *Paulus* salutari jubet . *Baronius* tamen eodem, quem dixi, anno §. v11. perpenseo utriusque Auctoris libro, de re ipsa *magno opere ambiguum* se ingenue fatetur . *Bellarminus* omnium optime utrunoue Scriptorem, utriusque etiam libros, singularim distinxit, licet nonnihil inconstans *Herman* sive *Hermetem* utrumque appellavit . De *Herma* plura desiderans, adeat Jo: Pearsonium in *Vindiciis* Epistolarum S. Ignatii par. I. cap. IV. pag. 39. *Tillemontium* to. II. pag. 121. 560. *Nicolaum Nurrium* in *Apparatu* to. I. pag. 47. & Jo: Albertum *Fabricium* in *Bibliotheca* Græca tom. v. cap. I. pag. 7. Hi enim hanc spartam mirifice ornarunt . Jo: *Fellus* *Herma* Pastorem ab se recensitum castigatissime edidit *Oxonii* A. D. 1695. in

in 12.^o ejusdemque in illum animadversiones postea Cotelierianis accesserunt in altera editione Patrum Apostolicorum . Libri Analysis præter Nurrium exhibet Tillemontius to. II. pag. 121. Quandonam ex hac vita *Hermes Pastor* migraverit, ex Pii Epistola II. ad Justum Viennensem colligitur, ubi Sanctissimus Pontifex Justum certiore reddit de obitu *Pastoris*, statimque subjungit sibi *revelatum esse citius se finem hujus vitæ facturum*; quod A. D. 161. die XI. Julii contigisse infra ostendemus in cap. v. Quare *Pastor* eodem anno 161. paulo ante *Pium* ad cœlestem patriam evolavit. In Martyrologio Romano, inque veteribus Mss. eum coli die XXVI. Julii notat Baronius. Sed dies ipsa non ita in composito est; nam in Calendario Romano Jo: Frontonis sub die XXVI. Augusti legitur *Natalis Sancti Hermetis*, si tamen est noster. Ado in libello de Festis Apostolorum, ejus obitum designt diei IX. Maii, ubi tamen cum *Hermæ* confundit; Hermæ enim Ecclesiæ seu Tituli Pastoris originem tribuit. Sed hoc, postremum fortasse irreperit a manu librarii; nam in Chronico, & in Martyrologio, se *Hermetem* ab *Hermæ* recte distinxisse Ado prodiderat. Auctor Florarii MS. illum refert ad Kalendas Martias apud Bollandianos tomo II. Maii pag. 360. qui se spondent de eodem acturos die XI. Julii to. I. Martii pag. 4. col. 2. *Hermetem* (rectius *Hermæ*) auctorem *Pastoris* coli ajunt die IX. Maii. Jo: Baptista Sollerius in Auctario ad Ufuardum Antwerpæ editum A. D. 1714. die XXVI. Julii pag. 427. Sanctum *Pastorem* nostrum ex Ufuardinis codicibus inferuit sub titulo *Presbyteri & Confessoris*.

S. HERMES
PASTOR.
LIB. II. CAP. II

CAPUT I.

- I. *Pastor domum Pudentis in Titulum, ab Ecclesia Sanctæ Pudentiæ in thermis Novati, diversum, erexit in Vico Patricii*. II. *Ecclesia Sanctæ Praxedis non in Vico Patricii, sed Laterani, contra Nardinum*. III. *Pia opera & scripta Sancti Pastoris*.

SANCTUS PIUS hæc de *Pastore* scribit ad Justum Viennensem: *titulum condidit, & digne in Domino obiit*. Idem *Pastor* ad Timotheum presbyterum, in epistola I. Sancti Pii memoratum, ait apud Baronium A. D. 162. §. II. & to. IV. Maji Bollandiani pag. 296. 298. 299. domum Pudentis Senatoris in Vico Patricii se in *titulum* convertisse. Hoc nomine ante redditam Ecclesiæ pacem, ædes, secretis Christianorum Conventibus assignatæ, appellabantur, quas nunc, ecclesias parochiales dicimus. Papebrochius duos Pudentes, ob similitudinem nominum ab aliis in unum conflatos, distinguit, seniore Sanctorum Petri & Pauli hospitem; juniorem Sanctorum Novati, Timothei, Praxedis, & Pudentiæ, seu *Potentianæ*, parentem. Alteruter Pudens fortasse est, qui in veterrimo Calendario Ecclesiæ Carthaginensis inscribitur: III. *Kal. Maji Martyris Pudentis*, apud Mabillonium in Analectis tomo II. pag. 398.

S.HERMES
PASTOR.
LIB. II. CAP. II.

Jacobus Usserius in Britannicarum Ecclesiarum Antiquitatibus cap. III. pag. 18. edit. II. Timotheum & Novatum germanos facit, Pudentianam & Praxedem quoque germanas: sed has illorum germanas ab antiquis nequaquam dici fatetur. Florentinus *Titulum Pastoris* in domo Pudentis, a quo etiam aliquando dictum offendimus, alium facit ab Ecclesia Sanctæ *Pudentianæ*, a Pio dicata in Thermis Novati, ut dicam cap. IV. secus ac Baronius A. D. 159. §. VIII. & 162. §. I. & Panvinus de præcipuis urbis Romæ Basilicis pag. 323. edit. Coloniensis 1584. qui *Titulum Pastoris* cum Ecclesia in Thermis Novati constructa, miscuerunt. Sed quum utrunque ædificium steterit in Vico Patricii, nempe in Via, quæ Collem Viminalem ab Exsquiliis nunc dividit, forsitan *Titulus* dirutus, postea Ecclesiæ Sanctæ *Pudentianæ*, sibi proximæ, coaluit, ut conjicit Papebrochius. Anastasius tradit, Hadrianum I. *Titulum Pudentis* (sive *Pastoris*) idest *Ecclesiam Sanctæ Pudentianæ in ruinis positam noviter reparasse*. Quare Monogramma, quod ex veteri, musivo adducit Pompejus Ugonius in Historia Stationum Urbis pag. 164. huic Hadriano I. convenit, non III. In Bulla Cælestini II. A. D. 1195. *Jordanum presb. Card. S. Pudentianæ tit. Pastoris subscriptum* reperio apud Ughellum to. VIII. pag. 200. Idem legitur in alia Alexandri III. nondum edita. In Historia Privernate Theodori Vallii lib. II. cap. VIII. pag. 74. exstat Honorii III. Diploma anni 1217. cui inter alios subscribit *Petrus Sanctæ Pudentianæ Tituli Pastoris presbyter Cardinalis*. Hujus Ecclesiæ Zoophoro & epistylis portæ insculpti visuntur SS. Pastor, Pudens, Praxedes, Pudentiana, & in medio Agnus typicus, ut carmina leonina singulis circumposita palam faciant, quæ non tantum duodecimo sed octavo etiam sæculo obtinuisse nos docet epitaphium Tassilonis Bavaricæ Ducis apud Marquardum Freherum in Originibus Palatinis to. I. cap. VI. Effigies Sancti Pastoris in veste Sacerdotali benedictionem dextera impertientis, conspicitur, & cum volumine in læva: quod Evangeliorum Codicem denotare putat Ciampinus in Veteribus monumentis tomo I. pagin. 26. 28. sed potius est liber de *pascbate* ab eodem Pastore conscriptus. Vide Maji Bollandiani tomum II. pag. 90. & tomum IV. pag. 298. Circum hi versus leguntur.

Hic cunctis vitæ PASTOR dat dogmata Sanctæ:

Sanctæ precor, PASTOR, pro nobis esto rogator.

Ex his, quæ dixi, falli oportet Nardinum in Roma antiqua lib. IV. capite II. regione V. negantem Ecclesiam Sanctæ *Pudentianæ* stetit in Thermis Novati, ubi ipse statuit *Titulum Sanctæ Praxedis*, qui tamen non in *Vico Patricii*, sed in *Latericio*, seu *Laterano* ab Anastasio collocatur. Contra, Pastor in epistola ad Timotheum apud Baronium A. D. 162. §. II. Domum Pudentis ab se in *Titulum* erectam, æque ac Thermas Novati, a Pio in Ecclesiam sub nomine *Potentianæ* dicatas, statuit in *Vico Patricius*, Ecclesiam vero Sanctæ *Praxedis* in *Vico*, qui appellatur *Lateravis*. Consulantur Bollandi continuatores to. IV. Maji pag. 299.

pag.299. 300. apud quos etiam tomo II. die XVII. Junii pag.286. Cœmeterium Sancti Hermetis memoratur in Via Salaria . Hi tres Tituli apud Labbeum to.IV. Conciliorum pag.1315. separatim recententur in Concilio Symmachi sub finem Sæculi quinti , nondum Pastoris seu Pudentis , & Sanctæ Pudentianæ Titulis in unum coactis .

S. HERMES
PASTOR.
LIB. II. CAP. II.

II. Unum adhuc addam de Sancto Pastore ex Codice Lateranensi apud Antonium Boffium in Roma subterranea lib. I. cap. XI. *hic vir beatissimus multa Corpora Sanctorum clanculo rapuit & sepelivit , fretus consilio & adjutorio Sanctarum Virginum Pudentiana pariter & Praxedis , quarum Corpora Virginum honorifice sepelivit .* Is literis mandavit Acta earundem SS. Virginum , quæ primus omnium vulgavit Boninus Mombritius , & postremo Papebrochius tomo IV. Maji pag.299. collata & emendata ad Codices MSS. Bodecensem , duplicem Trevirenses , Fuldensem , Romanum , aliosque . Laudantur ab Adone in Martyrologio die XX. Julii . Cum eodem Hagiologo Bollandiano fatemur iisdem Actis aliquid furfuris admixtum ab iis , qui duos Pudentes unum primi , alterum tertii sæculi distinguere nescierunt , & extremam clausulam ab alio , quam a primævo auctore , adfutam fuisse .

Opera Sancti Hermetis Pastoris .

I.

Dubia .

Acta SS. Pudentianæ , Praxedis , & Novati .
Epistola ad Timotheum presbyterum .

II.

Falso attributa .

Pastor Hermæ .

III.

Deperdita .

Liber de paschate die dominico celebrando .

S A N C T U S P I U S
A Q U I L E J E N S I S*Summus Pontifex, hujus nominis Primus.*

C A P U T II.

I. *Sanctus Pius Aquilejensis in Cathedra Romana sedit statim ab Hygino, ante, & non post Anicetum. II. Non fuit Vicarius, sed successor Hygini. Vicarii Summorum Pontificum, ab ipsismet Pontificibus minime diversi. III. Bucherianus Catalogus, aliique, ubi agunt de Pio, ad examen vocati. IV. Anicetus Pio iterum male præpositus. V. Quamdiu in Pontificatu vixerit Pius. VI. Martyrii gloria insignis.*

I. **H**ERMETI *Pastori Comes & frater accedit Sanctus Pius. Hunc, quicumque Summorum Pontificum res gestas, patria illorum expressa, literis consignarunt, Aquilejensem, & Rufini filium uno ore dixerunt. Pius natione Italus ex patre Rufino de civitate Aquileia, inquit vulgatus Anastasius, ceterique pontificales nomenclatores. Utrum in Petri Cathedra Anicetum vel Hyginum exceperit, non omnino inter se conveniunt auctores, quandoquidem apud Optatum, Summos Pontifices enumerantem, in libro II. de Schismate Donatistarum cap. III. Hygino Anicetus, Aniceto Pius, Pio Soter succedit. Hanc tamen Optati seriem vitio laborare dudum viderunt præstantes viri Franciscus Balduinus, & Gabriel Albaspinæus, propterea quod hæc verba Damaso Siricius HODIE scribere non potuerit Optatus, qui opus suum circa A. D. 370. perfecit: at Siricius non fuit Pontifex ante A. D. 383. Quare Siricii nomen a librario, qui ejus tempore Optatum exscripsit, irrepsisse notavit Baronius A. D. 368. §. XVII. Vulgatam Optati lectionem sequutus videtur S. Augustinus Epist. LIII. alias CLXV. ubi eadem habet, quæ Optatus, nempe Hygino Anicetus, Aniceto Pius, Pio Soter. Baronius A. D. 158. §. III. hunc ordinem fulciri putavit a Sancto Hieronymo in Catalogo cap. XXI. ubi DECIMUS post Petrum Episcopus Anicetus vocatur: qui numerus, a Petro ductus, Pium Aniceti non decessorem, sed successorem facit. Verum nihil vetat, quin Anicetus & decimus post Petrum, & etiam Pii successor, non decessor extiterit: nam Hieronymus non solum in Catalogo, sed etiam in Chronico Eusebiano, a se latine expresso, & aucto sub Olympiade CCXXX. decimum post Petrum Episcopum Anicetum constituit, ubi eum Pium præponit, quem R. & NONUM Episcopum vocat, excluso nempe Anaceto, vel cum Cleto confuso; non enim Hieronymus numerum inquit a Petro, sed ab ejus successore Lino, de quo ait in Chronico: post Petrum*

PRI-

PRIMUS *Romanam Ecclesiam tenuit Linus*; unde Soter Aniceti successor ab eodem Hieronymo Pontifex *undecimus* appellatur. In Catalogo tamen cap. xv. Clemens, qui post Linum Petri successorem, Cleto vel Anacleto succedit, vocatur *quartus post Petrum Romæ Episcopus*, quod perinde est. Quare labitur Papebrochius in Propilæo par. I. pag. 22. ratus Hieronymum circa Pii successionem in Optati & Augustini sententiam ivisse. Ut clarius res pateat, Pontificum ordinem Hieronymianum & vulgatum heic Lectorum oculis subjiciam.

S. P I U S :
LIB. II. C. III.

I.

Pontificum series ex Hieronymo.

Petrus.

1. Linus .
2. Cletus, *alias* Anaclethus.
3. Clemens .
4. Evaristus .
5. Alexander .
6. Sixtus .
7. Telephorus .
8. Hyginus .
9. Pius .
10. Anicetus .
11. Soter .

II.

Pontificum series vulgata .

1. *Petrus.*
2. Linus .
3. Cletus .
4. Clemens .
5. *Anaclethus.*
6. Evaristus .
7. Alexander .
8. Sixtus .
9. Telephorus .
10. Hyginus .
11. Pius .
12. Anicetus .
13. Soter .

Irenæus lib. II. cap. 1 v. Pontifices Romanos recensens, Hieronymianum ordinem tanto ante his verbis expresserat: *Valentinus enim venit Romanam sub Hygino, increvit vero sub PIO, & prorogavit tempus usque ad Anicetum. Cerdon, qui ante Marcionem fuit, sub Hygino, qui fuit OCTAVUS Episcopus.* Et paulo post. *Marcion autem illi succedens, inevaluit sub Aniceto, DECIMUM locum episcopatus tenente.* Ergo nono loco fuit Pius, & decimo Anicetus secundum Irenæum & Hieronymum. Eadem ex illo habet Eusebius in Historia lib. 1 v. cap. x1. ubi tamen Hyginum *nonum* Episcopum, non *οκταυτον*, appellat. Ita pariter Cyprianus Epist. LXXIV. quia uterque non a *Lino*, ut Hieronymus, sed a *Petro* numerum init. Hunc posteriorem ordinem sequutus videtur Irenæus lib. I. cap. xxvii. alias xxviii. Sed Renatus Massuetus, qui nuper Irenæum ab se egregie illustratum vulgavit, Hyginum semper *οκταυτον*, Pium vero *nonum* ab Apostolico Patre dictos contendit. Sane in duplici Indiculo Mabilioniano, utroque antiquissimo, in Analectis tom. II. pag. 426. si numerus ducatur a *Lino*, qui in altero *primus* occurrit, Anicetus *decimus* erit, Pique successor: quia Anaclethus, statim post Clementem poni solitus, omnino abest. Adstipulatur alius Indiculus, & hic vetustissimus, utpote ad Sanctum Silvestrum usque perductus, inter opera Sancti Athanasii novæ editionis to. I. pag. xc. His non animadversis, Emmanuel Schellstratius

S. PIUS I.
L. II. C. III.

tius in Antiquitate illustrata to.I. pag.417. Eusebium, tanquam sibi non constantem, arguit, quasi in Historia lib.IV.cap.XI. Pio Anicetum, quem *decimum* Pontificem vocat; deinde Aniceto Pium, præposuisset in Chronico. Nimirum Schelstratius Eusebium legens, ulterius procedere neglexit, alias *Pii* defuncti *decimus* Pontifex successor, non decessor, Anicetus statim illi occurrisset. Hunc eundem, quem digessimus, ordinem, testes æquales undequaque confirmant. Nam Hegefippus temporibus Apostolicis proximus apud Eusebium lib.IV. cap.XXII. de se ita loquitur: Γενόμενος δὲ ἐν Ρώμῃ διαδοχῶν ἱερωσύων μετὰς Ἀνικῆτον, ὃ διάκονος ἦν Ἐλευθερίου. καὶ ὡρᾶς Ἀνικῆτος διαδίκτου Σωτήρος μὲν ἐν Ἐλευθερίῳ. Hunc locum sic vertit Johannes Pearsonius in Operibus postuinis pag.25. *Roma vero quam esse, successionem composui usque ad Anicetum, cuius diaconus erat Eleuthernus, & Aniceto successit Soter, post quem Eleuthernus*. Pius ergo præcessit, non successit Aniceto. Eusebium eodem lib. IV. cap. XI. ex Irenæo hæc de Valentino hæretico protulerat, secundum interpretationem Rufini, quæ heic præ aliis arridet: *Valentinus venit Romam sub Hygino. Invaluit autem temporibus PII, & ad Anicetum usque duravit*. Et post alia: *PIUS vero in urbe Roma quindecim annis in Sacerdotio expletis Aniceto post tradidit Sedem. Cujus temporibus (scilicet Pii) Hegefippus refert semetipsum Romam venisse, & permanisse inibi usque ad Eleuthernum*. Rursum lib.V. cap. VI. tam Hyginius, deinde PIUS, post Anicetus illo munere potiebatur. Ex his Hyginium inter & Anicetum in cathedra Pontificali sedisse Pium conspicimus, eandemque seriem apud omnes Græcos haberi fatetur etiam Pearsonius pag.265. Idem constat ex subsequentiis verbis Irenæi lib. III. cap. III. *deinceps Hyginius, post PIUS, post quem Anicetus*. Etiam ex sine lib. III. poematis in Marcionem, quod viri docti, jam memorati, quin sit Tertulliani, non ambigunt. Hanc eandem sententiam fulcit auctoritas Epiphanius lib. I. Hæresi XXV. Prosperus in Chronico, apud Labbeum in Bibliotheca MSS. to. I. pag. 32. & utriusque Nicephori, Callisti in Historia lib. III. cap. XXV. & Constantinopolitani in Chronographia pag. 411. Nec certe dissentit Catalogus Bucherianus pag. 270. in quo tamen post Pium, vitio codicis abest Anicetus, Soterem inter & Pinum, loco vacuo relicto. Denique concinit duplex Indiculus Mabillonianus, ut jam plane (inquit nobiscum Baronius A. D. 1584. III.) *sanctitia habeatur iis non acquiescere, qui eodem tempore, quo iidem Pontifices in Ecclesia clarnere, ut Hegefippus & Irenæus, quorum alter omnium doctrinarum curiosissimus explorator, a Tertulliano dicitur in libro contra Valentinianos cap. V. ille vero a Hieronymo in Catalogo cap. XXII. omnes a passione Domini usque ad suam ætatem ecclesiasticorum actuum historias texuisse*. Quare Pii & Aniceti successio, hujusmodi testium auctoritate firmata, qui Pii, Aniceti, & Soteris æquales, sub Eleuthero scripserunt, certissima haberi debet.

II. Nihilominus vir, in sacræ antiquitatis studio præclari nominis, Godefridus Henschenius, binos Pontificum Romanorum Catalogos ab se

fe edito tomo I. Aprilis his tam diversis & gravibus testimoniis præferre non dubitavit hac una de causa, quod tempora singulorum Pontificum per *Consules* ibidem recensentur: quam *regiam viam*, in præfatione Annalium, vocat Baronius. Prior Catalogus (a Bucherio sincerior ante vulgatus) ad Liberium; alter ad Felicem IV. perducitur, & in utroque *Pius Aniceto succedit*. Ne vero Henschenius auctorum, quos laudavimus, fidem explodere videretur, periculosa alex plenam divinationem, ab se primum excogitatam, sæpius ingessit; Pium scilicet *Croepiscopum* seu *Vicarium* Hygini constituens, tunc forte carcere inclusi. Hygino autem mortuo, Anicetum *Sucessorem* fingit, Pio tunc ægro, vel exule. *Pium* deinde Aniceti *Vicarium*, ac tandem *Aniceto* vita functo, *pontificem* salutatum comminiscitur. Ad, si lubet, tonum I. Aprilis Bollandiani pag. 1. §. 2. tonum II. pag. 477. tonum III. pag. 5. & Maji tonum IV. pag. 297. Ex hoc novo Chronologiæ pontificiæ systemate, quod contra æquales & suppare Scriptores ecclesiasticos pugnat, discrimen oritur, ne Ecclesiam bicipitem admittamus, nam uno tempore binos Successores dabimus *Hygino*, Pium scilicet ex iis, qui eum, non *Vicarium*, vulgari notione, sed verum *Pontificem* viderunt, *Hygino* autem ex Henschenio *sucessorem* dabimus *Anicetum*; Piumque eodem tempore *Hygini Vicarium*. Sed hoc monstrum procul eliminandum; nullos enim Pontificum *Vicarios*, ab ipsismet pontificibus diversos, per tria priora Ecclesiæ sæcula constitutos præter *Linum*, & forte *Cletum*, ac *Clementem* (de quibus vide Tillemontium in Clemente tomo I. pag. 163.) in septima ex regulis Chronologiæ recte statuendæ, censet Antonius Pagius A. D. 67. §. XXI. contra Henschenium & Papebrochium: a quibus vel ideo tot *Vicarii* Pontificum obtruduntur, quia illorum mortem contigisse non crediderunt sub iis Consulibus, quibus Catalogi I. auctor eam illigavit, vel quia diem *cultus pro emortuali* acceperunt: vel quia denique pifos errores in annos, menses, & dies pontificum irrepsisse non animadverterunt. Catalogus I. Bucherianus nullius *Vicarii* unquam meminit; neque apud vetustos aut recentes scriptores aliqua eorum mentio apparet; puta apud Anastasium, aliosque nomenclatores. Hinc Pearsonius in Annalibus Cyprianicis A. D. 253. §. IV. quum vidisset Catalogum I. in annis cuique pontifici assignandis, alicubi sæde corruptum, Henschenii novos *Vicariatus* explodit, proptereaquod ejusmodi Chronotaxis historiam everteret, non confirmaret. Enimvero *Vicarii* pontificum, eorumque *sucessores*, phrasi veterum Christianorum, unum idemque fuerunt. Rem malo explicare verbis Cypriani ad Stephanum Papam Epist. LXVIII. alias LXVII. *servandus est enim antecessorum nostrorum beatorum martyrum Cornelii & Lucii honor gloriosus, quorum memoriam quum nos honoremus, multo magis tu, frater carissime, honorificare, & servare gravitate, & auctoritate tua debes, qui VICARIUS ET SUCCESSOR eorum factus es.* Stephanus, quem alloquitur Cyprianus, fuit Cornelii æque ac Lucii *Vicarius*,

S. PIUS I.
LIB. II. C. III.

vius, hoc est, interprete Cypriano, *Successor*, quomodo latinus eam vocem usurpasse auctor est Suidas, Βικαριος κατὰ Πρωμαίους λαιβοχο, *vicarius apud Romanos Successor*. Aliud vero est *Vicarius* vivi, aliud mortui. *Vicarius* vivi est adjutor, *Vicarius* mortui est *successor*: Ille apud primos scriptores sacros nullus vel rarus hoc vocabulo designatus; hic omnibus sæculis frequens. Romanus Pontifex hac notione in ecclesiasticis monumentis *Vicarius Sancti Petri* passim vocatur, illo nusquam. In Concilio Ephesino Parte II. Actione III. apud Labbeum tomo III. pag. 625. *Cælestinus* Pontifex vocatur *Sancti Petri successor & Vicarius*. Apud Bollandum die XII. Februarii tomo II. pag. 697. num. 38. col. 2. *Sanctus Bonifacius* Germanorum Apostolus fidem suam ita spondet Gregorio II. Pont. Max. *promitto ego Bonifacius, Dei gratia Episcopus, tibi, beate Petre Apostolorum princeps, Vicarioque tuo Beato Gregorio Papæ, & successoribus ejus*. Consonat ejusdem Bonifacii epistola apud Baronium A. D. 740. §. IV. & V. Summorum Pontificum epistolæ in Codice Carolino alia exempla suppeditant. Paullus I. epist. XIX. rogat Pippinum Regem Francorum, ut defendat Ecclesiam Romanam *juxta id, quod polliciti estis Beato Petro, & ejus Vicario prædecessori nostro, domino & germano meo sanctæ recordationis Stephano Papæ*. Epist. XXXVI. Romani ad Pippinum scribentes, vocant Stephanum Papam imitatore *Beati Petri, cuius vices gerit, dum ejus Vicarius consistit*. Rursus Paullus I. Epist. XII. ad Carolum Magnum, & Carolomannum, Pippini filios, ait, Deum misisse *Apostolum suum Beatum Petrum per ejus nempe Vicarium Stephanum Papam*, ut eos & eorum genitorem Pippinum oleo Sancto perungeret. Epist. XLVII. Stephanus Papa iisdem fratribus semel atque iterum memorat promissionem, ab illorum genitore Pippino, *Principi Apostolorum & ejus Vicariis factam*. Hanc promissionem *Beato Petro ejusque Vicario* a Pippino & filiis factam repetit Leo Ostiensis in Chronico Casinensi lib. I. cap. V. 111. quo loco alia exempla adducuntur vide Angelum a Nuce num. 556. pag. 120. Alia item occurrunt apud Henricum Spelmannum in Conciliis Britannicæ tom. I. pag. 632. 633. Lupus Abbas Ferrariensis in Galliis epist. LXXXIV. de Leone IV. Pontifice ait: *Vicarium Beati Petri Leonem Apostolicum*: ad quem locum videndus Baluzius in notis pag. 425. Sed adeundus in primis Theophilus Raynaudus in Onomastico pontificio, quod inscribitur: *Corona aurea super mitram Romani Pontificis*, ubi fuse hanc nomenclationem summi in Romano Episcopo *Petri Vicariatus* explanat pag. 126. tomo X. Operum. Nec prætereundus Johannes Diaconus in Appendice ad Ordinem Romanum apud Mabillonium tomo II. Musei Italici pag. 567. ubi hæc habet: *dominus Papa Sancti Petri Vicarius*. Ceterum alii etiam Episcopi interdum dicti *Vicarii Sancti Petri*, secundarii nimirum; nam Romanus Pontifex est *summus seu specialis Petri Vicarius*, uti eum apposite vocat Hincmarus Remensis Opusc. XLV. cap. XV. His adde Mabillonium libro I. de re diplomatica cap. II. §. XXI. & in Actis Sanctorum Ordinis Sancti Benedi

dicti sæculo IV. parte I. pag. 362. notis ad Paschasium Radbertum in Vita Sancti Adalhardi. Hæc omnia supremum pondus accipiunt a Pontificali Romano, quod eadem phrasi secundum antiquum morem etiamnum utitur in *examine consecrandi Episcopi post formam juramenti*. Adscribam verba ipsa Pontificalis: *vis beato Petro Apostolo, cui a Deo data est potestas ligandi ac solvendi, ejusque VICARIO, domino nostro Papæ, suisque successoribus Romanis Pontificibus fidem, subjectionem, & obedientiam per omnia secundum canonicam auctoritatem exhibere? Volo.* Quomodo autem Romanus Pontifex passim dictus *Vicarius* (hoc est *Successor*) *Beati Petri*, sic etiam Archiepiscopus Mediolanensis a Gregorio Magno dictus est *Vicarius* (hoc est *Successor*) *Beati Ambrosii* libro XI. epist. LXV. Indi. II. secundum vulgatum Ordinem, nunc lib. XI. Epist. IV. His enim verbis scribit ad Clerum Mediolanensem: *Vicarius Sancti Ambrosii indignus evidenter ostenditur, si electus a talibus ordinatur*, hoc est a non Catholicis. Ita etiam Episcopi Aretini dicti sunt *Vicarii Sancti Donati*. Ludovicus Pius Imp. in Constitutione ad Paschalem I. Pontificem de rebus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, eum vocat *Sancti Petri Vicarium*. Dantes etiam in Cantu XXI. Purgatorii:

Ove ba 'l Vicario di Pietro le piante.

Jam redeo ad Cyprianum. Sanctus Martyr Epist. LXVI. alias LXIX. ad Florentium hæc habet: *Ad Apostolos, ac per loc ad omnes præpositos, qui Apostolis VICARIA potestate SUCCEDUNT*. Ejusmodi ordinationem SUCCIDANEAM vocat epist. LXIX. alias LXXVI. ad Magnum. *Succidaneos* eisdem esse ac *Successores* & *Vicarios*, iterum epist. II. alias LXI. docet his verbis: *non potest enim videri cessasse qui VICARIOS substituit, & qui pro se uno plures SUCCIDANEOS suggerit*. Quare *Vicarii* Henscheniani, veluti universæ antiquitati incogniti, & commenticii, evanescent. Hinc in laterculis *Pii* & *Aniceti* jure deserendus vel saltem accurato examine perpendendus est auctor Catalogi I. qui electiones & obitus Summorum Pontificum per *Consules* primus omnium descripsit post A. D. 354. nam de *Liberio* loquens, quem postremum recenset, utitur elapso tempore, *fuit*. Ante illud tempus annorum numerum ab *Imperatoribus*, non a *Consulibus*, Ecclesiastici scriptores generatim inibant, ut Theophilus, Clemens Alexandrinus, Tertullianus, secus ac posteriores, quos a fastis Consularibus annos deduxisse innuit Pearsonius in præfatione ad Annales Cyprianicos §. v. Laudati Catalogi I. auctor Pontificum tempora per consulatus recte digessit; sed tamen primorum Pontificum annos eum ignorasse Pearsonius ostendit. In *Pii* quidem & *Aniceti* laterculis menda jamdudum olfecerat etiam Johannes Cuspinianus, qui eundem Catalogum I. sparsum in suos fastos transtulit; ideoque Onuphrius Panvinus, & Baronius illum deseruerunt, & Pagius etiam deserendum sanxit A. D. 67. §. xvii. quoniam *ubi de Pio sermonem facit, vel corruptus est, vel saltem illius Chronici auctor Hygini, Aniceti, & Pii successionem, & eorum Sedis durationem ignoravit*.

S. PRUS I.
LIB. II. CAP. II.

Hoc idem repetit A. D. 165. §. 111. & a Bucherio, qui eum primus vulgavit, *confusor & vitiosus usque ad Cullistum, post hunc paullo distinctior, maxime post Lucium agnoscitur*. Sane in hisce principiis non ita certum esse, ut possit fidem facere *indubitatum, post animadversum in Pio & Aniceto difficultatem*, ingenuè fatetur Papebrochius in Pro pylæo par. I. pag. 217.

111. Sed non ego propterea archetypum & primigenium Catalogum I. unde vulgata apographa prodierunt, in successione ordine digerendo esse corruptum facile adferent. Siquidem Cuspinianus A. D. 156. pag. 434. *Pium* statim post Hyginum locavit his verbis, ex suo ejusdem Catalogi codice allatis: *Pius ann. xx. (pro xv.) m. 111. d. xx1. fuit temporibus Antonini Fii a Conf. Clavi, & Severi usque ductus Augustis. Sub hujus episcopatu frater ejus Hermes librum scripsit, in quo mandatur, contineturque quod ei præcepit Angelus cum venit ad eum in habitu pastoris*. Cuspinianus pag. 432. monet *Clari & Severi* Consulatum se conjecisse in A. D. 148. sed male ominatur, ordinem Pontificum sic videri præposterum. ratus, Eusebium post Hyginum ponere *Anicetum Romanæ Ecclesiæ Episcopum* DECIMUM: quem errorem supra abundè refutavi. Idem Cuspinianus A. D. 172. pag. 439. ex suo codice *Soterem Pii successorem* statuit præterito *Aniceto*, quem Bucherius de Doctrina temporum pag. 270. testatur desiderari etiam in schedis Heriberti Rosvveydi, e *vetustissima membrana* Jo: Brennerii descriptis, sibi que oblatis a Jo: Bollando. Hac eadem *membrana* Cuspinianum in suis Fastis usum pro certo habet Bucherius pag. 245. Sed errat, nam codicem Cuspinianicum, alium a Brenneriano, adhuc servari in Bibliotheca Cæsarea docet Petrus Lambecius tomo IV. pag. 275. idque etiam ex Conrado Janningo amico nostro se didicisse affirmat Schelstratius tomo I. pag. 327. Henschenius in diatriba præliminari ad Majum §. 1x. tradit, Bucherium *primum omnium* edidisse Rosvveydi apographum, ex Bollando impetratum: cujus postea editionem puram putam se expressisse fatetur idem Henschenius. Quamobrem assequi nondum potui, cur in Henschenario exemplari, quod nobis pro Bucheriano venditur, compareat *Anicetus, Eutheberus, Zephyrinus*, qui omnino absunt a Cuspiniano, Bucheriano, & etiam Sirmondiano, mox memorando; quum omnia hæc apographa ex uno & eodem fonte manaverint. Etenim codex Cæsareus, qui est recentior, vel descriptus fuit e Brenneriano vel uterque ex alio vetustiori: quæ est sententia Janningi apud Schelstratium pag. 337. 339. Neutiquam vero Bucherianus codex ex Cæsareo prodiit, ut eidem videbatur Schelstratio. Nam Bucherius, ut vidimus, *vetustissimam* Brennerii *membranam* appellat. Sed Cæsareus codex non est *membrana*: neque Henschenius (si ipsi credimus) alio exemplari, quam Bucheriano usus est, secus ac putavit Schelstratius. Hæc omnia fusus, quam alius opportuisset, ideo sum persequutus, ut hinc pateat, Henschanium consilio præpostero Catalogi I. lacunas ex Catalogo II. clanculum supple-

suppleviffe . Hoc male factum queritur Pagius A. 67. §. VII. melius a S. Pius I. Bucherio actum animadvertens , qui suum illum Catalogum I. ex Sche- Lib. II. C. III. dis Rosvveydi , verbum de verbo , descriptum , vulgavit , probe noscens , in codicibus , inscriptionibus , numisque exprimendis , ipsa etiam errata , lectorum oculis esse representanda , ut verum sensum ipsi suo Marte exsculpant . Eiusdem Catalogi I. apographum , manu Jacobi Sirmondi exscriptum , & Bucheriano respondens , ut testatur Pagius ex Jo: Harduino , exstat Parisiis in Collegio Claramontano . De hoc me quoque jamdudum certissimum reddidit , qui utrumque ductu ejusdem Harduini in locis suspectis , me rogante , diligentissime contulit , dum olim esset Parisiis , Julius Imperialis , nunc Sancti Angeli Princeps , quem honoris causa nomino .

IV. Ex his , quæ satis longo , sed forte non prorsus inani excurfu , a me dicta sunt , colligo , sanctum *Pium* Aquilejensem , in Summi Pontificatus cathedra statim post *Hyginum* omnino sedisse , & secus opinantium effugia magnis alucinationibus patere . Hoc percipisse videtur Henschenii discipulus Papebrochius , ut ipse de se testatur in Propilæo par. I. pag. 23. *reverentissimus auctoritatis coævæ*. Ipse enim Hegeßippi & Irenæi testimoniis perperensis , ut *Pium* Aniceto præponeret , aliud (æque tamen infelix) medium tentavit , invertens nimirum posteriores utriusque Pontificis consulatus ; itaut *Pius* , qui in Catalogo dicitur sedisse a Consulatu *Clari & Severi usque duobus Augustis* , sedisse dicatur *usque Præsente & Rufino* , sub quibus Catalogi tradunt obiisse Anicetum ; quem Papebrochius sedisse fingit a Consulatu *Gallicani & Veteris usque duobus Augustis* . Sed vir industrius etiam hæc mutatione facta , fabulosis nihilominus Magistri sui Vicariatus eget ad successionem Pii recte firmandam , quia spacium regiminis in Catalogo expressi , non nisi per *Vicarium impleri* posse arbitratur , ideoque hujusmodi , ut ipse vocat , *divinationem* , veluti inanem omnino respuimus . Quin vero in Catalogo I. laterculus *Aniceti* præpostera librariorum oscitatione ante *Pium* , quem sequi debebat , translatus fuerit , non est cur dubitari possit . Hunc eundem errorem primo auctori libri Pontificalis inde adhæsisse pro certo habet Schelstratius tomo I. pag. 393. Optatus & Augustinus sub finem sæculi I. vetustius exemplar sequuti videntur , ex quo Catalogus I. usque ad *Felicem* IV. deductus processerit . In eodem libro Pontificali error ineptus celari profecto non potuit : ibi enim *Hyginus* X. præsignatur , *Anicetus* vero XII. Quare in primævis ejusdem libri Codicibus MSS. *Pium* medium , eundemque XI. intercedere debuisse , res ipsa loquitur . Eum sane in duplici Florentino intercedere jam notaverat *Lucas Holstenius* apud Schelstratium tomo I. pag. 45. qui pariter id collegit ex Codice Regiæ Svecorum , idemque ex Regio , Mazarinico & Thuaneo descripserat Carolus Annibal Fabrotus in variis lectionibus ad calcem Anastasii magnæ editionis pag. 253. 292. Præterquamquod *Pium* in Anastasianis Codicibus *Aniceto* præponendum ex unis utriusque consularibus notis , licet in secundo mendosis , evin-

S. PIUS I.
LIB. II. C. III.

evincitur : quum enim *Pius* sedisse dicatur *Consulatu Clari & Severi* ; qui incidit in A. D. 146. secundum Fastos Norisianos ; *Anicetus* vero a *Gallocano & Vetere*, qui Consules proccesserunt A. D. 150. inde planum fit *Anicetum* post , & non ante *Pium* sedisse . Eisdem Consules ex duplici Catalogo jam allato , dubio procul auctor libri Pontificalis mutuatus est . Hæc omnia in Catalogo I. integrum *Aniceti* laterculum , exscriptorum indiligentia , Pio præpositum fuisse , confirmant ; unde error in alios manavit , & primo in Optatum , quem ex rationibus jam adductis , Catalogus I. fallere non potuit , quod male suspicabatur Pearsonius in operibus postumis pag. 266. Subinde tamen Optatus fortasse Augustinum fefellit . Jam vero ulterius procedamus .

V. Certus annorum numerus , quos Pius in pontificatu transegit , ex recentium , & paullo antiquiorum Ecclesiasticis monumentis difficulter colligi potest . Nam Gilbertus Genebrardus in Chronographia lib. 111. pag. 198. Baronius A. D. 167. §. I. Blondellus in Apologia pag. 18. Petavium lib. x111. de Doctrina temporum , & Pagius A. D. 150. §. xx. & 165. §. 111. in spacio hujus pontificatus definiendo , sibi non constant . Idem offenditur in vetustis Catalogis Henschenianis tomo I. Aprilis , Schelstratianis tomo I. Antiquitatis pag. 414. 633. 650. Mabillonianis tomo I. Analectorum pag. 426. & Pagianis tomo I. Critices. Anastasius etiam vel Damafus , Ado Rosvveydi , Ufuardus Florentinæ editionis , & Martinus Polonus in Chronico pag. 10. editionis Jo. Fabricii , plures aut pauciores annos Pio Pontifici tribuunt . Ab his omnibus quam longissime abiit Pearsonius pag. 271. qui unum Eutythium Alexandrinum , sæculi decimi scriptorem , ceteris monumentis præferens , Pium tradidit Romanam Cathedralam implevisse ab A. D. 127. ad annum 142. & licet scriptores antiqui ad unum omnes sub *Antonino* Pium claruisse testentur , ipse ex suo illo Eutythio Pium retro ad Imperium Hadriani destruit , univèrsa profecto antiquitate reclamante . Ex hoc opinionum dissidio nihil certi educi potest , quum antiqui Catalogi arbitrio libroriorum aucti & immutati fuerint . Ego tamen dum Pii annos alii augent , alii minuunt , Livianum illud recogito lib. xxvi. cap. xl. ix. *si aliquibus assentiri necesse est , mediassimilla veris sunt .* Quare in ea sum sententia , ut religio apud me sit recedere ab Eusebio , qui , præ aliis diu noctuque versatus in tabulis Ecclesiasticis , res Christianas , & singulatim Romanæ Ecclesiæ , centum & quinquaginta annos post Pium , literis consignavit , ob oculos habens certæ fidei scripta Hegesippi , eidem Pio æqualis . Contra , Eutythius , scriptor novus & externus , cujus Historiam Eduardus Pocockius A. D. 1658. ex Arabico ab se in latinum sermonem translata , vulgavit Oxonii apud Humfredum Robinson , veterum Romanorum Pontificum tempora scire non potuit , quum etiam decessorum suorum , quæ tamen ab Eusebio discere potuisset , gesta ignoraverit , singulisque propemodum narrationibus crassos & fudos errores chronologicos immiscuerit , ut bene adnotat Pagius A. D. 167. §. 111. Barbarum hujusmodi auctorem apud Pearsonium & Hen-

& Henricum Dodvvelum fidem meruisse, eo magis mirari subit; quo ex ejus scriptis constat, non solum cujusque Pontificis tempora ab illo supine ignorata, sed & nomina ridicule corrupta, nam *Hyginum* vocat *Eugenium*, & *Pium* mutat in *Marcum*. Itaque vere Guillelmus Cave in Historia literaria A. D. 933. plurima apud Eutychium occurrere observat, *anilibus fabulis simillima: quæ si non ex proprio cerebro finxerit, saltem ex futilibus Ecclesie suæ monumentis hausit*. Eusebius ergo lib. 1v. cap. xi. suæ Historiæ *quindecim* annos Pio tribuit his verbis: *Romæ quum Pius anno episcopatus sui QUINTO DECIMO vitam cum morte commutasset, Anicetus Ecclesie illius Antistes factus est*. Eundem numerum servat Eusebianæ Historiæ interpretes *Rufinus*, & exscriptor Jo: Zonaras *Annal. lib. xi. cap. l. pag. 594.* editionis Cangii. Item plerique omnes Eusebii Codices editi & MSS. melioris notæ, ut fatetur Dodvvelus ad Pearsonium pag. 38. *Chronicon etiam Eusebianum, a Scaligero, & Auberto Miræo vulgatum, sub Olympiade ccxxx. Nicephorus in Chronographia pag. 411. Prosper in Chronico Labbeano pag. 32. & Chronographus Saxo Leibnitii pag. 26.* Hæc produnt, Henfchenio recte visum, in suo Catalogo I. (qui, ut diximus, a Bucheriano differre non debuit) numerum annorum Pii, corruptum, & pro xv. olim scriptum fuisse xx. proclivi enim lapsu X. pro V. scribi potuit. Hoc idem amplius firmatur, quoniam a *Consulatu Clari & Severi usque duobus Augustis*, sub quibus in Catalogo I. Pontificatum Pius tenuisse dicitur, non xx. sed xv. tantum annos præterlapsos, ipsa Consulatum Collegia, ibidem expressa, certissimum reddunt: nempe ab A. D. 146. usque ad A. D. 161. Hunc calculum illi antefero, qui arrisit Sebastiano Tillemontio in Commentariis Historiæ Ecclesiasticæ tomo II. pag. 312. & in notis pag. 654. dum ab A. D. 142. ad annum 157. Pium vixisse, falso arbitratur, ex Chronico Eusebii. Quum in Catalogo Bucheriano Pius sedisse dicatur a *Consulatu Clari & Severi* (nempe *Sex. Erucii Clari, & Cn. Claudii Severi*) usque ad *Consulatum duorum Augustorum* (seu *M. Antonini Veri, & L. Aurelii Commodi*) recte inde consequitur, Pium Pontificatum rexisse ab A. D. 146. ad annum 161. ex Fastis Norislianis, sive ab anno 1x. Imperii Antonini Pii ad annum I. M. Aurelii Antonini Veri. Quare non video cur Bucherianus Catalogus sit abjiciendus, ubi in ordine successionis fideliter exprimit Hegeffippum & Irenæum: in annorum numero tempus in Historia & Chronico per Eusebium Pio adsignatum, undequaque confirmat, & duplex par Consulatum, in eodem Catalogo expressum, vitium, in annorum numero & termino cubans, luculenter emendat.

VI. Jam vero alia difficultas excutienda est, utrumne scilicet Pius martyr obierit. Genebrardus superius adductus quæstionem proponit, sed neutiquam solvit. Onuphrius Panvinius in notis ad Vitam Hygini, a Platina scriptam, audester negat, *Pium* martyrium fecisse, *quia in optimi Principis Antonini Pii tempora incidit, quem & persecutiones in nos cobibuisse, & Christianis æquum fuisse, patet ex Xipbilino*. In eadem

S. PIUS I.
Lus. II. C. III.

S. PIUS I.
LIV. II. C. II.

dem sententia est Tillemontius, propterea Baronium carpens, quod die x1. Julii, & A. D. 167. §. I. ut Pium martyrem faceret, *vetera quaque*, ut ait, *ecclesiastica monumenta, Missalia, Breviaria, & Martyrologia* citaverit. Baronii verba hæc sunt in Annalibus: *Pius Papa martyr coronatur: ea enim die natalis ejus martyrio illustratus, in ecclesiasticis tabulis notatus antiquitus reperitur*. In Martyrologio autem sic loquitur die x1. Julii: *revera ipsum martyrem vita funclum vetera quaque ecclesiastica monumenta testantur, Missales, Breviaria, ac Martyrologia cuncta*. Inde Tillemontius hæc subjungit: *vellem pauciora testimonia generatim, & plura singulatim citasset*. Addit, quæcumque de Sancto Pio in scriptoribus paullo antiquioribus reperit, sibi adnotata: ex recentioribus Molanum, qui A. D. 1568. festo Pii adfuto, Ufuardum interpolaverat, non expressa nota martyrii; in altera editione A. D. 1583. (immo 1573.) martyrii notam primum omnium expressisse. Sed, viro eximio, hæc humanitus excidisse, statim patebit. In ecclesiasticis tabulis Pii depositio designatur die x1. Julii, quo e vita migravit A. D. 161: ut vidimus. Hoc eodem anno die VII. Martii, T. Antonino Pio demortuo, imperare cœpit M. Aurelius Verus, ut ipsemet Tillemontius ostendit in Historia Imperatorum to. II. pag. 379. 459. Sub hoc Imperatore in Christianos sævitum idem auctor accuratissimus docet testimoniis Chronici Eusebiani, Orosii lib. VIII. cap. XV. Augustini de Civitate Dei lib. XVIII. cap. LII. & Sulpicii Severi lib. II. Historiæ sacræ: idque confirmat Theodericus Ruinartus in præfatione ad Acta martyrum §. 3. Cur ergo in M. Aurelii persecutione, quam iidem auctores *quartam* appellant, Pius martyrio coronari non potuit? Sed etiamsi sub Antonino in cælum receptus fuisset, martyrii laurea non ideo illi auferenda, quippe sub ipso Antonino Christianos ad necem quæritos egregie docuit Ruinartus, itaut Panvinius & Tillemontius, Antoninum persecutiones in Christianos cohibuisse non recte censuerint. Sed nec minus viri docti falluntur, dum glorioso martyrii præconio Pium in sacris Fastis ornari negant & pernegant. Contra enim stat antiquissimum Martyrologium Gellonense, editum a Luca Dacherio in Spicilegio tomo XI. in quo ita legitur pag. 406. v. *Idus Julii Pii MARTYRIS*. Festum etiam *Sancti Pii Papa & MARTYRIS* præfert Martyrologium Ufuardi impressum Florentiæ apud Franciscum de Bonaccursiis A. D. 1486. & mox Papiæ cura Antonii de Birretis A. D. 1487. in 4.º quam editionem pauci norunt. Ad hæc Martyrologium, *secundum usum Romanæ Curie*, quod prodiit Venetiis apud fratres de Sabio A. D. 1522. in 4.º & ibidem editum A. D. 1548. in 16. ante emendatum per Bellinum de Padua. Aliud etiam Martyrologium *secundum usum Romanæ Ecclesiæ* inscriptum, in Bibliotheca Telleriana Parisiis Cod. 1453. His editionibus undequaque respondent Ufuardi Codices MSS. Vaticanus 5417. Ottobonianus R. VI. 39. Chisianus 433. & etiam meus. Addatur Senensis in tabulario Ecclesiæ principis, Florentinus in Bibliotheca Laurentiana, & Narniensis, qui *Datarium seu Mar-*

tyro-

tyrologium secundum consuetudinem Romanæ Curie inscribitur in pluteis Casanatensibus, Martyrologium Augustanum tomo VII. Junii Bollandiani pag. 20. & Labbeanum ibidem pag. 27. Alios sex codices Ufuardinos, martyrium Pii adferentes, laudat V.C. Jo: Baptista Sollerius in auctariis ad Ufuardum, Antuerpiæ editum A. D. 1714. pag. 394. Consonant Petrus de Natalibus lib. VI. Cap. LXXXII. & Dantes in Cantu XXV 11. Paradisi, qui omnes Pium *martyrem* vocant. Ad hæc Sanctus Pontifex cum appellatione *martyris* prostat in Kalendaris, duplici Missali membraneo & Breviario præfixis, quæ apud me sunt. In Kalendario etiam Breviarii Ecclesiæ Parentinæ, secundum ritum & consuetudinem Patriarchalis Ecclesiæ Aquilejensis, inque meo Missali chartaceo, *secundum morem Romanæ Ecclesiæ*, scripto per *Joi: de Jacobello de Capua in Sala Comitissæ Altavilla*, mense Aprilis A. D. 1483. Pro eodem martyrio stat Missale secundum consuetudinem Romanæ Curie editum Neapoli per Matthiam Moravum 1477. Kalendarium, quod Cardinalis, pietatis & doctrinæ laude insignis, idemque mihi plurimum Venerabilis, Josephus Maria Thomasis, vulgavit cum Responsorialibus & Antiphonariis Ecclesiæ Romanæ: vetus etiam Litania ab eodem summo viro edita in antiquis libris Missarum Romanæ Ecclesiæ pag. 118. ubi hi versus leguntur.

*Nunc Stephanus, Linus, Clemens, Anacletus, & almus
Xystus, Alexander, Corneliusque, PIUS,
Hippolytus, Vitus, Laurentius, atque Modestus
Cbrysogonusque pius nos miserando juvent.*

OMNES MARTYRIO decorati in nomine Cbristi
Conspicui testes purpurei proceres.

Denique, ut plura Missalia & Breviaria omittam, quæ Bibliothecæ Vaticanæ forulos gravant, id ipsum legitur in Kalendaris ante Missale & Breviarium Mss. Tabularii Basilicæ Lateranensis; in Missalibus Mss. Bibliothecæ Laurentianæ, & Sanctæ Crucis Florentinorum. Item in aliis, Romæ apud Marchionem de Maximo, & apud Sanctam Crucem in Hierusalem Cod. 84. Adhuc accedat duplex Breviarum MS. Bibliothecæ Collegii Romani Societatis Jesu, & aliud apud Nobiles de Sanis in Civitate Senarum. Ab his non discrepant typis edita Venetiis per Gregorium Dalmatinum A. D. 1483. Lugduni typis Blasii Guidonis A. D. 1557. Aquilejense, Venetiis excusum per Andream de Torrefanis A. D. 1496. & Missale pariter Venetæ editionis apud Lucam Antonium Junctam A. D. 1519. His addatur Breviarium Romanum *de Camera* inscriptum, & Venetiis editum apud eundem Junctam A. D. 1550. in folio. Anne hoc erit multa testimonia *generatim*, & nulla *singulatim* citasse? Licet ergo Molanus in codicibus Ufuardi, ab se inspectis, Pium *Martyrii* nota illustrem fortasse non reperit, ideoque ex Martyrologio Romano, suæ Ufuardi editioni eam superaddidit, non inde consequitur, in reliquis exemplaribus Ufuardi, *Martyrii* præconio Pium caruisse. Itaque jure Baronius, post Petrum Galesinum, in notis ad diem XI. Julii,
L & Fran-

S. PIUS I.
LII. II. C. IV.

& Franciscum Maurolycum, *Sanctum Pium* ex Martyrologiis, Missalibus, & Breviariis, *Martyrem* dixit. Ea vero *generatim*, non *singulatim* laudavit, ne spissa recensione lectorem obrueret, quod si vir magnus præsistisset, me hoc onere liberasset. Quamquam vero in uno & altero Martyrologio, Pii Pontificis *martyrium* reticeatur, haud propterea dicendus nece violenta non obiisse: quod plerisque primi & secundi Sæculi Pontificibus contigit.

CAPUT IV.

I. *Gesta Sancti Pii in episcopatu, & duplex Epistola decretalis sub ejus nomine confecta*. II. *Prima ex aliis duabus epistolis ad Justum Viennensem, eidem Pontifici vindicatur*. III. *Altera etiam*. IV. *Primi Viennenses Episcopi contra Tillemontium suæ Sedi redduntur*. V. *Colobiam fuit tunica solis Episcopis propria*. VI. *Epistola Sancti Pii, a Blondello, Dallæo, & Salmasio in suas sententias inique detorta*. VII. *Per multis viris doctis probata*.

I. QUÆ Sanctus Pius gessit in episcopatu, paucis recensentur ab Anastasio, vel Damaso. I. Decrevit, *hæreticum venientem ex Judæorum hæresi, suscipi, & baptizari*. Petrus Boerius, Urbeveticanus episcopus, in Glossis Mss. monet, *hæresim* large heic sumi pro *Judæorum infidelitate*, idque non a Pio tantum, sed ab aliis multis statutum. Baronius A. D. 167. §. II. per hanc *hæresim* putavit Cerinthi sectam significari, quæ præ ceteris studebat Ebraicis ritibus. Eandem a Pio innui Epist. I. ad Justum Viennensem postea videbimus. II. Thermas Novati in Vico Patricii, idest *subtus Sanctam Mariam ad præsepe*, ut scribit Boerius, idem Pius in Ecclesiam sub nomine Pudencianæ, rogatu B. Præxedis consecravit, ubi Pius sæpe incruentum sacrificium obtulit. III. In lavacro ab se ibidem constructo plures Christo regeneravit. IV. Quinque ordinationes fecit, & denique obiit die XI. Julii, depositusque est apud Sanctum Petrum in Vaticano, ubi adhuc ejus Corpus quiescit cum hac recenti epigraphe, SANCTUS PIUS I. teste Francisco Turrigio in Cryptis Vaticanis par. 1. pag. 58. Petrus Mallius, qui sub Alexandro III. Pontifice scripsit Historiam Basilicæ Vaticanæ, Pii Corpus ibidem locavit tomo VI. Junii Bollandiani pag. 41. ejusque natalitium tanto ante Vaticano adsignaverat Ado in Martyrologio die XI. Julii. Baronius A. D. 159. §. I. ait, Pium anno II. sui Pontificatus Paschatis solemnia, ex Apostolica traditione, diei Dominico illigavisse, ut Ecclesias Judaizantes corrigeret, quæ illud more Ebræorum luna XI. celebrant. Hujus sive narrationis auctorem Baronius facit Eusebium in Chronico, cujus aliqua editio Pio reapse illud decretum adsignat, ut Basileensis Henricipetrina anni 1549. Sed a Mombritiana reliquarum principe, omnino abest. Ad hæc in nullo ex codicibus Mss. se id reperisse testatur Arnaldus

dus Pontacus in notis ad Chronicon Eusebii pag. 615. & etiam Scaliger num. 2158. qui addit, hoc *Marianum a Beda, Bedam a libro Hermæ apocrypho in sua Chronica transtulisse, & ab illis in Eusebianum textam ab editoribus admissa*. Errat Scaliger; non enim Beda, aut Marianus de hujusmodi Pii decreto uspiam meminerunt. De paschate autem vulgatus liber Hermæ penitus flet. Beda in Chronico hæc tantum habet. Operum tomo II. pag. 185. *Sub Pio, Romæ episcopo, Hermes scripsit librum, qui dicitur Pastoris, in quo præceptum Angeli continetur, ut pascha die dominico celebraretur*. Nihil amplius assertit Ado Ætate v. A. D. 141. Marianus & Regino in Chronicis apud Jo: Pistorium to. I. pag. 4. 379. His ergo auctoribus minime innotuit *Decretalis Epistola I.* quam postea sub nomine Sancti Pii falsarii obtruserunt, ubi inter cetera, de hac paschatis celebratione agitur, quamque censorio silo percellit David Blondellus in Pseudo-Isidoro pag. 194. & cum eo etiam eruditi Catholici, unam verborum atrocitatem auctoris heterodoxi damnantes, ut testis est Pagius A. D. 100. §. II. Ea tamen epistola apud Gratianum sæpe laudatur, ut Dist. LXXXIII. C. *Quid enim prodest*. Rursus II. Q. IV. C. *Si quis vero*. VI. Q. V. C. *Oves pastorem*. Illius etiam fit mentio De penit. Dist. III. C. *Nihil prodest*. De Consecrat. Dist. III. C. *Nosse*, & Dist. V. C. *Nihil enim prodest*. Porro huic epistolæ confarcinandæ, scripta, Pio recentiora, centones subministrarunt, puta Biblia Latina post A. D. 370. per Sanctum Hieronymum recognita, S. Leonis epist. LXXXIV. Sixtus Pythagoricus per Rufinum circa A. D. 400. latine redditus, Hormisdæ epist. XXV. A. D. 517. data, Cæsarii Arelatenfis Homilia XXI. Ifidori Hispalensis sententiarum liber III. Anastasius & collectio Hadriani I. A. D. 785. vulgata. Ivo in Decreto parte IV. cap. III. primus omnium hujus epistolæ laciniam adduxit. Ivonem sequutus est Gratianus, itidem in Decreto, par. III. dist. III. cap. XXI. & deinde Petrus de Natalibus in Catalogo lib. VI. cap. LXXXI. his de Sancto Pio recitatis: *sub ejus Episcopatu Hermes librum composuit, in quo mandatum continetur, quod ei præcepit Angelus Domini cum ad eum venit in habitu pastoris, & præcepit ei, ut Sanctum pascha die dominico celebraretur: quod & ipse Pius Episcopus CONSTITUIT*. Alteram epistolam decretalem, Pium mentientem, quæ inscribitur *Italicis fratribus*, quæque in prædiis sacro usui mancipatis non alienandis versatur, post Blondellum explodit Philippus Labbeus in Conciliis tomo I. pag. 561. De utraque sic censuit Baronius A. D. 166. §. IV. *Leguntur duæ aliæ prolixiores Pii epistolæ, de quibus ulli disserverunt*. Censura laconica & tanto viro dignissima. Sed Henricus Palladius noster lib. VII. pag. CXI. non modo placitum illud vulgare de paschate, sed utramque epistolam Pio adjudicavit: quæ tamen omnia Pearsonus pag. 118. ex narratione libri Pontificalis coaluisse opinatur. In posteriori epistola, apud Gratianum semel, iterum, & tertium laudata XI. Q. I. C. *Si quis Sacerdotum*. XII. Q. I. C. *Prædia divinis*; & XVII. Q. IV. C. *Sicut qui*, extant fragmenta ex Bibliis

S. Pius I.
L. II. C. IV.

Hieronymianis, & ex Constitutionibus Cæsareis xxiiii. & xl. tit. II. lib. xv. Cod. Theod. A. D. 376. & 412. primum vulgatis. Quamobrem in ejus falsitate, nemo, qui sit mentis compos, amplius hæere debet.

I. Hæc de spuris epistolis Sancti Pii præfari libuit, priusquam totidem sinceræ & genuinas, ad *Justum*, *Viennæ* Allobrogum Episcopum, scriptas, & nunquam ante Blondellum Pseudo-Isidorianis immixtas, fusus a criticorum accusationibus eidem Sancto pontifici vindicarem. Priorem ex veteri codice, in Germania reperto, primus omnium eduxit Georgius Fabricius in notis ad Poetas Christianos, Basileæ editos apud Jo: Oporinum A. D. 1563. pag. 102. Utramque sexennio serius Jo: Jacobus Grynæus prodire jussit in *Monumentis Sæctorum Patrum Orthodoxographis* Basileæ apud Henricum Petri A. D. 1569. tom. I. par. II. pag. 3. quæ alia quidem sunt ab *Orthodoxographis Theologicæ Sacrosanctæ* per Johannem Heroldum pridem editis item Basileæ apud Henricum Petri A. D. 1555. Idem, quem dixi, Fabricius, in epistola ad Johannem Haubitium, iidem *Monumentis* præfixa, testatur, illum, ut vocat Scriptorum *thesaurum* (ubi est utraque epistola Sancti Pii) e *Bibliothecis vetustissimis* erutum. Alteram Pii epistolam, Aviti versibus subjectam, se in codicibus Mss. legisse affirmat Petrus Pithæus Adversariorum lib. I. cap. xvi. eandemque laudari in duplici Martyrologio MS. Ecclesiæ Viennensis produnt Socii Bollandiani tomo II. Maji pag. 99. ubi hæc leguntur. *Piæ nonas Maji natalis Sancti Justi Martyris, sexti episcopi Viennensis, qui quo tempore Pius Papa primus Romæ sederet, accepit epistolam consolatoriam ab eo de sacri pallii (quod colobium episcoporum vocat) dignitate & fidei fervore.* Primam earundem epistolarum jam recitaverant tomo III. Martii pag. 477. §. 2. Margarinus Bigneus utramque conjecit in tomo I. pag. 63. suæ Bibliothecæ Patrum, Parisiis primo in lucem emissæ apud Michaelem Sonnium A. D. 1575. non tamen ex editione Gryneæ, quam nondum viderat: neque ex tabulario Viennensi, ut memoriæ lapsu putavit Baronius A. D. 166. §. 1v. & ex eo Blondellus, Pagius, aliique. Codicem, unde illas Bigneus descripsit, vetustissimum fuisse, docet his verbis pag. 62. *Hæc duæ epistolæ bis temporibus a Domino revelatæ sunt, & repertæ in sacrario basilicæ Sancti Petri in urbe Lemovica, ubi bælenus latuerunt, desolatæ in arca saxeæ sub terra, quæ præ nimia vetustate vix legi potuerunt.* Ergo palam est, falli eos, qui, ut epistolarum sinceritati detraherent, eas ex uno tabulario Viennensi emeruisse commenti sunt, ut Blondellus, Pagius, & alii. Omnes porro allati scriptores utranque *Justo* Episcopo inscribunt, ita ut plane aberraverit Jo: a Bosco, priorem *Vero fratri* directam prodens in Bibliotheca Floriacensi par. III. pag. 22. Annalium parens A. D. 112. §. 1v. ut *plane aureas* commendat. Deinde A. D. 166. §. 1v. ambas ex Bigneo ab se recitatas *germanas & legitimas* censet, & censendas esse pronunciat, tum ob *gerum* argumentum & admirabilem quandam cum rebus gestis ejus temporis convenientiam, tum ob simplicissimum illum antiquitatis candorem

candorem, quem in omnibus præferre noscuntur. Jo: Cardinalis Bona S. Prus I. in Rebus liturgicis lib. 1. cap. 111. sic pariter judicat: *ear recipiunt Orthodoxi, nec audent omnino reprobare Sæctarii*. Certe Blondellus, qui in Pseudo-Isidoro, Genevæ impresso A. D. 1628. eas imposturæ accusaverat, postea senior, eoque prudentior factus, veterem hanc suam de iis sententiam omnino exiit, ut ex posterioribus scriptis ab eo editis A. D. 1641. 1645. 1649. manifestum sit. Siquidem in libris de Primatu, de Sibyllis, & in Apologia, utriusque epistolæ, tanquam ad illum, cujus nomen præferunt, certissime pertinentis, testimoniis abutitur: quod etiam Claudium Salmasium & Johannem Dallæum, Henrico Hammond reclamante, pridem fecisse inferius exponam. Cur ergo vel propter Blondellum nondum respiscentem suspectiores nobis sint, nihil sane caussæ est. Nec magis movere debet, qui priorem illam *Blondelli* censuram nuper improvide exscripsit Tillemontius, vir alias in his literis eximie præstans. Quis enim sententiam amplectatur, quam auctor prudens abjecerit? Tillemontio detractum minime cupio, dum heic uti alibi ob unius studium veritatis, quam vir pius & doctus agnitam mirifice coluit, ei non accedo. Sed jam tandem quæ Criticis in epistola I. Sancti Pii displicuerunt, additis responsonibus nostris, ordinatim recensentur.

1. Putant Pii sæculo *Missa* vocabulum, in ea memoratum, ad *Catechumenorum missionem, subsequentemque Sacramentorum administrationem significandam*, nondum inolevisse. Addit Tillemontius, Tertulianum, Cyprianum, & Cornelium nunquam illo usos, etsi alias uti debuissent, ideoque Ambrosio minime antiquius videri. Sed Ambrosius, uti jamdudum usitatum, non uti recens, illud vocabulum usurpavit. *Missa* enim ad omnia Ecclesiæ officia significanda olim adhiberi consuevit, cu vox Romanis frequentissima, quum a principum viro- rum basilicis & conventibus dimitterentur; unde ad ipsam etiam conventum indicandum *Missa* pro voce *missio*, vulgo usurpabatur, quomodo *accessa* pro *accessio*, *ultia* pro *ultio*, *remissa* pro *remissio*, *offensa* pro *offensio*, & id genus alia. *Missa* pro *missione*, hoc est præteritum passivum generis femine pro nomine verbali apud Grammaticos frequens est, inquit Josephus Vicecomes lib. I. de *Missæ* ritibus cap. v. *missio* autem pro *missione*, sumpta est ex re militari. Vide Barnabam Brissonium lib. 1v. de Formulis prope finem. Hinc Avitus epist. I. in *Ecclesiis, palatiis, sive pratoriiis MISSA fieri pronuntiatur, quum populus ab observatione dimittitur: nam genus hoc nominis etiam in secularibus auctoribus invenietis*. Hanc rem erudite pertractat Panvinius in opusculo MS. Vaticano 4973. quod est de *Missarum & Liturgiæ* vocibus. Vide etiam Baronium A. D. 34. §. 1x. Cangii Glossarium Latinum, & Jacobum Benignum Bossuetum in explicatione precum *Missæ* §. 11. Dum ergo Pius scribit ad Justum, se *Missas* agere *cum pauperibus in domo Euprepia*, de conventibus intelligit, non de simplici solum *missione catechumenorum*, aut de

sacra-

S. PIUS I. *facramentorum administratione*, ut viri docti putarunt. Notanda est etiam formula *agere missas*, quæ tanquam vetus, communisque in re sacra, semel iterumque usurpatur apud Victorem Vitensem lib. 11. cap. 11. & x111. de Persecutione Vandalica. Pearsonius pag. 268. ex hac eadem epistola confectum existimavit decretum apud Gratianum Dist. 11. de Consecrat. C. *Si per negligentiam*, ubi altare cum quatuor linteis fieri statuitur: de quo Latinum Latinium, Franciscum Toletum, & Franciscum Turrianum inter se disputasse colligimus ex latinis Lucubrationibus to. J. pag. 369. Profecto si id verum est, quod ait Pearsonius, decretum illud oportet esse antiquissimum, & ex sincero fonte deductum. Illa enim epistola est sincera & antiquissima.

2. Vocem *superbeate*, quam peculiari caractere signavit Blondellus, nec simplicem, neque latinam censuit Tillemontius. Ea tamen nihil ad emunctæ latinitatis regulam exactius; nam *superbeate* idem est ac *valde beate*, ut auri sæculi scriptor Virgilius nos docet lib. 1. *Æneid.* v. 29. ubi de Junone in Trojanos irata, sic canit.

*His accensa SUPER, jactatos æquore toto
Troas: &c.*

nempe *valde accensa*. lib. 11. v. 489. Andromachen loquentem inducit, quam donis Aschanium oneraret.

. *cape dona extrema tuorum,*

O mihi sola mei SUPER Asyanactis imago.

Ubi *super*, idest *valde, expresse, vehementer*, explicat Servius: quæ exempla in eandem sententiam affert Nonius Marcellus. Ad hæc quia ignorat, primos illos Ecclesiæ patres non elegantiam sermonis, sed fæctam modestiam verbis & moribus exprimentes, vocabulis & dicendi modis a vulgo petitis, sæpe usos? Audiamus Hieronymum in Catalogo cap. xx11, de Hegeippo, Sancto Pio æquali, scribentem: *Ecclesiasticorum texens historias, quinque libros composuit SERMONE SIMPLICI; ut quorum vitam scitabatur, DICENDI quoque EXPRIMERET CHARACTEREM.*

3. Viris doctis aqua hæret, ubi Pius Viennam *Senatoriam urbem* appellat. Blondellus enim hanc notulam ibidem appendit: *cur vero Senatoria Vienna dicatur, doceat qui potest.* Dodvvelus ad Pearsonium pag. 90. vel hinc utranque epistolam respuens, hæc profert: *urbem Viennensem SENATORIAM appellat in utraque epistola Pseudo-Pius, quod quo jure fecerit, plane nescio.* Dodvvelle, de hoc statim doceberis. Idem Blondellus in libro de Primatu pag. 713. ubi a sua priori sententia recedens, utranque epistolam sinceram agnovit, Viennam quidem *Senatoriam* antiquitus dictam futetur, sed unde illi hoc nomen adhaerit, se nondum adsequutum prodit, sugillatque Philippum Berterium, quasi ab Adone illud primo inventum tradidisset: de quo tamen Berterius non cogitavit. Tillemontius vocabulum, epistolæ nequaquam proprium, cuique Viennensi magis, quam pontifici secundi sæculi consentaneum pronunciat.

nunciat . Sic critici , de rebus antiquis præpostere judicantes , per avia & devia feruntur . Sed non ita quidem certe judicavit Claudius Drusi filius in oratione super Civitate Gallis danda apud Gruterum pag. 111 . in tabula II. Lugdunensi , ubi ante Pium sæculo integro , & eo amplius , de eadem urbe Vienna sic loquitur Imperator : *ornatissima ecce Colonia valentissimaque Viennensium , quam longo jam tempore SENATORES huic curiæ confert !* Viden , Blondelle , tuque Dodvvelle , unde Vienna *Senatoria* cognomentum acceperit ? Gregorius Turonensis in Historia Francorum lib. VI. cap. XXXIX. Viennensem civem & Episcopum , nomine Virum , *Senatorem* appellat : *Obiit Evantius Viennensis episcopus , in cuius sedem Virus presbyter de SENATORIBUS , Rege eligente , substituitur .* Avitus , Viennensis episcopus in Homilia de rogationibus apud Sirmondum tomo II. Operum pag. 136. a Gregorio nequaquam abluens , *Viennensis* , inquit , *SENATUS , cuius tunc numerosis Illustribus Curia florebat .* Rursus in epistola ad Festum se vocat *SENATOREM Romanum* , quum esset civis Viennensis . Ad hæc in epitaphio dicitur sepultus in *monasterio Sanctorum Petri & Pauli apud SENATORIAM Viennensium urbem .* Sic Avitus . *Senatoria* nomen a Romanis Viennæ inditum , quod ejus Senatus Gallias moderaretur , auctor est Ado in Chronico . Sed Philippus Berterius in Diatriba II. pag. 208. Adonem errasse contendit . At erraverit ille in causa nominis assignanda ; in nomine ipso quidem , antiquitus assignato , nequaquam erravit .

4. Quod scribit Pius de presbyteris ab Apostolis educatis : *qui a Domino vocati in CUBILIBUS æternis clausi tenentur* , peculiari charactere , tanquam obelo dignum , notavit Blondellus . Heic tamen verba & sensus perpendi possunt . In verbis nemo non videt , *Pium* respexisse illud Psalmi CXLIX. 5. *Exultabunt Sancti in gloria , latabuntur in CUBILIBUS suis* , de quo Lucas XV. 10. & Augustinus lib. II. quæst. XXXVII. §. 3. in Evangelia . Vide *Ludovici Capelli* Dissertationem , quam inscripsit *Mortuorum vitam* , in ejus operibus criticis , Amstelodami editis anno 1689. In sensu perpendi potest celebris & olim pervulgata doctrina de *receptaculis animarum* . De receptaculis animarum & statu post mortem , antiqui Patres disputantes , ab ipsis Apostolorum temporibus ad Gregorii XI. Pontificatum , Florentinumque Concilium , hoc est toto ferme quatuordecim sæculorum spacio , incerti , interque se dissentientes fuerunt , veluti in re , de qua Ecclesia catholica nondum quicquam definita , propterea quod tam expressa pro illius definitione non apparent sacrorum Codicum testimonia , ut non possent in alium sensum utcumque trahi ; singuli enim in suis sententiis principia sibi a divinis literis suppeditari existimabant . Consulatur præfatio ad librum Sancti Ambrosii de Bono mortis tomo I. Operum col. 325. editionis novæ . Nonnulli eorum , animas corporibus exutas & procul a visione Dei in quibusdam habitaculis conclusas , adusque generalem resurrectionem servari putabant , ibi mercedem operibus suis debitam , hoc est , divini con-

S. Pius I.
Lib. II. C. IV.

S. PIUS I.
LIB. II. C. IV.

ni conspectus fruitionem, in die ultimo reddendam, expectaturas; qua de re multa congerit clari ingenii & doctrinæ Theologus Dionysius Petavius de Deo lib. vi. 1. cap. xiv. Verum quidem est, inter hujus sententiæ sectatores, *Millenariorum* somniis quosdam imbutos fuisse, ut Irenæus, Tertullianus, Apollinarius, Lactantius, Victorinus, & alii, de quibus Hieronymus in Catalogo cap. xxv. 1. 1. ubi Papiam ex Judæis eam opinionem hausisse tradit, quanquam aliter sentit Nicolaus Narrius in Apparatu ad Bibliothecam PP. tomo I. pag. 281. edit. 11. Non omnes tamen Patres, qui ante magnum diem suspensam Sanctorum felicitatem adstruere visi sunt, Chiliastrarum nugis adhæserunt: non quidem Ambrosius, Augustinus, Nazianzenus, Chrysostomus, Bernardus, & alii, quorum sententias digerit Sixtus Senensis in Bibliotheca lib. v. 1. annotatione cccxlv. & Guillelmus Estius in lib. iv. Sentent. Dist. xlv. §. 6. Ambrosius quidem in libro de Bono mortis cap. x. §. 45. doctrinam suam his verbis explanat: *animarum autem superiora esse habitacula, scripturæ testimoniis valde probatur. Siquidem & in Esdræ libris legitimus, quia quum venerit Judicii dies, reddet terra defunctorum corpora, & pulvis reddet eas, quæ in tumultis requiescunt, reliquias mortuorum. Et habitacula, inquit, reddent animas, quæ bis commendata sunt, & revelabitur altissimus super sedem Judicii. Hæc sunt habitationes, de quibus dicit Dominus, multas mansiones apud Patrem, quas suis, pergens ad Patrem, discipulis præpararet. Sed Esdræ usus sum scriptis, ut cognoscant Gentiles ea, quæ in Philosophia libris mitrantur, translata de nostris.* Hic utique Ambrosius innuit Platonem, qui in Phædro tomo 11. Operum pag. 247. editionis H. Stephani anni 1578. de animorum reditu in coelestem patriam differens, eadem habet, quæ Esdras & Sanctus Ambrosius. Platonem ex sacra Scriptura plurima hausisse prodit Origenes contra Celsum lib. vi. 1. pag. 350. edit. Guill. Spenceri §. 45. Idem Ambrosius in opere allato sic loquitur: *denique & Scripturæ habitacula illa, animarum promptuaria nuncupavit, nempe Esdras: lib. iv. cap. vi. 1. n. 32.* Ambrosio plane consonat Augustinus in Enchiridio cap. cix. *tempus autem, quod inter dominis mortem & ultimam resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut unaquaque digna est vel requie, vel ærumna pro eo quod sortita est in carne dum viveret.* Infinitus essem si hac omnes adducerem, qui in hac sententia fuerunt antequam OEcumenica Synodus Florentina decerneret, animos, nullo post baptismum peccato foedatos, vel jam contracto, omnino purgatos, in Coelum mox recipi, & intueri clare ipsum Deum trinum & unum, sicuti est, pro meritum tamen diversitate, alium alio perfectius. Sixtus Senensis ad Concilii Florentini Sanctionem facile reduci arbitratur nonnullas eorumdem Patrum sententias, si duplicem scilicet beatitudinis statum, & divino conspectu fruendum consideremus, unum animæ sine corpore usque ad universale judicium: quem statum veteres variis nominibus describentes, dixerunt *suum Abrabæ, Paradisum primis parenti-*

ventibus ademptum, Altare exterius, sub Altare Dei, Sanctorum vestibulum, Arria Dei, promptuaria Animarum, secreta receptacula, Animarum custodiam, servitutis requiem, adeptas repromissiones, & etiam cubilia aeterna, ut noster Pontifex Pius. Alter status animæ considerari potest, resumto corpore, post extremum iudicium: quem statum similiter diversis appellationibus nuncuparunt, domum Dei, altare interius, super altare, sublimiora Coelorum, & consummationem gloriæ. Proinde quum apud veteres Patres legimus iustorum animas vivere aut in sinu Abrabæ, aut in Paradisi nemore, aut sub altare Dei, aut in abditis receptaculis, aut in cubilibus aeternis, ibique expectare futuræ gloriæ præmia, non statim suspicari debemus, eos credidisse, animas Sanctorum carerè divini intuitus gloria, & nondum potiri perfectæ illa & consummata felicitate, quam post corporis resurrectionem expectant. Ita rem explicat etiam Magister Sententiarum lib. IV. Distinct. XIV. §. 1. notans ex Augustino, majus futurum gaudium Sanctorum in Resurrectione, quam fuerit ante: tunc enim consummabitur felicitas. Ideo Bernardus enarrans cap. VI. Apocalypseo, docuit, animas Sanctorum usque ad diem iudicii quiescere sub altare Dei, idest in sola visione humanitatis Christi donec veniat tempus, in quo filius Dei post universalem resurrectionem ostendat seipsum illis in forma Dei una cum Patre & Spiritu Sancto. Deinde in Sermone III. de festo omnium Sanctorum tres animarum status recenset. I. in corpore corruptibili. II. sine corpore. III. in beatitudine consummata. Ex his nemo non videt, germanam antiquitatem Epistolæ I. Sancti Pii, vel illa phrasi invictè probari, qua in cubilibus aeternis animæ Sanctorum clausæ TENERI dicuntur. Licet vero eadem phrasis illi persimilis videatur, qua utitur Lactantius Divinar. Institut. lib. VII. cap. XXI. ubi Animas, ait, in una communique custodia DETINERI: quem loquendi modum Sanctus Hieronymus ferre non potuit in Vigilantio, cui propterea exprobat: tu Apostolis vincula iniicis, ut usque ad diem iudicii TENEANTUR in custodia; attamen Sanctus Pius veluti ceterorum Magister, unus omnium tutiorem & faciliorem viam pressit, dum Sanctorum animas non alibi, quam in cælesti beatitudine, discrete collocavit, earum cubilia aeterna appellans, non vero corporeas; non subterraneas, neque ad extremum usque iudicium tantum duraturas habitationes, ut sensit Lactantius, & Tertullianus de Anima Cap. XV. Hæc cubilia sunt mansiones illæ in domo Patris, quibus Christus apud Jo. XIV. 2. varios gloriæ beatorum gradus designavit. Hinc piæ memoriæ Cardinalis Thomæ, interioris Ecclesiasticæ antiquitatis longe peritissimus, cubilia in Psalmo CXLIX. mansiones interpretatus est in Psalterio edit. II. anni 1697. pag. 644. Atque hæc procul sunt ab erroribus, nullam animam ante diem iudicii, beatam esse dicentibus, de quibus accurate agit Alphonsus a Castro lib. III. adversus Hæreses pag. 221. Operum editionis Parisiensis anni 1571. Sanctorum animæ dicuntur cubilibus clausæ teneri, vel ad introitum Regni coele-

S. PIUS I.
LIB. II. C. IV.

coelestis per custodiam reservari, ut loquitur Hilarius Pictavenfis in Pſal. cxx. 16. quia ibidem protectione & societate Domini ab omni malo liberantur; unde in Pſal. cxix. idem Hilarius nihil nobis a ſæculi violentia timendum docet, quum *Coviſti conſortium mors acquirit*. Conſule clariffimos & celeberrimos viros, qui Hilarium nuper ediderunt, in præfatione pag. 63. §. 6. num. 203. Hæc fatiſ *pro cubilibus æternis Sancti Pii vindicandis*. Veritati examuſſim cohæret & illud, quod tradit Pius, præbyteros ſcilicet Apoſtolorum alumnos, tunc diem ſuum obiiſſe. Prima enim Apoſtolorum ſucceſſio uſque ad tempora M. Antonini producitur: quo imperante Polycarpus, Johannis Apoſtoli diſcipulus, coronam martyrii reportavit, ut in Eufeſium lib. II. Cap. xxiii. notat Valeſius.

5. Aliud falſitatis argumentum Pii epistolæ obijci video per hæc verba: *ſalutat te Soter & Eleutherus digni præbyteri*. Nulla heic mentio Aniceti fieri putatur, propterea quod ab auctore epistolæ, dudum ante Pium in pontificatu mortuus putaretur, errore, ut creditur, hauſto ex Catalogo Henſcheniano, & ex Anaſtaſio. Ita Pearſonius in operibus poſtumis pag. 268. inque Vindiciis Ignatianis parte II. Cap. xiii. pag. 169. quo etiam iudice, Eleutherus ſub Pio præbyter eſſe non potuit, qui erat diaconus ſub Pii ſucceſſore Aniceto, ex Hegeſippo, teſte oculato, apud Eufeſium lib. IV. Cap. XXI 1. Sed heus tu, Pearſoni! Nonne ex Codicibus MSS. Anaſtaſii, & ex Conſulatibus Bucheriani Catalogi, ab Henſchenio poſtmodum male habiti, Aniceto Pium, non Pio Anicetum præponi jam vidimus? Qui ergo errorem, modo ac excogitatum inde olim haurire potuit auctor epistolæ? At at præteritus non fuit Anicetus, propterea quod reapse tunc amplius vivere non credèretur, ſed aliam ob cauſam nobis ignotam, vel quod Urbe tunc procul abſeſet, dum verus Pius veram epistolam ſcripſit; etenim viri illi ſanctiſſimi non ſemper una verfabantur, ſæpenumero huc & illuc magnis fidelium neceſſitatibus occurrentes. Pergo ulterius. Sicuti ex hac ſalutatione non ſequitur, alios præbyteros & diaconos tunc Romæ non vixiſſe præter *Sotem & Eleutherum*, propterea quod Pius ſingulos non expreſſerit; ſed pacto ſutiliſſimum eſt affirmare; Anicetum ideo præteritum, quod ab auctore epistolæ jam pridem ante Pium mortuus crederetur, errore ſcilicet ex corruptis Pontificum nomenclatoribus hauſto. Sanctus Concordius in actis apud Bollandum die 1. Januarii tomo I. pag. 286. quæ elegantie commendantur a Tillemontio tomo I. pag. 286. dicitur in Subdiaconum conſecratus a Pio noſtro: qui tamen nullam ejus mentionem facit in epistola 1. ad Juſtum. Quod *Eleutherum* ſpectat, a Pio cum Sotere, *præbyterorum* nomine comprehenſum, quem tamen Hegeſippus ſub Aniceto Pii ſucceſſore diaconum dixerit, facillime reſpondetur. Etenim Sanctus Jo. Chryſoſtomus in Paulli epistolam ad Philippenſes cap. I. v. 1. antiquitus, ait, nomine *præbyterorum* etiam diaconos veniſſe. Hoc præſertim factum ubi uterque ſimul contigit memorari, ut
in epi-

in epistola Pii, in qua *senioris* seu *presbyteri* nomen ad *diaconum* honoris causa extensum est. Immo non *diaconos* tantum, sed & reliquam Cleri partem complexum docet epistola 1x. Sancti Cornelii Papæ tomo I. pag. 147. Pari pacto *diaconi* nomen in Ecclesia antiqua *presbyteros* complexum viri docti ad Clementinam epistolam 1. ad Corinthios cap. xiiii. adnotaverunt, nempe ad ministerii nomen, non ad alterutrius gradum respicientes. Quum vero *diaconi* nomen *ministerium* denotet, fortasse Hegesippus *ministerium* generatim sumtum indicare voluit, ubi Eleutherus Aniceti *diaconum* dixit. *Minister* enim late sumtus non unus *diaconus*, sed etiam *presbyter*. Reliqua in epistola Pii dum recte conveniunt, unum *presbyteri* nomen Eleuthero *diacono* adscriptum nos remorari non debet, quominus hac una ex causa illam Pio adjudicemus. Frivolum ergo est totum hoc argumentum, nec melioris notæ aliud, quod mox subsequitur.

6. Blondello stomachum movet, a Pio palmam *perseverabilem* dici, & epistolam his verbis claudi: *Cerintus primarches Satana multos avertit a fide*; sed utrunque infeliciter: palmam enim *perseverabilem*, sive æternam duraturam, deduci a *persevero*, ut ejusmodi sexcenta alia, nemo nisi cavillandi studio negaverit. Sed majus est, quod in *Cerintus* reprehenditur; scilicet plus æquo longævum fieri, qui multos adhuc *avertere a fide* sub Pio tradatur. At si auctore Baronio, A. D. 166. §. 11. Polycarpus, Apostolorum discipulus, Pii tempora pertigit, *Cerintus* etiam pertingere potuit, præcipue ubi iis consenserimus, qui *Cerintum* post Carpocratem hæreses suas sparsisse crediderunt. Carpocrates enim, erroribus suis inclaruit imperante Hadriano. Sed hæc nihili facit Nicolaus Nurrius in Apparatu tomo I. pag. 281. quum *Irenæus*, cujus vestigiis reliqui insisterunt, in sua hæreticorum recensione, tempora invertens, Chronologico ordini minime inhæreat. Polycarpus autem *Cerintus* jam amoto, & ceteris Apostolis jam demortuis, Johannem valde senem audivit. Quare Epiphanius Hæresi xxxi. scribit, *Cerintum* & Ebionem antegressos *Valentinum*, quem illis posteriorem facit. *Cerintus* ergo sub Pio superesse non potuit: proptereaque in alteram Baronii sententiam eundem est, ut non *Cerintum viventem*, sed ejus hæresim in sectariis grassantem, multosque avertentem a fide *Prus* innuere dicatur. Satis enim seducti a *Cerintus* videri poterant qui a recto Fidei instituto per ipsam ejus doctrinam abstraherantur; quomodo *Tatianus*, qui insanas *Valentini de Æonibus* opiniones animo imbiberat, ut docet *Irenæus*, cui Clemens Alexandrinus, ejus æqualis, suffragatur Stromatum libro III. pag. 465. Ait enim, hæresiarcham e *Schola Valentini* prodixisse, non quod *Valentini* auditor fuerit unquam, sed quod ejus exceperit disciplinam, a qua totum habuit fere quicquid habuit. Hinc auctor appendix ad Tertullianum de *Præscriptionibus* affirmat *Tatianum totum cum Valentino sapere*, observante pag. xiiii. auctore Dissertationis in *Tatianum* Oxoniæ editum a Wilhelmo Worth anno 1700. in 8.^o

S. PIUS I.
LIB. I. C. IV.

qui est Ludovicus du Feu de Longueve. Gnostica errorum potentia, quæ *Cerintbus* excogitavit, deinde per *Valentinum*, primum eius sectæ discipulum, in systema crevisse, egregie doctrinæ apparatus ostendit Georgius Bullus in Defensione Fidei Nicænæ sect. II. cap. I. a pag. 288. *Valentinus* autem, Pontifice Hygino Pii decessore pravorum dogmatum plauftra Roman invenit, viguitque sub Pio, usque ad Anicetum superstes, uti ex Irenæo & Eusebio in comperto est. Non ergo de *Cerintbo*, etiamnum vivo, intellexit Pius, sed de eodem in *Valentino* contra Christi Fidem grassante: neque verbum *avertit* pro tempore elapso accipiendum, ut accepit Labbeus ad Concilia to. I. pag. 576. quippe insolens valde fuisset de clade per *Cerintbum* ipsum Catholicæ religioni olim allata, Justum Episcopum tam sero a Pio certioreni factum: qui quidem Justus nuper aut paulo ante Roma discesserat. Censuram in vocem semigræcam *primarcha*, seu *Primarches*, qua Pius Cerinthum ornat, non moror; quo enim tempore Cives Romani Græcis erant permixti, adeo familiaris fuit Romæ Græcus sermo, ut Imperator M. Aurelius integros libros græcè conscripserit, & Christiani suas Apologias itidem Græcè Imperatori eidem obtulerint. Quare, ut egregie adnotat V. C. Philippus Bonartotius in Observationibus ad Sacra Vitra pag. 203. nihil mirum, si tunc in ore vulgi Græcus sermo cum latino aliquando coaluit. Pari pacto ex eadem causa in Græcorum scripta latina vocabula irrepserunt. In Epistolis genuinis Ignatii Martyris editionis Oxoniensis anni 1709. pag. 6. §. 12. pag. 12. §. 2. pag. 32. §. 3. legitur *ἑμπλαρίων, exemplarium*, sive *exemplar*. Pag. 9. §. 6. *ἡσπίτης desertor*, & *ἡπίστα deposita*. Pag. 10. *ἀκρίβια accepta*. In nummo etiam apud Gisbertum Cuperum in Apotheosi Homeri pag. 243. DIVOX *divus*. Non enim in nostra Epistola, ut suspicatur Bondellus, antiqui Codices *patriarcha* potius, quam *primarcha* exhibuisse putandi sunt, quum *Patriarchæ* nomen, Pii tempore extra Ebræos non innotesceret. Nec alias Pius voce tam sacra in Cerinthi gratiam abusus fuisset. De SS. Timotheo, & Marco, qui in hac eadem epistola I. *per bonum certamen* transisse dicuntur, mentio superest in tabulis Ecclesiasticis die xxiv. Martii, ubi ex veteri Martyrologio MS. Sancti Cyriaci, sub Antonino passos tradit Baronius: deque iis ægunt Hagiologi Bollandiani tomo II. Maji pag. 477. Alteram Pii epistolam vindicare pergamus.

II. In ea Blondellus multa improbat. I. *gaudium inestimabile facere*: qua tamen dictione vix quicquam magis latinum afferri potest; nisi Livium barbare scripserit dicamus. Livius enim lib. xxix. cap. xxxii. dixit: *inestimabile gaudium*. Cicero cap. I. de finibus: *recta & honesta quæ sunt, ea FACERE per se LAETITIAM*. Sic *terrorem, pavorem, dolorem, & luctum facere* occurrit apud Ciceronem & Livium, qui lib. vii. cap. III. Circum Tiberi superfuso, *terrorem ingentem FECISSE*, scribit. Sed nec verbum *recognosces* arridet Blondello, & tamen Livius ait lib. v. cap. xvi. *biduum ad RECOGNOSCENDAS res datum*. Virgilius Ænev. lib. viii. 721.

Dona

Dona RECOGNOSCIT *populorum*.

Tacitus Hist. lib. II. cap. LXX. RECOGNOSCERE *spacia certaminum*, & in Vita Agricola cap. VI. RECOGNOSCENDA *dona*. II. Martyrum corpora *cur membra Dei* perperam dici putat Blondellus, si Paulus ad Corinthios epist. I. cap. VI. 15. *nescitis*, inquit, *quoniam corpora vestra, MEMBRA sunt CHRISTI? Tollens ergo MEMBRA CHRISTI, faciam membra meretricis? Absit*. Et paulo post. *Au nescitis, quoniam MEMBRA vestra, templum sunt Spiritus Sancti, qui in Nobis est, quem habetis a Deo, & non estis vestri? Empti enim estis precio magno. Glorificate & PORTATE DEUM in CORPORE vestro*. III. Negat Apostolos Stephanum curavisse, quod Pius tamen affirmat. Sed Lucas Act. VII. 2. rem ita narrat: *facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Hierosolymis: & omnes dispersi sunt per regiones Judææ, & Samariæ PRÆTER Apostolos. CURAVERUNT autem Stephanum VIRI TIMORATI, & fecerunt plauctum magnum super eum*. Si Apostolos Hierosolymis permanissee certissimum est, cur ipsimet, viri profecto timorati, corpus Stephani curare non potuerunt? quod quidem non tam a Luca, quam a majorum traditione Pius didicisse credendus est. *Curare* hoc loco pertinet ad rem funerariam, unde Suetonius in Nerone cap. XLIX. *imperavit, æquam simul & ligna conferrî CURANDO mox cadaveri*. Duplicet etiam Blondello hæc clausula epistolæ II. *Salutat te Senatus pauper Christi, apud Romanam constitutus*. Non dissimulat in Constitut. Apostolicis lib. II. cap. XXVIII. dictum *συνηθρον καὶ βασιλῆως τῆς ἐκκλησίας, Senatum, & curiam Ecclesie*, & ab Ignatio ad Magnesianos *ἡς τέτορος συνεδρίου Ἀποστόλων, in locum Senatus Apostolorum*. Verum *an similia scripserit Pius, judicent pii*, inquit Criticus. Sed quum sacra hac phrasi usus fuerit Apostolus Paulus ad Timotheum IV. 13. *πρεσβυτερίου συνίδου*, quumque jam in Ecclesia invaluisset sæculi secundi initio, quo Ignatius martyr scripsit, non video cur eandem subinde usurpare non potuerit etiam Pontifex Pius. Ea paulo post usus est Origenes lib. III. contra Celsum pag. 129. edit. Cantabrigienensis Spenceri anni 1658. *Si SENATUM*, ait, *ecclesiasticum componas ad Senatus singularum Civitatum, invenies, quosdam SENATORES ecclesiasticos, dignos ubique gentium administrare divinitus rempublicam. Sacerdotes, idest Episcopos, seniores, idest presbyteros, antiqua phrasi, dictos invenies in vetustissimis liturgiis ab Jo. Mabillonio illustratis pag. 307. 337*. Sed audiamus Hermam sæculi secundi ecclesiasticum Scriptorem lib. I. Visione II. cap. IV. in fine: *tu autem leges in hac civitate cum SENIORIBUS, qui præsent Ecclesie consilio tamen, non potestate clavium*. Vide Petavii libros de Ecclesiastica Hierarchia contra Salmasium. Apud Origenem Philocaliæ cap. I. ex lib. IV. de Principiis cap. II. Rufino interprete, hæc leguntur: *tu vero annuntiabis presbyteris Ecclesie. Ergo Seniores & Senatus, sunt presbyteri, & presbyterium. Quare Senatium, & Curiam, ex episcopis, presbyteris, & diaconis componi declarant Constitutiones Apostolicæ lib. I. cap.*

S. PIUS I.
LIB. II. C. IV.

S. PIUS I.
LIB. II. C. IV.

cap. XLIX. l. & reliquis. Hinc tres distinctos in Ecclesia gradus aut ordines sacros fuisse nos docent genuinæ epistolæ Ignatii, ante Pium passi. I. *Episcopum* singularem. II. *Presbyterium*, seu presbyterorum *Senatum*. III. *Diaconos*. Singulos doctissime comprobat Henricus Hammonduſus Diſſertatione II. pro episcopatus juribus cap. xxvi. pag. 117. Pius ergo verbis illis *Senatus pauper Christi*, suos presbyteros designavit, eandemque phrasim postea usurpant subsequentiū etiam sæculorum scriptores nostri, Optatus in Gestis Cæciliani & Felicis, Ennodius in natali Laurentii, & Sidonius lib. ix. epist. III. apud quos Ecclesiæ *Senatus*, seu *presbyterium* non semel occurrit. Hoc *presbyterium* Rufinus, *Cleri Romani Senatum* vocat Apologiæ lib. III. pag. 448. editionis novæ Hieronymianæ, quas voces apud Latinos ab ætatis notione ad honoris & dignitatis appellationem transiisse, notat Petavius lib. I. de Ecclesiastica Hierarchia cap. XII. §. xvi. Morem salutandi in fine literarum, Christianis tunc fuisse acceptissimum, nos docet Ecclesia Smyrnenſis in epistola de martyrio Sancti Polycarpi, qui fuit Pio æqualis; ibi enim sic legitur in Ruinarti Actis martyrum pag. 34. *Salutate omnes Sanctos. Hi, qui nobiscum sunt, omnes salutant*: qua in re magnum Ecclesiæ doctorem, majores nostri imitari studebant. Hæc de stylo prioris epistolæ, quam Beveregius in notis ad canonem II. Apostolicum *indubitam* vocat, ejus testimonio usus, ut tres distinctos in Ecclesia ordines constitutos ostendat, Episcopos, presbyteros, & diaconos A. D. 143.

IV. Tillemontius post Blondelli, & Pearsonii censuras a me hæctenus refutatas, alteri epistolæ Sancti Pii majus negocium passere putat quod in eadem traditur de Vero, Viennensi episcopo, e vita sublato, deque *Justo* in ejus locum a fratribus constituto: quæ, inquit vir eruditus to. I. & III. pag. 621. in concordiam redigi nequitiam possunt cum Sulpicio Severo, affirmante, nullum Christi martyrem ante M. Aurelium Imperatorem, sive annum vulgarem clx. in Galliis obiisse. Ad hæc *Verum* hunc episcopum & martyrem vel nusquam, vel *confessoris*, non *martyris* titulo memorari contendit, ideoque non ad *secundum*, sed ad *quartum* sæculum pertinere, eoque interfuisse Concilio I. Arelatensi. Chronico autem Adonis, episcopi Viennensis, *Crescentem*, *Zachariam*, & *Verum* (quem postremum silet Ado ipse in Martyrologio) ab aliena manu insertos videri, minime vero ab Adone, eorundem Sanctorum præfulum successore. Addit vir doctus, simplicem *Veri* memoriam superesse in tabulis Ecclesiæ Viennensis, at *martyris* elogium deesse in Martyrologio Romano. Sic Tillemontius. Quare hæc mihi præcipue laborandum, ut *Verum Episcopum & martyrem* Ecclesiæ suæ Viennensi restituam; inde enim patebit sinceritas epistolæ Sancti Pii. Porro difficile est creditum, Adonem suæ Ecclesiæ primordia tam supine ignorasse, ut ea Chronico suo non inseruerit, quum tamen de aliis Ecclesiis id accurate præstiterit. Quamobrem Adonem ipsum, & non alium, feriem præfulum Viennensem a *Crescente* deductam, in Chronico suo digessisse autumo; consonat enim

enim ipsemet Ado in Martyrologio die xxv 11. Junji pag. 109. editionis Plantinianæ, ubi hanc eandem originem literis consignavit hoc pacto : *Sanctus Crescens Viennæ, civitate Galliarum, per aliquot annos sedit, ibique Zacharias discipulum pro se episcopum ordinavit.* Ante Adonem eadem scripserat Paullus I. Pontifex in epistola ad Carolum Magnum, ubi Ecclesiam Viennensem, *Apostolorum collegam Crescentem, magistrum habere* meruisse affirmat apud Jo: a Bosco in Bibliotheca Floriacensi par. 111. pag. 45. Crescentem Gallias religionem edocuisse ex Paulli epistola 11. ad Timotheum cap. 1v. colligit Petrus de Marca in literis ad Henricum Valefium §. 111. quæ exstant cum Dissertationibus editis a Baluzio pag. 425. Neque ulla alia Galliarum Ecclesia præter Viennensem Crescentem antistite gloriatur. Nam vir eruditus Nicolaus Serarius, qui in Moguntiacis cap. 11. pag. 231. Crescentem, episcopum Moguntinum facere nititur, nullam ejus mentionem in illius Ecclesiæ tabulis haberi fatetur : quod primo auctori non contigisset. Petrus Cluniacensis lib. I. epist. 11. Galliæ Ecclesiarum conditores enumerans ait : *Irenæus Lugdunus, CRESCENS Viennæ &c.* Passus fuit sub Trajano, ex Baronio A. D. 118. §. 1v. & in Martyrologio ad diem xxv 11. Junii. Hoc eodem tempore martyrium subjisse traditur ejus successor *Zacharias*, quem excepit *Martinus* : atque hunc sub eodem Trajano sequutus est *Verus*, ut Ado auctor est, & ex illo Fratres Sammarthani in Gallia Christiana to. I. pag. 792. Quatuor autem episcopos brevi intervallo Viennensem Ecclesiam rexisse nemo mirabitur, qui perpenderit, in Hierosolymitana *quindecim* præfules *triginta* annis sedisse, teste Eusebio lib. 1v. cap. v. & in Romana ab A. D. 883. ad A. D. 912. nempe solis *triginta* annis *quatuordecim* Pontifices numerari, ut constat ex Baronianis Annalibus. *Verus* ergo, quem nihil vetat sedisse usque ad A. D. 146. quo universæ Ecclesiæ præesse cœpit Pius, non sub Trajano, sed sub Antonino Magno passus jure dicetur, salva auctoritate Sulpicii, cujus hæc sunt verba in lib. 11. Historiæ sacræ : *sub Aurelio Antonini filio persecutio quinæla agitata : ac tunc primum intra Gallias martyria visa, serius trans Alpes Dei religione suscepta.* Hunc Sulpicii locum critici recentiores Jacobus Sirmondus, Johannes Launojus, & Tillemontius interpretatione ex ipsius juris & rhetorum principis petita, utinam cum diptychis Ecclesiasticis in concordiam redigere maluissent ; generi enim per speciem derogari docent Jurisconsulti. Petrus de Marca in epistola ad Valefium §. xx 111. jure quidem, mea sententia, arbitratur, Sulpicium loqui de martyriis *generalibus*, nimirum de cœde Pontificum simul & plebis Christianæ, quemadmodum in Ecclesiis Viennensi & Lugdunensi sub M. Aurelio factum est : cui cladi similis ante in Galliis nulla contigerat. Nec propterea hæc ipsa *generalis* clades impedit, quin antiquitus alii præfules pro Christo mortem objerint, puta Crescens, Zacharias, ceterique Christianæ, abque ullo tamen generali Christianæ plebis excidio, ut postea sub Decio pariter factum est, qui in solos Episcopos sævit. Non ideo tamen in rebus pertexen-

S. PIUS I.
LII. IL. C. IV.

pertendendis erravit Sulpicius, qui summa tantum illarum capita libavit, præteriens Gallicanarum sedium origines, quas omnino intactas reliquit. Quod vero ait, *serius trans Alpes Dei religionem suscepam*, hoc recte quidem ait, comparatione habita partium Orientalium ipsiusque Italiæ, quæ doctrina fidei prius imbuta est, proventuque uberiori, quam Galliæ, profanarum superstitionum tenaciores. Ad hæc Viennam *intra* provinciam Romanam potius quam *intra* Gallias sctisse constat; nam in lemmate epistolæ de *martyriis Viennensibus & Lugdunensibus* apud Eufschium lib. v. cap. I. *Lugdunum* vocatur urbs *Galliæ*, quæ postmodum devicta fuit; quæque tunc extra terminos provinciæ Romanæ censebatur. Non ita *Vienna*, quæ proprie erat in provincia Romana; ideoque ad illam non extenditur locus Sulpicii: quod tamen de more audacter pronuntiavit Launojus. In eodem lemmate primum etiam locum habere Viennam propter ejus Ecclesiæ antiquitatem, auctor est Blondellus de Primatu pag. 714. non vero, quod honoris prærogativa in ordine civili tunc Viennæ præ Lugduno ex instituto Galbæ competcret, ut visum est Petro de Marca de Primatibus §. 112. nam in regimine ecclesiastico primis illis Ecclesiæ sæculis civilis ejusmodi fastigii dignitatem minime attemptam fuisse egregie ostendit Johannes Morinus lib. 1. Exercitat. xviii. *Veri* ergo martyrium recte statuitur sub Antonino Pio, quamvis non eo anno, quo illud locat Baronius, a quo A. D. 166. §. vii. vocatur *primus Viennensis Ecclesiæ episcopus*, postquam ejus decessores jam numerasset; idque non errore, ut putavit Blondellus, neque consulto, quasi illum *primum*, & non *quartum* Viennensem episcopum credidisset, ut sibi persuasit Tillemontius; sed propterea quod *tres*, vel saltem duo *Veri* eam sedem diversis temporibus implevissent, ut mox dicam. Nec obstat, ex Adonis Chronico Ætate v. A. D. 101. pag. 124. 127. Verum *sub Trajano* floruisse, & A. D. 163. *Justum*, ejus successorem, martyrio coronatum, quum enim primis illis temporibus fatiscat Chronologia Adonis, satis est, rem ipsam ab eodem fuisse literis traditam, licet non adeo certo tempori affixam, eo quod res Chronologica esset luxata sæculo nono, quo scripsit Ado. Si autem *Verus*, qui adest in Chronico Adonis, in ejusdem Martyrologio abest, non inde consequitur, ab aliena manu in Chronicon irrepsisse, quod Guillelmus Morelius typographus regius cum editione Jodoci Badii, & cum *antiquissimo Codice* Viennensi collatum vulgavit Parisiis A. D. 1561. quippe neminem fugit, librariorum in Martyrologiis exscribendis alios Sanctos addere, alios omittere consuevisse, unde quot sunt Martyrologii Usuardini codices, calamo aut typis descripti, totidem spissa lectionum discrimina in iisdem occurrunt. Pari pacto Desiderius Veri il. successor in eadem Sede Viennensi, qui martyr obiit A. D. 607. memoratur in Chronico Adonis Ætate vi. pag. 189. reticetur in Martyrologio, quanquam ipsemet Ado scorsum ejus martyrium descripsit. Vide Cointium in Annalibus Francorum to. II. pag. 576. Itaque suspicienda est traditio Ecclesiæ Viennensis, quæ *Verum*, tanquam

quam *martyrem*, sive, ut phrasi utar Adonis, *confessione fidei illustram*, colit die prima Augusti: *victor enim de mundi principe triumphavit*, teste Pio; licet martyrii nota (quod alibi etiam sæpe contingit) desit in Bedæ, Galefinit, & Baronii martyrologiis, in Ufuardo quoque Cartusiano, & Bruxellensi apud Sollerium pag. 441. ubi tamen non *Verus*, sed *Severus* dicitur. Ex his patet, huic *Verò* martyri nihil esse cum *Verò* illo, qui A. D. 314. interfuit Concilio I. Arelatenfì, in quo sic legitur tom. I. Labbeano pag. 1429. *Verus episcopus. Beda exorcista de Civitate Viennensif*; ubi nihilominus non *Verum*, sed *Claudium* interfuisse ait Ado A. D. 306. pag. 144. forte enim in Concilio obiit *Claudius*, cui statim suffectus est *Verus*, quare uterque interesse potuit, nisi idem fuerit binominis, vel Adonem ex Baronio A. D. 314. §. XLIX. falsum fuisse malimus, quemadmodum falsus est affirmando, illud Concilium ex episcopis *sexcentis* coactum tempore Nicæni, cui tamen *undecim* annos prævit, *ducentifque* tantum episcopis constitit. Hic *Verus*, ut notat Baronius ad diem 1. Augusti, *secundus* est ejus nominis episcopus Viennensif; *tertius* enim, qui rectius dicitur *Virus*, vixit A. D. 583. post Evantium & ante Desiderium, ex Adone in Chronico & Martyrologio die 11. Januarii. Hoc *Virri* nomen alias antiquis minime ignotum observat Petrus Franciscus Chiffetius in notis ad Fulgentium Ferrandum pag. 269. Trium *Verorum* distinctionem post Baronium olfecit etiam Bollandus to. I. Januarii pag. 822. Jam ad Justum episcopum *Veri I.* successorem tendamus. Ado in Chronico, nimirum in proprio, non in alieno opere, eundem non semel quidem, sed iterum & tertium nominat; nam sub Hadriano, ait A. D. 120. pag. 125. *hoc itidem tempore Justus Viennensif Ecclesiæ episcopus, illustrissimus in confessione exitit*. Sub Antonio de eodem sic scribit A. D. 141. pag. 126. *Viennensium episcopus Justus adhuc clarus habetur*; & demum sub M. Aurelio A. D. 163. pag. 127. *Justus Viennensif episcopus longo tempore exsilio maceratus martyr gloriosus efficitur*. In appendice ad Martyrologium Adonis, quod vulgavit Rosvveydus pag. 207. die 17. Maji hæc de eo leguntur: *memoria beatissimi Justif Viennensif episcopi*; & quasi hæc lectio sine expressione martyrii, non esset satis genuina, eam Rosvveydus asterisco signavit. Justus eadem die recensetur in Bedæ Martyrologio, & etiam apud Ufuardum editionum Lubecensif, & Colonienfif A. D. 1475. 1490. & in codice Bruxellensif apud Sollerium pag. 253. Rursus in duobus aliis Martyrologiis Mf. Ecclesiæ Viennensif, in Calendario antiqui Missalis, in Florario MS. Sanctorum tomo 11. Maji Bollandiani, & in Catalogo ibidem exscripto, in quo passus traditur sub M. Aurelio. Rectius profecto ejus sedes inter Antoninum & Marcum arctatur, ut proinde illi tribuendi non sint tot anni, ac vulgo tribuuntur. Ex his quæ dicta sunt, existimo, epistolæ Sancti Pii sinceritatem iis, quæ de *Verò* & *Justo* in ea memorantur, infruari neutiquam posse. *Artalus* autem & literas martyrum, & nuncium de *Veri* triumpho ad Pium tulisse dicitur in hac ejusdem epistola, quia

S. PIUS I.
LIB. II. C. IV.

moris fuit quum episcopus ad episcopum scriberet, alicui tantum Ecclesie ministro literas credere. Adi Baronium ad diem 11. Februarii. Neque is Attalus a celebri Pergameno diversus putandus est, cujus postea & ceterorum agonem, egregie toleratum, epistolæ ecclesiarum Viennensis & Lugdunensis, ad Asianos scriptæ, testantur apud Eusebium lib. v. cap. I. Tunc Viennam episcopum proprium, & quidem *Justum*, de quo loquimur, habuisse concludit Henricus Valesius in notis ad eandem epistolam: dum enim *ex UTRAQUE Ecclesia præstantissimi quique detenti* dicuntur, manifesto apparet, Viennam perinde ac Lugdunum, suum tunc episcopum habuisse, nempe A. D. 177. qui fuit XVIII. Imperii Marci; quippe *Ecclesia* ab antiquis Scriptoribus non dicitur nisi *matrix* quam *Cathedralem* vocamus. Valesio ad stipulatur Ruinartus in Actis martyrum pag. 63. editionis 11. Recte ergo Sanctus Pius Justum recens electum, sic alloquitur: *tu vero apud Senatoriam urbem Vienuesem ejus loco (idest Veri) a fratribus constitutus & colobio episcoporum vestitus, vide, ut ministerium, quod accepisti, in Domino impleas.* Tantum de re historica, in Pii literis comprehensa.

V. Sed Blondellus & Tillemontius *Colobium* istud Justo detrahere conantur, ceu vestimenti genus, episcopo minime proprium. An jure id agant, jam a nobis quærendum est. Veteres tam Romani, quam Græci duplicem *tunicam* exteriorem habuerunt; aliam manicatam & longam, quam *chiridotam*; aliam nec manicatam nec longam, quam *Colobium* Græcæ, *tunicam* latine dixerunt. Consultantur de hoc Justus Lipsius Antiquarum lectionum lib. iv. Cap. v. 111. & Octavius Ferrarius de re Vestiaria lib. 111. Cap. v. 111. Tertullianus Cap. I. de Pallio, *tunicam* ejusmodi, sive *colobium*, vestem tam Gentilibus, quam Christianis alias communem, sic graphice delineavit: *neque trans crura prodige, nec intra genua inverecunde, nec brachiis parce, nec manibus arête.* Sed erat etiam aliud *Colobium* ab vulgari & communi diversum, quo uni episcopi in sacris utebantur, propterea dictum a Pio *colobium episcoporum*. De eo fit mentio in actis Petri Alexandrini sub Maximino passi, quæ in suum Martyrologium transtulit Ado v. 11. Kal. Decembres: ibi enim vir sanctissimus Christum sibi apparuisse memorans, *erat autem, inquit, indutus COLOBIO LINEO CANDIDO, nimis confesso a summo usque deorsum, & ambabus manibus conjungebat illud circa pectus suum, quodammodo cooperiens nuditatem suam: quem ut vidi timore nimio correptus, tandem confortatus, ajo ad eum: quid est, Domine, quod video TUNICAM tuam scissam a summo usque deorsum?* Eadem prostant in vulgato Martyrologio Bedæ & in meo codice MS. Ufuardi. Sic Petrus unum & idem vestimentum & *colobium* & *tunicam* vocat. His respondent Acta Græca edita a Francisco Combesio in Illustrum martyrum triumphis pag. 197. ubi legitur Καλόβιον & Κιτῶνα, quod postreum Anastasius Bibliothecarius interpretes apud Baronium A. D. 310. §. v. generatim vertit *indumentam*, quum potius *tunicam* vertere debuisset.

Au-

Auctor de Divinis officiis Cap. xxxix. inter opera Alcuini pag. 1091. Honorius Augustodunensis in Gemma animæ lib. I. Cap. ccxi. *colobium* a B. Silvestro in *Dalmaticam* versum affirmant, eamque ab eodem Pontifice initium sumfisse tradit etiam Walafridus de Rebus ecclesiasticis capite xxiv. quorum dictis adquevit Cardinalis Bona in Rebus Liturgicis lib. I. cap. xxiv. §. 18. Contra Anselmus Lucensis in libro MS. Decretorum apud Petrum Ciaconium in notis ad Cassianum pag. 574. editionis ff. Vaticanæ anni 1589. Eusebio in testem adducto, Liberium *Dalmaticæ, colobii* Silvestrum, auctores facit. Sed Anselmus dubio procul sua hausit ex actis apocryphis Sancti Silvestri, quæ ideo tribuit Eusebio, quod initio Prologi occurrant hæc verba: *historiographus noster Eusebius Cæsarensis cum historiam ecclesiasticam scriberet, prætermisit ea, quæ se in aliis opusculis meminisset scripsisse.* Hæc acta latina, sexcentis ab hinc annis exscripta, quæ mecum olim communicavit doctissimus æque ac piissimus Cardinalis Thomafius, *colobii* institutionem tribuant Silvestro, occasione, qua Euphrosynus episcopus ex Oriente hic Romam profectus, *accedens ad sacrificandum Christi mysteria, CANDIDISSIMO COLOBIO utebatur: quod COLOBIUM Sancti Jacobi fuisse perhibebat. Dicebat autem justam esse reverentiam, ut dum divinis mysteriis sacerdos afflisset, bis utatur vestibus, quæ habitum Apostolorum in Sacerdotibus exhibent.* Inde statim hæc subjunguntur: *sicque factum est, ut a Sancto Silvestro & presbyteris ejus COLOBIORUM usus sumfisset initium: quo Marcus & Julius & Liberius eo ordine usi sunt. Post hos autem COLOBIA in dalmaticas commutata sunt.* Hæc eadem occurrunt in Actis Silvestri Græce editis a Combesio in Illustrium martyrum triumphis pag. 265. Verum quæ de *colobiiis* heic narrantur, omnino falsa esse colligimus ex genuinis Cypriani episcopi & martyris actis proconularibus, in quibus quum ille duceretur ad supplicium, *colobium, seu tunicam, dimississe memoratur: & quum se TUNICA exposuisset, & diaconibus tradidisset, in linea stetit, & coepit spiculatorum sustinere.* Ita habent antiqui codices MSS. teste Baronio die xxxi. Maii, Ruinaro in Actis martyrum pag. 218. §. 15. & Jo. Fello ad Opera Cypriani; unde prorsus contemnenda est vulgata lectio, quæ loco *tunica* habet *dalmaticam.* Hanc lectionem librariorum audaciæ tribuit idem Fellus; quum enim officiosi homines *tunicam* dignitati episcopali respondere non crederent, *dalmaticam* substituerunt. In Adonem Rosveydi xviii. Kal. Octobres, *dalmaticam* manifesto irepissime comperimus, ibi enim de Cypriano sic legitur: *dalmaticam TUNICAM tulit, & diaconibus tradidit, stans in linea; Vox dalmaticam inepte redundat. Papias & vulgatus Alcuinus colobia ideo in dalmaticas versa scribunt, quia nuditas brachiorum culpabatur.* Sed hoc ingenium magis, quam fidem historicam sapit. *Colobium* fuit *tunica* exterior; interior autem *subvucula*, ut patet ex Actis Sancti Cypriani, qui depositus *Colobio*, sive *tunica* exteriori, in interiori, nempe in *linea*, stetit dici-

S. PIUS I.
L. II. C. IV.

dicitur. Quare licet *Colobia* manicis ultra cubitum protensis, carebant; non ideo tamen *nuditas brachiorum* culpari poterat, quæ ab interiore tunica tegebatur. Non ergo in Ecclesia latina *Colobii* auctor fuit Sanctus Silvester, aut eo recentior Pontifex; sed Apostoli in suos successores episcopos hujus vestimenti morem & formam transmiserunt. *Colobio* pallium superinjiciebatur; tantum abest, ut *Colobium* ipsum fuerit *pallium*: quo tamen nomine perperam appellatur in Martyrologio Vienneusi, superius adducto. Hinc Christum Dominum & *tunicam* indutui, & *pallium* amictui habuisse, colligimus ex Johanne cap. XIX. ver. 23. Abdias fabulosus lib. VII. Hist. Apostolicæ de Sancto Bartholomæo loquens, *vestitus*, inquit, COLOBIO ALBO, *clavato purpura*, *induitur pallio albo*, *habente per singulos angulos singulas gemmas*. Vide Philippum Bonarotium in commentariis ad Sacra Vitra pag. 37. 87. Eundem morem nos docent acta Silvestri apud Combesium. Et sane in Occidente diu post Silvestrum, ipsumque Liberium, sexto etiam sæculo episcopos *colobio* usos duo luculenta testimonia confirmant. Unum est antiqui auctoris, qui descripsit miracula Sancti Gibriani presbyteri, æqualis Sancti Remigii Remensis episcopi apud Hagiographos Bollandianos tomo VII. Maii pag. 624. §. 14. ubi hæc leguntur: *visum est in somnio cuidam ex nostris, Sanctum Remigium de loco, ubi jacet post altare*, COLOBIO ALBO *indutum prodire*. Alterum est Gregorii Turonensis, qui in vitis Patrum cap. VII. §. 2. hæc narrat de Sancto Niceitio Lugdunensi Antifite, cum quo adhuc puer versatus fuerat: *oram vestimenti sui articulis arripiens, ita se COLOBIO concludebat, ut nunquam artus mei beata ejus membra contingerent*. Quotquot auctores hucusque laudavi, *Colobium* una voce *candidum*, aut *album* dixerunt. Hoc ipsum confirmat Hieronymus lib. I. contra Pelagium, sacras hujusmodi vestes criminantem: *quæ sunt rogo*, ait, *inimicitia contra Deum*, si TUNICAM *babuero mundiorem; si episcopus, presbyter, & diaconus, & reliquus ordo ecclesiasticus in administratione sacrificiorum, CANDIDA veste processerint?* Ex his apparet, sacrum *Colobium* semper album fuisse: quod de colobio communi & vulgari non legimus; deque *Dalmatica* multo minus: quam post alia indumenta sacerdotalia inventam memorat Bruno Astensis in libro de Sacramentis in Bibliotheca PP. tomo XX. pag. 1729. edit. Lugd. ejusque usum a summis Pontificibus nonnisi privilegio concessum sexto sæculo, docet Magnus Gregorius lib. VII. Epist. CXII. ad Aregium Vapincensem episcopum. Immo Hieronymus vestem *candidam* communiter induere, crimini vertit in epistola ad Nepotianum. Quare lapsus est Walafridus sic scribens capite XXIV. de Rebus ecclesiasticis: *primis temporibus, communi indumento vestiti, Missas agebant*. Hæc, a nobis fuscè explicata, pro *colobio* sacerdotali in epistola Sancti Pii, contra insignium Criticorum animadversiones, evincunt, episcopos a primis usque temporibus *colobium* sibi unis proprium, & a communi diversum, habuisse, cui nihil fuit cum

mona.

monachorum Orientalium colobio, sive *lebitonario*, ut appellatur in Vita Sancti Pachomii cap. xiv. in originibus Isidori lib. xix. cap. xxii. & apud Cangium in Glossario Græco. Hoc instar *facci linei* fuisse tradit noster Rufinus, in lib. ii. de Vitis Patrum cap. xii. Episcopali *colobio* superiorum *tunicam* successisse puto, quam induunt episcopi subter casulam, ut est apud Amalarium de Eccl. offic. cap. xxii. Rupertum lib. i. capite xxiii. aliosque. Pius noster epistolam ii. claudit, Justum hortando, ut inter persecutionum procellas forti animo religionem Christianam palam confiteatur: *unum*, ait, *te rogabo: in communiſione ſta, & mei ne obliſſcaris*. Hæc displicent Tillemontio ægre ferenti, Pium sine causa dubitare de fide & constantia Sancti Justi. Sed hæc censura tanto viro indigna est: quot enim orationes patæneticæ occurrunt, sanctissimis viris inscriptæ, ne flagellis & ærumnis a fidei confessione averterentur? Eiusmodi vere temporibus Justum vixisse, hucusque probatum est, & ex ipsa epistola id satis clare cognoscitur.

VI. Hactenus pro utriusque Epistolæ Sancti Pii veritate pugnavimus. Nunc superest, ut interpretationes illorum excutiamus, qui eadem pro genuinis ab se receptas, in Calvinianæ sectæ commodum trahere conantur, novitatem quærentes in visceribus vetustatis. David Blondellus, qui pridem, ut vidimus, imposturæ suspectas esse pronuntiaverat, sagaciter postmodum ab hac sententia recedens, utramque probavit, non solum in opere de Primatu, Genevæ excuso A. D. 1641. pag. 713. sed etiam in alio de Sibyllis, Charentonii edito A. D. 1649. lib. ii. cap. vi. vii. ix. pag. 160. 162. 169. Hæc Tillemontium fugerunt. Blondello enim contrariam sententiam affingit, perinde ac Pii Epistolæ cum iudicio Baronii, in suo eodem libro de Primatu recitata, exploffisset: quæ in re vir eruditus, ut multa scribentibus sæpe contigit, memoria lapsus est, volumen de *Primatu* cum *Pseudo-Isidoro* confundens. Idem Blondellus in Apologia, Amstelodami apud Blavios vulgata A. D. 1646. suam hæresim antiquissimis testibus, si Deo placet, roboraturus, Pii epistolis, tanquam veris, abutitur sect. ii. §. iv. pag. 18. Presbyterorum enim, & primæ Sedis prærogativam, in alios, jure electionis & suffragiorum, sub Pontifice Pio, transferri cæpisse nobis obtrudit; inde factum ratus ut ad Justum, Episcopum constitutum, & Roma Viennam paulo ante profectum, idem Pius hæc scriberet: *presbyteri & diaconi te observent*. Nequis autem presbyteros Episcopali gradu dejectos putaret ob unum, quem communia Ecclesiæ suffragia illis præposuissent, Blondellus comminiscitur, a Pio, more majorum, Apostolicos viros, quotquot antea dominicum gregem paverant, generali *presbyterorum* nomine nuncupatos: *presbyteri illi, qui, ab Apostolis educati, usque ad nos pervenerunt, cum quibus simul verbum fidei partiti sumus, a Domino vocati, in cubilibus æternis clausi tenentur*. Ita quidem Blondellus. Quia vero novatorum studia semper in unam metam collineare noscuntur, hæc commenta avidè arripuerunt Calvinianæ scho-

S. PIUS I.
LII. II. C. IV.

scholæ prima capita, Johannes Dallæus de scriptis Dionysii lib. II. cap. xxv. pag. 397. & Walo Messalinus, seu Claudius Salmastius, de Episcopis & presbyteris cap. IV. pag. 275. & in Apparatu de primatu Papæ pag. 60. Sed non ita est, viri superbi, ut putatis. Tantum abest, Pium vestræ causæ ulla in re suffragari, quam verissimum est, penitus eandem evertere. Hoc paucis & nullo negotio demonstro. Pius monet Justum, dum ei gratulatur Episcopatum, de munere diligenter implendo, ut ceteris inferioris gradus se præbeat exemplum; *carceres Sanctorum visita, ne aliquis sepefeat in fide. Martyria sancta Spiritu Sancto proba. Ut perseverent in fide, eis incitator existite. Presbyteri & diaconi, non ut majorem, sed ut ministrum Christi se observent. Plebs universa sanctitate tua protegatur.* Itaque Pius jubet, Episcopum ita se exerceri in operibus Christianæ pietatis, ut quanquam, ipsâ Episcopalis gradus prærogativâ, suorum caput existat, modestia tamen, inferioris ordinis viros æquare studeat, ex more scilicet doctrinæ Apostolicæ Sancti Pauli ad Timotheum. Apposite ergo Henricus Hammondus in Dissertatione V. pro Juribus Episcopatus cap. x. §. 5. pag. 286. Blondellianæ argumentationis levitatem irridens, Justum Episcopali charactere supra presbyteros efferi considerat, ut eum ipsi observare jubeantur; quæque a Pio de presbyterorum, eadem etiam de diaconorum observantia dici, adeo ut non solum presbyteros Episcopis, sed diaconos etiam presbyteris & Episcopis æquatos, ex Pii verbis concludi possit, ubi fatua illa Calviniana expositio admittatur; de utrisque enim loquitur Pius: PRESBYTERI & DIACONI, NON UT MAJOREM, sed ut MINISTRUM Christi se OBSERVENT: quibus verbis Pius respexit ad illud Domini apud Matthæum XXI. II. *qui major est vestrum, erit minister vester.* Et apud Lucam XXI. 26. *qui major est in vobis, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator,* ubi dici videtur præcessor qui in Ecclesia sublimiorem consequutus est gradum, ut Apostoli erant consequuti, & post eos Episcopi, inquit Hugo Grotius: nemo autem ad Christi exemplum vitam suam efformasse censendus est, qui non observantiam omnem, sibi, ut ministro Christi, non certe ut majori, præstari velit. Huc facit quod Wipertus scribit de Sancto Pontifice Leone IX. in Vita lib. I. cap. VI. *illud beati Papæ Gregorii dictum jugiter præ oculis mentis videtur habere: primus esse non audeat qui subesse non didicerit.* Cetera examinare pergamus. Presbyteros ab Apostolis educatos, de quorum dormitione loquitur Pius, Calviniani Episcopos fuisse garrunt. Vellem equidem addidissent, unde hoc colligerent; nam Pius secundi Ordinis sacros Ministros, non certe Collegas, aut Episcopos, sed presbyteros vocat: *salutant te Soter & Eleutherus, digni PRESBYTERI.* Sed Verum, Episcopum Viennensem adlectum, Collegam suum, non sane presbyterum vocat, Justumque ejusdem Veri loco a fratribus constitutum, & colobio Episcoporum vestitum agnoscit, electione scilicet, non ordine antiquitatis, Quare presbyteri ab Apostolis educati, suum

suam obierant, non sunt Ecclesiarum rectores, qui in varias mundi regiones profecti, dominicum gregem Episcopi paverunt, ut Blondellus & Salmasius comminiscuntur, sed sunt pauci illi *presbyteri*, tunc superstites, quos Romæ & non alibi, de facie noverat Justus, & cum quibus, sibi subjectis *verborum fidei*, se veluti summum Episcopum, *partitum fuisse* testatur Pius, qui quum de clero sui temporis loqueretur, distinctionem ordinum, & nominum accurate observavit, secus ac Sectarii nugantur: quod adnotavit etiam Pearsonius in Vindicis Ignatianis par. II. cap. xii. pag. 170. licet aureas hæc Epistolæ parvi fecerit, perperam sane, ut fatis probatum. Salmasium Pii epistolis abutentem, alia via refellit Petavius lib. 1. de Ecclesiastica Hierarchia cap. xii. §. xx1. & xx11.

VII. Ex his patet, Guillelmum Cave A. D. 158. in Pearsonii & Dodwellii sententiam temere ivisse, his de suo præterea superadditis contra easdem epistolas: *Communi fere doctorum consensu, tanquam spurias rejici: nec ipsum Bellarminum de Romano Pontifice lib. II. capite xv. qui ex iis testimonium citat, veluti indubitata fidei, defendere andere*. Somniat Caveus; nam Bellarminus de literis ad Justum Viennensem ibi non loquitur, sed de epistola decretali, Pium mentiente, *omnibus Ecclesiis* inscripta, non expectato heterodoxorum judicio, inter spurias merces a nobis ultro rejici, ingenue fatetur Cardinalis Bonus in Rebus Liturgicis lib. I. cap. II. §. I. ex ore Cardinalis Historici A. D. 865. §. IV. quibus addatur Bellarminus de Romano Pontifice lib. II. cap. XIV. tantosque triumviros nominasse, gratiam inire sit ab hostibus, qui crambem toties recoctam, nempe earundem epistolarum falsitatem, identidem nobis objiciunt. Non moror Caveum ubi Pii epistolæ fidem se imminuere arbitratur, propterea quod a veteribus memoratæ non fuerint: quot enim antiquissima monumenta, superiore sæculo emerferunt, quorum tamen nulla exstabat memoria? Neque sane opus fuit, binas epistolas, easque brevissimas, in Scriptorum Catalogos conjici, alias non passim vulgatas, quum Ecclesiam universalem nequaquam respicerent. Sanctus Pontifex Leo Magnus quot epistolas scripsit? Et tamen Gennadius in Catalogo cap. IXX. ceteris prætermisissis, unam memorat ad Flavianum contra Eutychem. Idem auctor capite LXIII. omnino reticuit celebrem epistolam Sancti Eucherii ad Hilarium Arelatensem *de Laude eremi*. Reticuit etiam cap. LXXIX. ejusdem Hilarii *expositionem Symboli*, ab Honorato Massiliensi laudatam in Vita ejus; nullamque omnino mentionem fecit *Eusebii, Silvii, & Domnoli*, illustrium Gallicanæ Ecclesiæ doctorum, qui *Scriptis meritis claruerunt*, teste eodem Honorato in Vita Hilarii. Post Caveum dormitavit etiam Tillemontius, ratus a Natali Alexandro sæculo I. cap. X. artic. VII. & ab Jo: Baptista Cotelerio in notis ad Patres Apostolicos pag. 42. edit. I. Epistolas Pii ad Justum Viennensem reprobari; neuter enim loquitur de alia epistola, quam de illa, omnium Criticorum calculis

S. Pius I.
Lett. II. C. IV.

culis commenticia, quæ omnibus ecclesiis directæ est. Haud absimili errore captus est Pagius A. D. 1655. IV. a Labbeo non magis utranque probari scribens, quam duas decretales, doctorum omnium consensu improbatas. Sed tantum abest, hoc Labbeo in mentem venisse, ut e contrario nostras pro sinceris & genuinis receperit. Etiam Claudius Castellanus in notis ad diem XIII. Januarii, a nemine, ait, in dubium vocari, quin epistola Pii ad Justum Viennensem, sint suppositicia. Hæc, toties dicta, ferri non possunt. Nunquid pro nemine habendi sunt tot viri doctissimi, qui easdem undequaque probarunt? Georgius Fabricius in epistola ad Jo: Haubitium, thesauri e bibliothecis vetustissimis eruti, loco habuit. Jo: Jacobus Grynæus in præfatione ad Monumenta Sanctorum Patrum orthodoxographa, Pii, inquit, Romani Episcopi duæ epistola ob oculos ponunt, velut in tabula, illustria exempla vigilantis Episcopi, liberalitatis erga Ecclesiam, & constantiæ in martyrio. Et paullo post: spirant autem ipsius Epistolæ singularem quandam erga Symmistas caritatem & curam de Ecclesia. Margarinus Bigneus, Cæsar Baronius, Jo: a Bosco, Severinus Binius, Petrus Pitheous, Jo: Savaro ad Sidonium lib. IV. epist. II. lib. IX. epist. III. & Papius Massonus de Episcopis Urbis lib. I. pag. 11. illas velut sinceras, uno ore laudaverunt. Henricus Spondanus A. D. 112. §. IV. plane aureas appellat: Josephus Vicecomes de Missæ ritibus lib. I. cap. VIII. & de Missæ Apparatu lib. III. cap. XXIV. Philippus Labbeus in Conciliis to. I. pag. 576. Jo: Bona, Franciscus Maria Florentinius in Martyrologio pag. 715. Dominicus & Carolus Macri in Hierolexico, Carolus Cangius in Glossario Latino, & Godefridus Henschenius die IV. Maii, earundem, utpote a sancto Pio scriptarum, sacram auctoritatem plurimi palam fecerunt; ne iterum memorem recentiores heterodoxos, Dallæum, Blondellum, Salmasium, & Hammondum, quorum hic utranque a se receptam contra presbyteriani dogmatis pravas interpretationes, catholice tuetur; ceteri vero utraq; itidem a se recepta, tanquam omni suspicione carente, ad suas impias sententias confirmandas, de more abutuntur. Profecto nihil non vetustissimum & vere Apostolicum in illis elucet: quod si luculentius adhuc ostendero, insigniores venerandæ antiquitatis characteres ex illis decerptos, ob oculos ponens, operæ precium me facturum existimo. Hi vero sunt.

1. Missas agimus.
2. Titulum domus suæ pauperibus assignavit.
3. Presbyteri ab Apostolis educati.
4. Cum quibus simul verbum fidei partiti sumus.
5. Cubilibus æternis clausi.
6. Sementem Evangelii sparseris.
7. Per bonum certamen transferunt.
8. Neque vinculis Mundi illigeris.
9. Palmam perseverabilem tenere.

10. Cui

10. *Cui Crux caritatem Christi tollere non potuit .*
11. *Collegam nostrum victorem de mundi principe triumphasse .*
12. *Colobio Episcoporum vestitus .*
13. *Ministerium , quod accepisti , in Domino impleas .*
14. *Cura sanctorum martyrum corpora .*
15. *Martyria sancta Spiritu Sancto proba .*
16. *Fratres nostri requiescunt in Domino .*
17. *Titulum condidit .*
18. *Senatus pauper Christi .*
19. *Plebs uniuersa .*
20. *Collegium fratrum .*
21. *In communione sta .*
22. *Digne in Domino obiit .*

Et vero *Collegæ , fratres , plebs ,* & reliqua christiana & ecclesiastica nomina , passim occurrunt in genuinis epistolis Ignatii & Cypriani ; eadem etiam aliquando structura verborum , ac in epistolis Sancti Pii . Quod Pius iubet de *curandis martyrum corporibus* , omnino consonat epistolæ viii. alias iii. Sancti Cypriani , & illi , quam Ecclesia Smyrnenfis scripsit de martyrio Polycarpi apud Ruinartum pag. 34. Quod demum significat *Pius* , reuelatum sibi fuisse , citius se diem obiturum , simile est exemplo Polycarpi , de quo scribit Ecclesia Smyrnenfis pag. 30. *Signum ante triduum , quam comprehenderetur , reuelationis accepit* . Sic etiam Cyprianus epist. xi. alias viii. & xvi. alias x. & in libro de Mortalitate , reuelationes sibi a Domino ostensas amicis patefecit . Hæc fusius persequi oportuit , ut omnes suspicionum nebulas ab integerrimis epistolis emoliremur .

Opera Sancti Pii .

I.

Sincera .

Epistolæ ii. ad Iustum Viennensem .

ii.

Suppositicia .

Epistolæ decretales ii.

HISTORIÆ LITERARIÆ AQUILEJENSIS LIBER TERTIUS.

Fortunatianus Aquilejensis Episcopus.

CAPUT I.

1. *Fortunatianus, origine Afer, in Sede Aquilejensi Benedicto succedit contra Valentem Mursensem Episcopum . II. Origo Canonis I. & II. Concilii Sardicensis . III. Sanctus Athanasius Aquileje eum Fortunatiano alloquitur Constantem Augustum . In templo noviter ibidem extructo Synaxim habet, indeque Romam petit . IV. Fortunatianus ab Arianis deceptus, communionem Athanasii in Mediolanensi Concilio damnavit . V. Locus Sancti Hilarii explicatus . VI. Casus Fortunatiani excusatur .*



ENIO ad scriptores, quos ultra Constantini Magni tempora vitam suam extendisse cognoscimus. His *Fortunatianus* Aquilejensis Antistes adnumeratur, vir in Ecclesia magni nominis. Ad patriam, quod attinet, *natione Afer* dicitur a Hieronymo in Catalogo cap. xcvii. scilicet non ortu, sed origine *Africanus*; quid enim vetat ex remota etiam Africa homines aliquando translatos in urbem, tunc *Italorum emporium opulentum*, uti eam vocat Julianus

Imperator in Oratione II. de Constantio? Id ex veteribus monumentis assequutus Andreas Dandulus in Chronico Venetorum MS. de *Fortunatiano* hæc prodidit lib. I. cap. XII. Par. I. *bie ex Africanis ortus parentibus, & in Foro-Julii ætate & scientia proventus*. Hoc Dandulus videtur hausisse ex Anonymi antiquioris Chronico Veneto MS. olim adservato in Bibliotheca Trivisana, ubi *Fortunatianus* vocatur *natione Foro-Julii*. Quare non ortu, vel domo, sed *natione*, hoc est origine, *Afer* dicitur a Hieronymo, & etiam a Sophronio ejus metaphraste *γιν Αφεσ*, *progenie Afer*. Certe nomen ipsum in Africa frequens fuit. *Fortunatianus*, *Cirtensis*, *Siacensis*, & *Tagastensis* Episcopi præter alios occurrunt apud Sanctum Augustinum in Collat. I. Carthaginensi cap. 65. Multi præterea apud Victorem Vitensem in libro de Persecutione Vandalica.

Alius

Alius pater Sanctæ Victoriæ sub Anulino Procol. in Actis a Balutio vulgatis Miscell. to. II. pag. 70. Hunc Onuphrius Panvinus in Commentario ad Fastos libro pag. 265. improvide miscuit cum Chyrio Fortunatiano, cujus scripta existant inter Rethores Pithœi pag. 38. Dandulus nonum a Sancto Marco, Aquilejæ Episcopum computat, *decimum* Ughellus, *duodecimum* Candidus, *decimnumtertium* Henricus Palladius, & de composito omnes *Fortunatum* mendose appellant: quo nomine Hieronymo Rubeo Baronius succenset A.D. 337. §. lxxiii. Et merito quidem certe; nam in Concilio Sardicensi idem antistes *Fortunatianum* semel iterumque se scribit, & ab Athanasio in Apologia ad Constantium Augustum *Fortunatianus* semper vocatur, qui profecto Athanasius verum ejus nomen optime calluit, quippe qui cum vidit in Concilio Sardicensi, & cum eodem Aquilejæ, ut infra ostendam, aliquando moratus est. Neque apud nostros Aquilejenses alius *Fortunatianus*, *Fortunatus*, aut *Fortunatus* unquam exstitit præter hunc unum, contra quam scripsit Georgius Fabricius in Notis ad Poetas Christianos pag. 57. ratus, a Venantio dici *Fortunatum propter versum, qui vero nomine Fortunatianus Episcopus & Martyr Aquilejensis cum Felice fratre a Diocletiano capite truncari jussi*: ubi vir eruditus insigniter lapsus est. *Fortunatus* enim martyr domo Vicetinus, licet Aquilejæ passus, non *Fortunatianus*, neque Episcopus Aquilejensis putandus erat. Vide acta, quæ Hagiologi Bollandiani ediderunt tomo II. Junii pag. 460. Ut vero examen numeri Episcoporum, qui *Fortunatiano* præverunt, alio rejiciam, certum est, neque *Agapito*, nec *Quirino* eum successisse; utraque enim sententia, licet omnino falsa, sponsoribus suis minime caret. Benedicto Fortunatiano successorem datum jure memorat Dandulus. Hoc videtur contigisse A.D. 343. In emendatioribus enim Danduli exemplaribus Benedictus adsumptus A. D. 322. sedem suam annos xx. implevisse dicitur. Quare A. D. 343. non 344. ut putavit Tillemontius tomò VI. pag. 330. eam Fortunatiano implendam reliquit. Id factum apparet occasione, qua Patres Sardicenses Julio I. Pontifici exposuerunt apud Labbeum tomo II. pag. 651. Valentem Murfensem, in Pannonia inferiori Episcopum Ariannum, propriam Ecclesiam deserere molitum, aliam præstantiorem, nempe Aquilejensem, invadere tentasse; unde magnam seditionem in eadem urbe excitavit, in qua *Victor* quidam Episcopus quum tumultum effugere non posset, populi multitudine obrutus triduo post exspiravit. Dabo verba epistolæ Sardicensis ad Julium Pontificem: *quid autem de impiis & imperitis adolescentibus, Ursacio & Valente statutum sit, accipe, Beatissime frater. Quia manifestum est, eos non cessare adulterina doctrina lethalia semina spargere; & quod Valens relicta Ecclesia, aliam invadere voluisset; eo tempore, quo seditionem commovit, unus ex fratribus nostris, qui fugere non potuit, Victor obrutus & conculcatus in eadem Aquilejensi Civitate die tertia defecit. Causam itaque mortis præbuit Valens, qui perturbavit, qui sollicitavit.* Nec unum Concilium

FORTUNA-
TIANUS.
LIB. II. CAP. I.

lium Sardicenfē in hac epiftoła, vocavit Urfacium & Valentem *impios & imperitos adolefcētes*; nam *atate ac moribus juniores* dixit etiam Concilium Alexandrinum apud Athanafium to. I. Operum pag. 135. editionis novæ; itemque *impios & imperitos adolefcētes* Hilarius ad Conftantium Auguftum Operum pag. 1221. editionis pariter novæ. Utrunque ab Ario hæreticis dogmatibus imbutum teftatur Athanafius in epiftoła ad Epifcopos Libyæ eodem to. I. pag. 277.

- II. Hinc, perinde ac ceteros Epifcopos Arianos, Valentem a Mufa, qui poft Urfacium Singidunenſem primus in Concilio Sardicenfī proſcribitur, ejuſdem Concilii *juſta ſententia degradavit*, duas ob cauſas: I. Quod labe hæretica eſſet infectus. II. Quod præter ſacrorum canonum ſtatuta, propriam Eccleſiam deferere, & *Aquilejenſem* occupare tentaret. Quum vero Nicæna Synodus in tranſeuntibus ex una in aliam Eccleſiam, mitius quodammodo videretur egiffe, in canone xv. *factum proſus irritum* duntaxat declarando; ex hoc Valentis crimine occaſionem ortam fuiſſe puto eandem legem inſtaurandi in canone I. & II. Concilii Sardicenfis: quod quidem pœna ea ſancitum eſt, ut laicam communionem etiam in fine vitæ ejuſmodi Epifcopis Concilium denegari mandaverit: *manifeſta eſt enim cauſa*, inquit ibi magnus Oſius Cordubeniſis, *quia hoc facere tentant, quum nullus in hac re inventus ſit epifcopus, qui de majore Civitate ad minorem tranſierit; unde apparet avaritia eos ardore inflammari, & ambitioni ſervire*. Et quia Valens in ſui excuſationem fortalle attulit, ſe ad Aquilejenſes inſulas invitatum, ſubjungit Oſius in canone II. *Etiamsi talis aliquis exiſterit temerarius, ut forſitan excuſationem afferat, quod populi literas acceperit; quum maniſeſtum ſit, præmio & mercede paucos, qui ſinceram fidem non habent, potuiſſe corrumpi, ut clamarent in Eccleſia, & ipſum petere viderentur epifcopum; omnino has fraudes damnandas eſſe arbitror, ita ut nec laicam communionem in fine vitæ accipiat talis*. Hujus communionis laica notionem vide apud Cangium in Gloſſario. Ad etiam Fridericum Lindenbrogium in Gloſſario ad Codicem Legum antiquarum pag. 1380. col. 1. Epifcoporum ad alias ſedes translationem ex ambitu vel avaritia poſtea damnavit etiam Leo Magnus epif. XII. alias LXXXIV. cap. VIII. ad Anaſtaſium Theſſalonienſem: ejuſque decretum confirmavit Concilium Chalcedonenſe can. v. jubens, *de his qui tranſmigrant de civitate in civitatem, Epifcopis, aut Clericis, Canones, qui de hac re a Sanctis Patribus ſtatuti ſunt, habeant propriam firmitatem*. Hanc noſtram obſervationem de origine primi & ſecundi canonis Sardicenfis firmare videtur ejus epiftoła Synodalis ad Julium Pontificem, in qua Sanctiſſimi Patres in Concilio ſe quatuor pertractaſſe ſignificant: I. Res de fide, & de integritate veritatis: II. De perſonis inique damnatis, nempe de Athanaſio: III. De vexatis & in exiliſium pulſis epifcopis: IV. Demum de Urfacio Singidunenſi, & de Valentis crimine, cujus magnitudinem eidem Pontifici Julio ob oculos ponunt. Fortunatianus ergo paullo ante Concilium Sardicenfē in Epifcopum Aquilejenſem

jensem adlectus prælatuſque fuit Valenti. Nos enim ante ſæculum vi. titulo *Patriarchæ* abſtinebimus, quem ſemper a noſtris metropolitibus uſurpatum cenſet Palladius uterque, & etiam Claudius Salmaſius in Euchariftico pag. 481. quibus tamen in hac ſententia prævocat ſæculo xi. Dominicus Patriarcha Gradenſis in epiſtola ad Petrum Antiochenum apud Jo: Baptiſtam Cotelarium in Eccleſiæ Græcæ Monumentis tomo II. pag. 109. Quod legitur apud Hieronymum in Catalogo cap. xcvi. editionum Eraſmi, Mariani Victorii, Suffridi Petri, & Auberti Miræi, necdum apud Sixtum Senenſem in Bibliotheca lib. IV. litera F. Fortunatianum ſcripiſſe imperante *Constantino*, & ſecundum Græcum Hieronymi metaphraſtem βασιλόυτου Κωνſταντίνου, nempe *juniore*, qui obiit A.D. 340. id mendum eſt pro *Constantio*: quod nomen proſtat in vetuſtiſſimo codice Vaticano, mille & amplius ab hinc annis ſcripto, & in alio undecimi ſæculi in Cœnobio Sanctæ Crucis in Hieruſalem. Hanc ſententiam non improbat Andreas Dandulus lib. I. cap. xii. par. I. & tutatur Ado in Chronico, Ætate vi. A. D. 361. Freculphus item tomo II. lib. IV. cap. viII. qui omnes ſuorum temporum Hieronymianos codices exſcripſerunt. Quare poſt Honorium Auguſtodunenſem in Luminariis Eccleſiæ cap. xcviII. ubi non *Fortunatianus*, ſed *Fortunatius* corrupte vocatur in editione Suffridi, Magdeburgenſes Centuria IV. cap. x. & Antonius Poſſevinus in Apparatu, eum ſub *Constantino* vixiſſe perperam tradiderunt. Porro in Valentis molitiones, & Victoris Epicoſpi cladem inde ortam, pœnis canonicis ſtatim animadverſum fuiſſe credibile eſt: quod tamen ante Concilium Sardicenſe factum neutiquam legimus; unde Fortunatianus & ipſe in æmulum ſuum Valentem ſententiam tulit cum ceteris Patribus, qui cxxx. plus minus interfuert, ut narrat Sanctus Athanaſius in Hiſtoria Arianorum ad Monachos, ſive, ut vulgo appellatur, *Epiſtola ad Solitarios* pag. 352. editionis novæ num. xv. & pluſquam trecenti ſubſcripſerunt, ut ait in Apologia contra Arianos pag. 123. num. I. Ad eundem porro Athanaſium Urfacius & Valens per Muſæum ſeu Moyſem preſbyterum ex urbe Aquileja literas dederunt, illius communionem ſimulate affectantes. Eas recitat Hilarius Fragmento II. pag. 1298. & Sozomenus lib. III. cap. ultimo.

III. Peracta Synodo, in qua Hæreſis damnata, abſolutuſque Athanaſius, Fortunatianus noſter Aquilejam rediit; eoque etiam Athanaſius A. D. 349. profectus eſt, quem biennio ibi permaniſſe cenſet Godefridus Hermannus in Vita lib. v. cap. viII. illuc ſcilicet properavit literis a Conſtante Imperatore acceptis. Henricus Palladius lib. IX. pag. 142. abſoluto Concilio Sardiceniſi, mox Athanaſium cum Fortunatiano Aquilejam ſeceſſiſſe arbitratur, quod adhuc Arianorum inſidias formidaret. Sed abſoluto Concilio, ivit Naiſum, urbem Daciæ ſuperioris, non Aquilejam. Hoc ipſe teſtatur in Apologia ad Conſtantium pag. 298. num. IV. deinde poſt biennium, Aquilejam venit, a Conſtancio evocatus. Ipſummet Athanaſium hujus rei teſtem audiamus: *poſt peractam*

vero Synodum literas mihi tum Naïffo degenti misit Constantius, atque hinc profectus, Aquilejæ postea commoratus sum, ubi reddita mihi sunt tua pietatis literæ. Nondum tamen Aquilejam Athanasius contenderat, quum Urfacius & Valens, ibi degentes, eodem anno 349. literis ad eum missis, quæ prostant apud Hilarium pag. 1297. ejus communionem flagitarunt. Aquilejæ, comite Fortunatiano, Constantem Augustum, Constantii fratrem, alloquutus est Athanasius, ut in eadem Apologia pag. 297. num. 111. his verbis narrat: quod si ne illa quidem, quæ adversum vos, Imperatores, clam proferuntur, celari queunt, annon incredibile erit, præsentem Imperatore, tantoque adhaute cætu, me adversum te verba fecisse? Nunquam enim Fratrem tuum solum vidi, nec me ille unquam solum est alloquutus, sed semper comite Episcopo Urbis, in qua tunc degebam, aliiisque, qui tum forte aderant, ipsum adii: iis, inquam, comitibus accessi, iis comitibus recessi. Hujusce rei testis est Fortunatianus Aquilejæ Episcopus; hoc ipsum potest patris Osi testimonio confirmari. Hactenus Athanasius, qui ibidem loci Ecclesiasticis conventibus operam navans, in templo, quod tunc excitabatur, collectam haberi confexit, præsentem etiam Constante Augusto: quod narrat in eadem Apologia pag. 304. diluens Arianorum calumniam in se constatam, quod in magna Ecclesia Synaxim habuisset, nondum completo ædificio: rem, inquit, similem Treviris & Aquilejæ factam vidi, ubi item ob populorum frequentiam, dum Tempa exstruerentur, in illis nihilominus conventus agebantur, nullusque tamen exstitit, qui factum hujusmodi in crimen vocaret. Quin etiam beata vir memoria frater tuus hujusmodi conventu Aquilejæ cum aliis interfuit. Id ipsum me egisse fateor, ita tamen, ut non dedicatio, sed Synaxis ad orandum celebrata sit. Athanasius acceptis deinde Constantii literis, a Sozomeno lib. 111. cap. xx. & a Theodorito lib. II. cap. x1. memoratis, atque a Socrate lib. II. xx111. adductis, quibus eum hortabatur, ut ad Ecclesiam suam Alexandrinam remearet, Aquileja Romam properavit, unde postea in Germaniam, & secundo Istri flumine Hadrianopolim profectus est, ut in Vita, Athanasianis operibus præfixa pag. 45. num. v. colligit ejus clarissimus auctor Bernardus de Monte falconis, quem pro veteri amicitia, proque ejus egregia eruditione, honoris causa nomino.

IV. Hæc interim Constantius bello Magnentiano defunctus post diem x. Octobris A. D. 353. Arelate morabatur, quum Liberius Julio suffectus eo misit Vincentium Capuanum & Marcellum in Campania Episcopos, ut Synodum Aquilejæ cogi impetrarent, de quo antea inter eum & Imperatorem conductum fuerat. Id narrat Liberius in Epistola ad Cæcilianum Episcopum Spoletinum apud Hilarium pag. 1334. *multi, ait, ex Italia Episcopi convenerunt, qui mecum gloriosissimum Imperatorem Constantium fuerunt deprecati, ut juberet, sicut ipsi placuerat dudum, Concilium ad Aquilejam congregari.* Sed contra res cessit, nam Constantius, Arianis auctoribus, terrore omnia & formidine complens, exsilium

exilium interminatur episcopis, ni Athanasium proscribant, teste Sulpicio Severo in Historia Sacra lib. II. cap. LIV. Ubi vero prius de Fide tractari, frustra Legati petiissent, quam de damnatione Athanasii, tandem hunc se damnaturos polliciti sunt dummodo & Orientales Arianum dogma damnasent; quod se acturos negantibus Arianis, quum Legati Pontificis nec Concilium Aquilejæ, nec Arii damnationem obtinere valuissent, minis & contumeliis victi, in Athanasium sententiam scripserunt. Guilelmus Cave in Historia literaria inter eos, quos Arelate insidiæ & strophæ Arianorum a Catholicis partibus abstraxerunt, etiam Fortunatianum enumerat, quem Ludovicus Maimburgus in Historia Arianismi lib. IV. pag. 317. edit. 1673. id egisse comminiscitur exemplo Saturnini Arelatensis, ut gratiam Imperatoris aucuparetur. Antonius Godeau in Historia Ecclesiastica lib. IV. pag. 652. ait, eum non solum in Athanasium subscripsisse, sed ulterius progressum, cum defensione innocentis, fidem quoque deseruisse. Sed hæc a vero longissime abfunt; nam Fortunatianus subscriptio contra Athanasium, contigit post Concilium Arelatense, immo post A. D. 354. ex Baronio A. D. 353. §. XVII. Idque vel inde firmatur, quod Liberius in literis ad Eusebium Vercellensem scriptis, ut Concilium, quo Athanasii causa tractaretur, saltem Mediolani celebrari impetraret, hæc de Fortunatiano in Baronianis Annalibus A. D. 354. §. VII. significavit: *etiam ad fratrem & Coepiscopum nostrum Fortunatianum, quem sciebam neque personas hominum vereri, & futura magis præmia cogitare, literas erogavi, ut & ipse pro sinceritate peccatoris, & pro fide, quam se scit etiam cum discrimine vitæ presentis custodisse, etiam nunc vobiscum dignaretur excubare: quem quidem scio pro sanctitate peccatoris sui indubitanter & consilio suo prudentiam vestram firmare: & si ita vobis placuerit, presentiam suam in nullo dilectioni vestræ negare.* Ex his Liberii verbis videmus, Fortunatianum A. D. 354. egregiam operam adhuc navantem pro causa fidei etiam cum discrimine vitæ, quemadmodum egerat in Conciliabulo Arelatensi, ubi illum inter ejectos, & male habitos ab Arianis fuisse vel hinc palam colligitur. Quare casus Fortunatianus vere contigit in Concilio Mediolanensi A. D. 355. præsentem Arianorum patrono Constantio. Isthic enim cætu Episcoporum ab Arianis ex Ecclesia in prætorium translato, hostes Athanasii, duce Augusto, fraudibus & contumeliis causam agentes, multos in confessione veræ fidei clarissimos viros crudeli exilio damnarunt; quos inter Dionysius Mediolanensis, Eusebius Vercellensis, & Lucifer Sardinie Metropolitæ immortalem sibi nominis gloriam pepererunt. Ex his autem, qui tempestatis furori sustinendo impares, innocentiam Athanasii deseruerunt, ab ejus se communione separaturos scripto polliciti, duo alii magni nominis Metropolitæ inventi sunt, Fortunatianus Aquilejensis, & Heremius Thessalonicensis. Noster, quem antea summis laudibus ornarat Liberius, ut dictum est, aliquanto resistit, ne succumberet, & veritatem Catholicam honoravit, priusquam Arianorum iniquitati assensum

FORTUNATI-
NIUS .
LIB. III. CAP. I.

sentium præstaret . Locupletior testis ipso Athanasio afferri non potest ; qui *Fortunatianum* non nisi maximis injuriis oppressum cessisse narrat , quas forte pertulit auctore Valente Murfensi , antiquo ejus æmulo in Aquilejensi Episcopatu , sine ejus nutu Constantius nihil agebat , *obnoxius quidem omnibus , sed præcipue Valenti deditus* , inquit Sulpicius Severus in Historia Sacra lib. II. cap. LIII. Valens enim & Ursacius quidem in hæresim relapsi , *principes mali istius habebantur ex eodem Sulpicio* .

V. In fragmentis Hilarianis pag. 1327. exstat brevis epistola Liberii ante exsilium ad orientales episcopos , in qua suam iis communionem impertit , Athanasio negat . Eam sub Liberii nomine ab Arianis confictam censuit Baronius A. D. 352. §. xvii. ejusque sententiam aliis exemplis firmant Monachi Sancti Mauri in notis pag. 1328. Nunquam enim ante exsilium Liberius Athanasium damnavit ; immo quia id facere detrectaverat , exulare coactus est . Quam vero subsequatur brevis appendix , tanquam ab Hilario conscripta , a quo laudari videtur Epistola , ab omnibus merito proscribenda , quod utique vir Sanctus , nec alius quisvis Catholicus unquam fecisset ; hinc Hermannus in notis ad cap. xxv. libri vi. Vitæ Athanasii num. III. eam appendicem , quam Arianis , epistolæ auctoribus , tribuit Baronius , non ad proximam illam epistolam refert , sed ad aliam per Sardicenses Patres ad Constantium , quam Hilarius in postrema clausula Fragmenti II. pag. 1306. scriptam significavit . Huic sententiæ adversantes editionis Hilarii doctissimi auctores , eas laudes meram esse ironiam arbitratur , propterea quod nulla ejusmodi appendix in fragmentis Hilarianis , etsi confusis & perturbatis , a proprio loco divulgata reperiatur . Mihi vero hinc inde libratis illustrium virorum momentis , liceat quoque propriam sententiam interponere . Hoc , ut aptius efficiam , prius dabo verba appendicis : *Quid in bis literis non sanctitatis , quid non ex metu Dei eveniens est ? Sed Potamius & Epictetus dum damnavere Urbis Romæ episcopum gaudent , sicut in Ariminensi Synodo continetur , audire hæc noluerunt . Quinetiam Fortunatianus Episcopus epistolam eandem rursus diversis Episcopis mittens , nihil profecit . Quis non videt , ironiæ nullum heic locum superesse , ubi unus idemque sermo continuus apparet , qui cadere neutiquam potest in præfixam epistolam , in qua Liberius ait , *Athanasium alienum esse a communione Ecclesiæ Romanæ* ? At cur , quæso , Potamius Ulyssiponenis , & Epictetus Centumcellensis Episcopi *audire hæc noluerunt* , impij Ariani , Athanasique acerrimi hostes ; qui nihil magis optabant , quam ut ejus communionem Liberius damnaret ? Fortunatianus vero cur episcopis *occidentibus* hanc epistolam , ad *orientales* scriptam , direxit ? Hilarius , si appendix auctor dicendus est , de literis ab hisce diversis procul dubio heic loquitur . Cur non fortasse de Sardicensibus , quæ perierunt ? Has enim Fortunatianus *diversis episcopis* recte misisse dicitur , quanquam *nihil profecit* , non quod apud illos Sardicenses Concilium ,*

cilium, iudice Hermanno, parum valeret, sed quod ab Athanasii communione, salva fide Catholica, se abstinere posse opinarentur. Falsum est ergo, Epictetum & Potamium, superioris epistolæ fortasse mango-
nes, Fortunatiano auctores fuisse, ut eandem epistolam diversis episcopis miserit, ut eos ab Athanasii communione retraheret: quod visum illustratoribus Sancti Hilarii. Si enim hoc procederet, is dici non posset in Concilio Mediolanensi coactus ad subscribendum contra Athanasium, a quo jam pridem descivisset. Immo ex ipso fide etiam dicendi modo constat, Hilarium, si appendicem scripsit, serio, non ironice de Fortunatiano loquutum, *nibileum profecisse* caussatus mittendo eas literas *diversis episcopis*; Epictetum & Potamium eas audire noluisse, quanvis nihil non *Sanctitatis & ex metu Dei eveniens* continerent. Fragmenta vero Hilariana, loco mota, salebrosa, obscura, & sine ordine esse, Hermannus etiam non diffidet in notis ad Vitam Athanasii lib. vi. cap. xxv. num. ii. Siquidem isthæc epistola Liberii inserta est, ubi Sardicensis ad Constantium inferenda erat, quemadmodum ex iis, quæ præcedunt, manifesto consequitur. Eodem pacto mox pag. 1329. loco epistolæ Concilii Ægypti ad Liberium, quam promittit Hilarius, exstat Liberii epistola ad Constantium. Verissimum ergo est quod ait Hermannus lib. vi. cap. vi. & Tillemontius tomo vi. Artic. 21. pag. 364. Fortunatianum, antequam laberetur, epistolam misisse ad varios episcopos, puta Concilii Arelatenfis: qua tamen *nihil profecit*, non quod Arianismus in eorum cordibus perterrefactis dominaretur, sed quod sibi fatius esse ducerent, Athanasii communionem damnare, dummodo nihil detraherent Concilio Sardicensi, quod Arianos damnaverat.

VI. Hæc gessit Fortunatianus Aquilejensis episcopus ante A. D. 356. propter quæ, ut Arianus & trausfuga traduci non potest: a Fide enim Catholica omnino eum defecisse hætenus minime constat; sed tantum Athanasii innocentiam condemnasse. Hac in re etsi gravissimi criminis reus jure & merito agitur, quia causa Athanasii conjungebatur cum causa Fidei; nihilominus veritatis orthodoxæ proditor dici nequit, si eidem Athanasio credimus. Sane postquam Constantius Liberium, nec muneribus, nec terroribus fractum, in Thraciam exsulem miserat, ut auctor est Theodoritus lib. ii. cap. xiii. ipsemet Athanasius, ad cujus aures hæc convolarant, ex eremo ad Austugum iter instituens, in Apologia, quam ad illum scripsit A. D. 356. pag. 69. num. xxiv. *rumor, inquit, undique pervagabatur, Liberium Romanum episcopum, magnumque illum Osium in Hispaniis episcopum, Paulinum Galliarum, Dionysium quoque & Eusebium Italia, Luciferum Sardinia, & alios quosdam Episcopos, presbyteros, & diaconos, quod adversus nos subscribere renuissent, in exsilium missos. Vincentium vero Capuanum, FORTUNATIANUM Aquilejensem, Heremium Thessalonicensem; omnesque occidentales episcopos vi non minima, immo maxima violentia, gravibusque injuriis adfectos esse, donec pollicerentur, se impostum nobis-*

FORTUNATIANUS.
LIB. III. C. II.

nobiscum non communicaturos. Hos omnes apud Athanasium non tempus sed causa una conjunxit. Viden, casum Fortunatiani ab Athanasio excusari, tantum abesse, ut fidem Nicœnam deseruisse creditus fuerit? Huc facit testimonium Rufini, rerum orientalis æque ac occidentalis Ecclesiæ periti, itemque auctoris æqualis, qui lib. I. cap. XIX. & XX. Historiæ Ecclesiasticæ, quam Chromatio, Fortunatiani post Valerianum successori, nuncupavit, ait, Constantium in Concilio Arelatenſi per deceptionem episcopos traxisse in consensum Arianae perfidiæ, Athanasii prius condemnatione præmissa, velut obicis validissimi objectione sublata. Hoc etiam in Concilio Mediolanenſi accidisse testatur, in quo plures decepti, dolum in negotio esse proclamantibus, in exsilium missis, ceteris vel ignorantibus, vel non credentibus fraudem. At neque Hieronymus, qui in Catalogo cap. XCVI. Fortunatianum primus omnium detestabilem haberi dixit, ideo illi hanc labem inurit, quod pollicitus fuerit, se cum Athanasio non communicaturum; sed quod Liberium ad subscriptionem hæreseos compulerit: quod crimen si vere constet, quin Fortunatianus cum Arianis sit numerandus negari non potest. Hoc debet a nobis paullo accuratius expendi.

CAPUT II.

I. Liberius exsilii pertasus, primæ formulæ Fidei Sirmienſis subscribit: II. In Arianas partes non transit. III. Fortunatianus eum ad hæresim subscribendam minime compulſit. IV. Nec labe Ariana suam Ecclesiam infecit. V. Quæ scripsit, & quando obiit.

Liberius A. D. 355. crudelis exsilii pœna a Constantio damnatus, Beroeæ in Thracia misere elanguit usque ad mensem Maii A. D. 357. quo tempore matronis Romanis eum deprecantibus, teste Sozomeno lib. IV. cap. X. & Theodorito lib. II. cap. XV. annuit Augustus, quamquam potestas Romam redeundi ei minime facta est, priusquam Athanasii communionem execratus, formulæ Fidei Sirmienſis ab Ariana- rum partium, Demophilo Beroeæ, ubi exsulabat, episcopo, sibi oblatæ, subscripsisset. Hinc Liberius, qui terrori & minis Constantii forti invitoque animo pridem restiterat, quam tædium exsilii diutius ferre non posset, mœrore confectus, & desiderio visendæ Urbis graviter tactus, hostium strophis vinci se passus est, teste ejus epistola ad orientales apud Hilarium pag. 1335. quam tunc a Liberio conscriptam ostendit Petrus de Marca in opusculis a Baluzio vulgatis pag. 164. De hoc fufe agit Baronius A. D. 357. §. XLII. & Hermannus in Vita Athanasii lib. VIII. cap. V. Tres formulæ Fidei diversis temporibus Sirmii prodierunt, de quibus post Baronium anno eodem §. XLV. consulantur Dionysius Petavius in Dissertatione de Photino cap. II. & Natalis Alexander Sæculo IV. Historiæ Ecclesiasticæ cap. III. Artic. IV. §. XVIIII.

Primo

Prima formula A. D. 351. contra Photinum vulgata , damnat eos qui dicunt , Filium de non exstantibus , aut ex altera hypostasi esse : vel fuisse tempus , aut saculum quando non erat . Nulla in hac mentio fit substantiæ .

Secunda , Ofii nomine A. D. 357. expressa , Patrem Filio majorem faciens , vetabat feri mentionem substantiæ , similis , & consubstantialis , proptereaquod nusquam in scripturis legerentur .

Tertia demum A. D. 359. dictata , vocabulo substantiæ interdicat , sed filium Patri similem proficitur .

Hinc nostro ævo inter eruditos magna quæstio excitata est , cuinam ex his tribus formulis Sirmiensibus Liberius subscripserit . Blondellus de Primatu pag. 480. 484. secundam formulam Liberium acceptasse contendit . Petavius ad Epiphanium Hæresi LXXIII. in secundam & ipse propendet , ita tamen , ut eam dumtaxat partem , qua *homousion* , & *homoeousion* reticendum esse decernitur , pacis & quietis studio Liberius suscepisse dicatur : cui postea formulæ reliqua Ariani intexuerint , ut Romani Pontificis nomine & auctoritate suam perfidiam venditarent . *Tertiam* a Liberio acceptatam opinatur Henricus Valesius in notis ad Sozomenum lib. IV. cap. XIV. Sed viri sacrarum antiquitatum periti , gravius momentis innixi , velut agmine facto , in unum coeuntes primam tuerentur , Baronius A. D. 357. §. XIV. Arnaldus Pontacus ad Chronicon Eusebii pag. 726. Hermannus in notis ad Vitam Athanasii lib. V. Natalis Alexander sæculo IV. Dissertat. XXXI. Artic. I. Adstipulantur Christianus Lupus in scholiis ad Concilia to. V. pag. 228. Josephus Cardinalis Aguirrius in Defensione Cathedralis Sancti Petri tract. II. Disput. XXXVII. pag. 394. Monachi Sancti Mauri in notis ad S. Hilarium pag. 1336. & Tillemontius tomo VI. nota LV. ad Historiam Ariano- rum . Hi omnes uno ore Liberium primæ formulæ Sirmiensis subscripsisse arbitrantur , qua *consubstantialis* Fides tantum supprimebatur , non damnabatur . Hanc formulam ambiguum , & a dolo minime vacuam , in sensum orthodoxum trahi potuisse non unus in sui lapsus purgationem apud Theodoritum lib. II. cap. XXII. dixit Liberius , sed etiam Hilarium in libro de Synodis pag. 1177. licet postea in fragmentis pag. 1337. eam non *Fidem* , sed *perfidiam* appellavit . Quare Liberius dolosam & ambidextram Sirmiensis formulam amplexatus , fide interiori Catholicus mansit , communionem vel potius rumore publico hæreticus , nempe subscripsit hæresi *interpretative* , non expresse , ut phrasi utar Scholasticorum . Hoc utique erat , hæreticum quodammodo videri : hæreticis enim communicans , & ab eis Catholico etiam intellectu credendi legem accipiens , quam tamen ipsi suo , idest malo sensu , tuebantur , eorundem partes communire videbatur .

II. Confessio ergo a Liberio edita Sirmii , quo ex Berooensi urbe Constantius eum advocaverat , Filium per omnia Patri *homousion* , & *homoeousion* , idest *consubstantialem* , *similemque* , nequaquam negabat ,

FORTUNA-
TIANUS.
LIB. III. C. II.

sed reticebat. Hinc fraus Arianorum in Oriente vulgavit, a Liberio *consubstantialis similisque* vocabula, quæ tantum reticuerat, fuisse damnata, Filiumque Patri *dissimilem* pronunciatum. Hoc scribit Sozomeneus lib. iv. cap. xv. Rumorem ejusmodi suspectum habuit Rufinus, qui duos libros Ecclesiasticæ Historiæ testatur se conscripisse, *partim ex majorum traditionibus, partim ex his, quæ vestra jam memoria comprehenderit*; nam lib. I. cap. xxvii. ait, sibi non constare, an Liberius Imperatori adquirens hæresi subscriperit: *Liberius, inquit, Urbis Romæ episcopus, Constantio vivente regressus est. Sed hoc utrum adqueverit voluntati suæ ad subscribendum, an ad populi Romani gratiam, a quo proficiens, fuerat exoratus, indulserit, pro certo compertum non habeo*. At si Liberius Arianorum fidem acceptasset, utique id Rufino patuisset, qui in Italia enutritus, inter Orientales diutissime vixit, & demum in Occidente diem extremum obiit. Quapropter Liberius non sponte sua, sed invitus subscribens primæ formulæ Sirmiensi, retinuit semper in animo Catholicam Fidem, neque illi quicquam contrarium adprobavit. Crimen vero ejusdem fuit, partim adensus præstiti injustæ sententiæ contra Athanasium, partim officuli dati Christiano Orbi, extrinsecus recipiendo formulam, ab Arianis vulgatam. Hinc ex Commentariis Aquilejensibus Johannis Candidi expungenda sunt, quæ de Liberio per Fortunatianum, ut ipse cum vulgo putat, in partes Arianas tracto, his verbis memoriæ prodidit: *ab exilio in Pontificatum revocatus, Catholicos adeo persequutus est, ut vix superesset locus ad latendum*. Nihil veritati minus consonum a nostro Candido dici poterat. Anne Catholicos persequutus, qui ab Ambrosio lib. iii. de Virginitus cap. I. §. I. *beatæ memoriæ, & vir sanctior nuncatur*? Similes honoris & venerationis titulos meruit a Basilio Magno Epist. lxxv. ab Epiphano Hæresi lxxv. cap. vii. & a Siricio Pontifice in epistola ad Himerium Tarracoensem cap. iii. Auctores editionis operum Sancti Hilarii, & Cardinalis Aguirrius eodem, quem exposui, sensu intelligendos decernunt Hieronymum in Catalogo cap. xvii. ubi Liberium a Fortunatiano *ad subscriptionem hæreseos compulsum* protulit, Hilariumque ubi parvis impietatis infimulavit Constantium in relegando, ac dimittendo Liberium. Sic etiam Auxilium, qui lib. I. cap. xxv. de Ordinationibus, exclamavit: *quis nesciat quod Liberius (ben prob dolor!) Ariana Hæresi subscriperit*? De Hilario & Auxilio quidem id certissimum habeo. Non ita de Hieronymo, quem a falso rumore per Arianos quaquaversum diffuso, deceptum magnopere vereor, dum hæc de Fortunatiano distavit: *in hoc habetur destabilis, quod Liberium Romanæ Urbis Episcopum pro Fide ad exilium pergentem, primus sollicitavit, ac fregit, & ad subscriptionem hæreseos compulit*. Hæc eadem ex Hieronymo habent Ado & Freulphus in Chronicis. Quomodo vero *ad subscriptionem hæreseos PERGENTEM ad exilium compulit* Fortunatianus, si Liberius nonnisi biennio postquam exulasset, tandem subscripsit, ut superius

perius ostendi? In his verbis ulcus latere mirum a nemine hactenus observatum, accuratissimoque Hermannum lib. VIII. cap. VI. & Tillemontium tomo VI. Artic. LXIX. pag. 419. intactum præterisse. Admiratio magis etiam augetur ex collatione Hieronymi cum Hieronymo, a perspicacibus viris neququam facta: Hieronymus ergo in sua accessione ad Chronicon Eusebium aliter sentit atque in Catalogo; ibi enim sub Olympiade CCLXXXII. A. D. 350. tradit, Liberium non *pergentem ad exsilium*, neque *solicitante & compellente Fortunatiano*, sed in exsilium jam trusum, ærumnisque exsilii consumtum, pravitati hæreticæ subscripsisse: quo, inquit, *in exsilium ob fidem truso, omnes Clerici juraverunt, ut nullum alium susciperent. Verum quum Felix ab Arianis fuisset in sacerdotium substitutus, plurimi pejeraverant: & post annum cum Felice ejeti sunt, quia Liberius TÆDIO VICTUS EXSILII, & in hæretica pravitare subscribens, Romam quasi victor intraverat. Quomodo vero Liberium, qui Ariana pravitati subscriperat, Romani exceperunt, si Felicem ab Arianis suffectum, nec tam seclæ diversitate, quam communionis & ordinationis convenientia, maculatum expulerant, inquit Rufinus lib. I. cap. XXXI.?* Certe nec de Liberio, nec de Fortunatiano tantum nefas credidit Athanasius, qui & hujus miserus est, & de illo scripsit in Historia Arianorum ad Monachos pag. 368. num. XI. *porro Liberius extorris factus, POST BIENNIUM denique FRACTUS EST, minisque mortis perterritus subscripsit. Verum ea ipsa re comprobatur cum violentia eorum, tum Liberii in Hæresim illam odium, ejusque pro Athanasio suffragium; quandiu scilicet libere, arbitrioque suo agere licuit. Nam qua tormentorum vi præter priorem sententiam eliciuntur, ea non reformidantium, sed venantium sunt placita.* Verba auro & cedro dignissima! Non ergo Fortunatianus Liberium *pergentem ad exsilium*, aut Beroeæ in Thracia, vel alibi extorem *ad hæresim sollicitavit, fregit, & compulit*, sed Ariani hoc præstiterunt: & per Demophilum Beroeæ episcopum Constantius Imperator, quem Demophilum *dirum perfidiæ caput* appellavit Concilium Aquilejense in Epistola ad Theodosium apud Sirmondum tomo I. Operum pag. 744. Fortunatianus vero Liberii subscriptionem ad Constantium pertulit, teste eodem Liberio in Epistola ad Orientales, tunc edita, circa A. D. 357. quæ est apud Hilarium Fragmento VI. pag. 1336., ubi hæc ejus sunt verba: *litterasque super nomine ejus (idest de condemnatione ipsius Athanasii) per fratrem nostrum Fortunatianum dedi pervendas ad Imperatorem Constantium.* Infra ait, se a Demophilo, non a Fortunatiano Sirmensem formulam accepisse. Mox in alia epistola circa A. D. 358. ad Ursacium & Valentem scripta, rursus idem inculcat pag. 1339. *& hoc etiam scire vos volo, quod fratrem Fortunatianum petii, ut cum literis meis ad clementissimum Imperatorem Constantium Augustum pergeret petere, ut bono pacis & concordia, in qua pietas ejus semper exsultat, me ad Ecclesiam, mihi divinitus traditam, jubeat reverti.*

FORTUNA-
TIANUS.
L. II. C. II.

verti. Atqui ex his non consequitur, Liberium ad subscriptionem Hæ-
reſeos a Fortunatiano compulſum. Hinc turpiter erravit *M. Antonius*
Sabellicus lib. II. de Vetuſtate Aquilejæ, nullo teſte indicato, ſcribens;
Liberium in exilium ejectum, & *Aquilejam peregre progreſſum a Fortu-*
natiano Aquilejenſi Epifcopo ad hæreſim, & diſcordiam ſollicitatum. Si
Hieronymus, auctore Baronio, ſecundum ſamam, de *Liberio longe la-*
teque ſparſam, tradidit, illum hæreſi ſubſcripiſſe, idipſum de Fortuna-
tiano etiam fateri neceſſe eſt. Hoc innuere videtur Hieronymianus lo-
quendi modus, *habetur deteſtabilis*, nempe vulgo male audit; niſi potius
eo nomine traductum dicamus, quaſi cum Arianis per omnia communi-
caſſe creditus fuerit, Athanaſii innocentiam deſerens; nam temporibus
Arianorum communio cum Athanaſio erat ſinceræ Fidei teſtera. Hoc
luculente habemus ex Hieronymo in Catalogo cap. xcv. ubi Luciferum
Calaritanum exfulaſſe teſtatur, quod *ſub nomine Arbanuſii Nicenam*
damnare fidem noluiſſet. Chriſtianus Lupus in Scholiis ad Concilia to-
mo v. pag. 228. *Liberium biennialis exilii ærumnis, & plurimum Ortho-*
doxorum Epifcoporum, præſertim Fortunatiani Aquilejenſis ſuaſu & præ-
ſibus, lapſum putat: & quanvis errat in *Fortunatiano*, attamen etiam
cum hac noxa illum orthodoxis adnumerare non dubitat. Faceſſat ergo
deceſtor Maimburgus, qui in Hiſtoria Arianismi lib. IV. pag. 318. *De-*
mophilum & Fortunatianum ſimul conſpirariſſe fabulatur, ut variis artibus
Liberium, exilii calamitatibus fractum, invaderent, ubi & conciones,
& verba recitat, quibus eum ſeducere uterque tentavit. Quum vero
purpuratus Hiſtoricus omnes doctrinæ & eloquentiæ nervos intenderit
in deſenſionem Liberii, nondum percipio, cum Palladio noſtro lib. IX.
pag. 144. cur *Fortunatiano*, qui criminis ſædioris, quam *Liberius*, inſi-
mulari non poteſt, nunquam parcens, eundem, veluti hæreticum ubique
in operoſis Annalibus traduxerit, atque etiam in notis ad Martyrolo-
gium. Si *Ofius Cordubenſis*, qui *ſecunda* formulæ Sirmenſis, adeoque
hæreſi, tormentis tamen adactus, ſuos calculos addidit, doctiſſimos de-
fenſores invenit, & ante obitum pœnitentia ductus, ſanctè obiiſſe ab
eodem Baronio traditur A. D. 357. §. xxxi. a Bernardo Aldrete in Anti-
quitatibus Hispanicis lib. I. cap. III. a Nicolao Antonio in Bibliotheca
Hiſpana veteri lib. II. cap. I. §. II. pag. 104. & eo amplius a piſſimo
æque ac erudiſſimo Cardinali Aguirrio in Conciliis Hiſpaniæ tomo II.
pag. 39., cur Fortunatianum quoque pœnituiſſe non debuit noxæ, le-
thalis quidem & maximæ, quam tamen mortis metu perterritus, inivitus
& coactus admiferat, Athanaſii communionem damnando? Divinam
opem illi in hoc non deſuiſſe eo magis ſperamus, quod conſtat ſui com-
potem tuendæ Fidei Nicænæ ſtrenuam operam impendiſſe.

IV. Hæc ſi eximio Annalium auctori occuſſent, forſitan A. D. 372.
§. XII. locum Hieronymi ex epiftoſa XIIII. ad *Chromatium, Jovinum,*
& *Enſebium* Aquilejenſis Eccleſiæ alumnos: *per vos ab urbe veſtra Ari-*
ani quondam dogmatis virus excluſum eſt, non perinde accepiffet, quaſi
extincto

extincto *Fortunatiano* Episcopo, ut ait, *Ariana scēla fauore*, Valerianus successit eam ecclesiam, ejusdem Fortunatiani vitio scēdatam, ab omni prorsus impietatis fæce, purgasset; ministerio nempe *Chromatii*, *Jovini*, & *Eusebii*. Eadem iterat A. D. 381. §. LXXXII. & in notis ad Martyrologium die XXI. Junii. At vero in plebe maximæ urbis, quo advēnæ ex Oriente, *Mæssia*, *Pannoniis*, atque *mediterranea Italia præ mercibus avebendis* consuebant, teste Juliano in Oratione II. de Constantio; priusquam Fortunatianus ipse ad episcopatum eveheretur, Arrii quisquiliis nonnullas intermixtas fuisse jam dixi, dum ibidem inventi sunt, qui, Valenti Ariano studentes, eundem inclytæ urbis Episcopum eligere optarent. Facile autem fuit intra muros Aquilejæ, omnium sub Occidente urbium maximæ, ut vocat Justinianus Imperator Novella XXIX. Arianorum pestem serpere, dum omnes fere duarum *Pannoniarum Episcopi*, multique *Orientalium*, ac tota *Asia in perfidia eorum conjuraverant*, ex Sulpicio lib. II. cap. LIII. Idque haud mirum in pravissimo sæculo, quum *Arianorum detestanda perfidia totam cum universo Mundo Italiam perturbasset*, inquit Maximus Taurinensis, vel alius auctor Sermōnis LVI. de Natali Sancti Eusebii inter Ambrosii Opera editionis novæ tom. I pag. 468. in fine. Hoc adhuc Sulpicius confirmat cap. IV. *Italiam, Illyricum, atque Orientem Valens & Ursacius, ceterique, quorum nomina edidimus, infecerant*. Quare apte, observante Palladio, in illo loco Civitas erroris arguitur ab Hieronymo, nulla interim facta mentione de Episcopo, nulla de Clero, quibus salvus, feri potuit, ut vulgus morbo laboraret. Ergo *Fortunatianum scēla fuisse Arianum*, sedemque ab eodem infectam minus æque deducitur a Baronio in notis ad diem III. Augusti, & XXVII. Novembris. Erroris causam accipe. *Valeriani, Chromatii*, & ceterorum *Aquilejensium* studia ob Arianum dogma inde evellendum vir summus ad Fortunatianum, in Ariana historia notissimum, retulit, quum ad Julianum Valentem, Arianum, Petovienis Ecclesiæ in proximo Norico invasorem ea referre debuisset. Hic enim *florentissimas Italia Civitates illicitis ordinationibus* contaminasse traditur in Actis Concilii Aquilejensis apud Ambrosium tomo II. pag. 809., ex quibus pariter discimus, in eodem Concilio A. D. 381. sub *Valeriano* antistite, *Palladium*, *Secundianum*, *Ursicinum*, *Attalum*, omnes Arianos, una fuisse damnatos, *Jovino & Chromatio* ibidem præsentibus, quorum alter in Concilio contra Palladium semel atque iterum disputavit. Hæc de gestis Fortunatiani.

V. Scripta ejus paucis verbis recenset Hieronymus in Catalogo XXVII. in Evangelia titulis ordinatis, brevi & rustico sermone scripsit *Commentarios*, sive, ut legitur in Codice Vaticano, & in alio Sanctæ Crucis in Hierusalem: *breves sermone rustico scripsit Commentarios*. Ex verbis Hieronymi discimus, *Fortunatianum* non unos *Commentarios* in Evangelia scripsisse, sed & *Titulos ordinasse*, nimirum Evangeliorum contextu in periochas & Sectiones diviso: quo ut pietati Fidelium, ita sacrarum literarum

FORTUNA- literarum studiosis profecto consuluit. *Tituli* erant breviora sive Capi-
 TIANUS. tula, quæ exhibebant quicquid libro subsequente contineretur, puta:
 LIB. III. C. 11. *incipiunt Capitula libri Exodi. Incipiunt Tituli libri Levitici. Incipiunt Tituli libri Deuteronomii. Incipiunt Capitula libri Josue.* Hos
 Titulos etiam *Periobas* seu rerum *argumenta* dixerunt. Apud Græcos
 Eusebius omnium primus eos condidit in Evangelia. Apud Latinos nemo
 ante *Fortunatianum* hanc Spartam ornatam reperitur. Apostolus enim &
 Evangelistas. sua scripta uno tenore, & sine ullis distinctionibus edidit
 se, apud omnes constat. Hac de re consulantur Laurentius Zacagnius
 in præfatione ad Collectanea sua cap. xiv. Monachi Sancti Mauri in
 Admonitione ad Commentarium Hilarii, & præ ceteris Josephus Cardi-
 nalis Thomasius de his literis meritissimus, qui *Sacrorum Bibliorum*
veteres Titulos ex codicibus Mss. in lucem protulit, dignissimos certe,
 qui in nova aliqua Bibliorum editione singuli singulis pro solatio &
 commodo studioforum sacræ Scripturæ inferantur. Index sive Elenchus
 horum *Titulorum* in varios numeros distinctus, singulis libris præpo-
 nebatur, dictusque est etiam *Canon*, idest *complexio Titulorum*. Jamdudum
 nostri Fortunatiani Lucubrationes perierunt, sed apud beatum Hilarium
 Pictavorum episcopum in Commentario super Matthæum *Tituli* adhuc
 supersunt. Fuit Hilarius nostro æqualis: a quo tamen *Titulos* mutari po-
 tuit. Thomasius pate. II. varios *Titulorum Canones*, sive *Elenchos* in singula
 quatuor Evangelia vulgavit: quorum aliquem *Fortunatiani* esse, non ablu-
 dit a vero. Nullus tamen ex quatuor, qui in Matthæum recensentur, ada-
 mustum cum Titulis convenit, quos eidem Evangelistæ Sanctus Hilarius
 præposuit. Ad Henricum Valesium in notis ad caput I. libri I. Historiæ
 Eusebii, ubi *titulus* esse indicem *Capitulorum* ostendit, & proinde inter
Titulos & Capitula discrimen aliquod intercedere, cum *Titulus* plura
Capitula complectatur. Cæterum initio sæculi xx. Sanctus *Pascbasius*
Radberrus in pologo libri I. in Matthæum pag. 5. Operum a Sirmondo
 editorum, de *Fortunatiani & Victorini* Petavionensis commentariis
 in eundem Evangelistam, frustra ab se quæsitos testatur: *quos nec-*
dum reperire potuimus. Utinam superessent, ad historicam, sive ut
 Theologi loquuntur, literalem Evangelici contextus sententiam illu-
 strandam! Hieronymus in epist. xxi. sibi a Paulo Concordiensi pro
 vita Paulli Eremitæ, qua eum donaverat, mitti petit *Commentarios For-*
turnatiani. Rursus circa finem prologi in Matthæum, inter hujus Evan-
 gelistæ latinas explanationes, ab se perlectas, recenset *Fortunatiani*
opuscula, quæ a *Commentariis* jam dictis diversa fuisse non puto. Quoto
 Christi anno extremum diem obierit, nostri inquirere neglexerunt.
 Post Anonymum Trivisanum, Andreas Dandulus in Chronico lib. I.
 cap. xii. parte xx. sedisse tradidit annos xv. eique successum *Valerianum*
 A. D. 363. In Dandulum error irrepit, nam in eodem cap. xii. par. 1. ad
 episcopatum assumptus traditur A. D. 343. Ergo, ipso Dandulo teste, non
 A. D. 363. sed 358. obiisset: quo tamen adhuc erat in vivis, ut vidimus
 cap. I.

cap. I. Onuphrius Panvinius, qui in Chronico Ecclesiastico pag. 30. A. D. 303. quinquaginta annos ei tribuens, Quirino succedit, *Circumvarium* successorem habuisse affirmavit. Hæ supinæ hallucinationes, quibus atque aliis permultis Onuphrii Chronicon scatet, ne refutari quidem mereantur. Aptius Candidus lib. II. fol. IX. *Fortunatiano*, quem *Fortunatum* perperam vocat, annos XX. pontificatus adsignat. Quare e vita migraverit A. D. 366. In Apologia, sive, ut vulgatæ inscriptiones præferunt, *Invectiva* I. Rufini, sub initio hæc leguntur: *Ante annos fere triginta in Monasterio jam positus per gratiam baptismi regeneratus, signaculum Fidei consequutus sum per Sanctos viros Chromatium, Jovinum, & Eusebium, opinatissimos & probatissimos in Ecclesia Dei episcopos, quorum alter tunc presbyter beatæ memoriæ Valeriani, alter Archiepiscopus, alius Diaconus.* Eam Apologiam scripsit *Rufinus* A. D. 400. Aquilejam ex Oriente reversus; unde patet A. D. 371. non amplius *Fortunatianum*, sed *Valerianum* Aquilejæ sedisse, qui tunc *Rufinum* salutari fonte lavit. In aulâ patriarchali Utinensi, ubi nudius tertius præfulum nostrorum imagines & elogia spectabantur, auctore *Johanne Baptista Scarfaburfa*, defest *Fortunatianus*, quod hæreseos, opinione vulgi saltem, foret damnatus, conjectore Palladio lib. IX. pag. 150. Malo credere, *Fortunatianum* cum suppositicio *Fortunato* a Scarfaburfa confusum, quem Palladius lib. VII. pag. 114. ad A. D. 224. trudit. Is enim *Afer* ibidem vocatur; quod, ut vidimus, *Fortunatiani* patrium fuit cognomentum. Haud una hæc fabula est, quam illi parietes, spongia dignissimi, spectatoribus cecinerunt. Hac de re queritur etiam Norisus in Dissertatione de Synodo V. cap. IX. §. I. pag. 104. & 116. edit. I. idque mecum Eminentissimus auctor aliquando memoravit. Libentius, quam Scarfaburfæ, hoc tamen ego tempori tribuo, quo nemo adhuc ex critica gente res nostras ad censorium examen vocaverat.

Opera Fortunatiani deperdita.

Commentarii, sive opuscula in Evangelia.

SANCTUS CHROMATIUS

Aquilejensis Antistes.

CAPUT II.

I. *Chromatius patria Aquilejensis. II. Valeriano successus. III. A magnis viris laudatus. IV. Ejus rogatu Hieronymus varios Bibliorum libros in latinum sermonem convertit. V. Rufinum & Hieronymum in concordiam redigere studet. VI. Jo: Chrysofolomi causam juvat. VII. Chrysofolomi ad Chromatium epistola. VIII. Blondelli commenta. IX. Chromatius obit, & Sanctorum fastis adscribitur.*

I. **A**D eos pervenimus, qui partæ salutis sæculum V. attigerunt. Horum agmen ducit *Chromatius*, Aquilejensis antistes, quem Dandulus in Chronico lib. I. cap. xiv. par. I. natione *Hispanum*, Marianus Victorius in argumento Epist. xliii. Hieronymianæ *Dalmatam*, Sixtus Senensis in Bibliotheca lib. iv. *Romanum* fecerunt. Sed omnes in errore versari; civemque *Aquilejensem* fuisse, posito etiam pignore contenderim. Nam Aquilejæ semper vixit, ubi ei *matrem, sorores, & fratres* fuisse prodit illius necessarius & rerum Aquilejensium peritissimus Sanctus Hieronymus epist. vii. alias xliii. ad ipsum *Chromatium* adhuc presbyterum, pariterque ad Jovinum, & Eusebium, Chromatii germanum conscripta, in qua se ad tres simul unam tantum epistolam mittere affirmat, proptereaquod invicem ita se ament, *ut non minus tres caritas jungat, quam DUOS NATURA SOCIAVIT*. Hi duo sunt *Chromatius & Eusebius*; quos *natura germanos* iterum vocat in Epistola viii. alias xlii. ad Nicetam Aquilejensem subdiaconum scripta: ecce, inquit, *beatus Chromatius cum Sancto Eusebio, non plus NATURA, quam morum æqualitate, GERMANO, literario me provocavit officio*. Non ergo *Jovini*, ut ad diem xxii. Junii scripsit Baronius, sed *Eusebii* germanus erat *Chromatius*: cui tamen noster Henricus Palladius lib. ix. pag. 158. unum *Jovinum* conjunxit. Alium fratrem, adhuc anonymum, habuit *Chromatius*, cujus fortitudinem in illius dormitione, impense laudat Hieronymus epist. xxxv. alias ii. ad *Heliadorum*. Hæc quum scripta fuerit A. D. 396., ut postea constabit, hinc Tillemonium tomo xi. pag. 536. Martianæum in notis, & Hadrianum Bailletum in Vitis Sanctorum die ii. Decembris errasse oportet, dum *Chromatium* fratrem, de quo mortuo Hieronymus loquitur, *Eusebium* dicunt, qui tamen *Eusebius* quadriennio serius adhuc erat in vivis, episcopali dignitate insignis, perinde ac *Jovinus & Chromatius*, teste Rufino in priori Apologia A. D. 400. exarata. Matrem viduam & sorores virgines

nes

nes *Chromatio* ibidem fuisse, nos docet eadem epistola XLIII. in qua Hieronymus salvere eas jubet, his verbis, sororis suæ curam, iidem commendans: MATREM COMMUNEM, *quæ quum vobis fraternitate societur, in eo vos prævenit, quia TALES GENUIT, cuius vere VENTER auvens potest dici, eo salutamus bonore, quo nobis: una quoque suscipiendas cunctis SORORES, quæ sexum vicere cum sæculo: quæ oleo ad lampades largiter præparato, sponsi operiuntur adventum. O beata DOMUS, in qua moratur Anna VIDUA, Virgines, prophetissæ, geminus Samuel nutritus in templo!* Hic geminus Samuel sunt *Chromatius & Eusebius*. Ne ullus de patria dubitandi locus superfit, Hieronymus *Aquilejam*, illorum urbem patriam appellat: *per vos ab urbe VESTRA Ariani quondam dogmatis virus exclusum est*. Hæc docent, cur Hieronymus in Chronico Eusebiano ab se aucto, Olympiade cclxxx. A. D. 376. qui respondet anno vulgari 374. hoc insigni & memorando præconio nostræ Ecclesiæ alumnos ornaverit: *Aquilejenses Cærici quasi chorus beatorum habentur*. Chromatius, qui, ut supra in Fortunatianum dictum est, & iterum dicam, A. D. 371. adhuc Diaconus, Rufinum tunc recens per gratiam baptismi regeneratum, doctrina Catholica instruxerat, postmodum *Valeriani* episcopi presbyter A. D. 381. in Concilio ibidem caussam Filii Dei contra Palladium Arianum strenue peroravit, eumque omnia negasse ostendit, *quæ Fides Catholica profiteretur*. Quumque Palladius auditores laicos appellasset, *Chromatius* hominis confidentiam paucis retudit: *salva*, inquit, *condemnatione Sacerdotali*. Vide acta Concilii apud Ambrosium tomo II. pag. 798. §. 45. & pag. 800. §. 51. His resutantur sarcinatores Magdeburgenses, qui *Chromatium* A. D. 335. floruisse scripserunt, & *Valerianum* Aquilejensem cum ejusdem nominis Calagurritano antistite, quem laudat Prudentius, conflarunt Centuria IV. cap. x. Ad Chromatii nomen quod attinet, apud Latinos & Græcos occurrit. Libanius ad *Chromatium* quendam scribit epistolam, nondum editam, a me olim latine conversam. *Chromatius*, præfectus Urbi, memoratur in Actis Sancti Sebastiani die xx. Januarii apud Bollandum to. II. pag. 271. Inter XIV. episcopos provinciæ Palæstinæ, qui A. D. 415. in Concilio Diospolitano Pelagium Catholicum pronuciaverunt, unus fuit incertæ Sedis *Chromatius* apud Baluzium pag. 361.

II. Quoto Christi anno cathedram Aquilejensem, a *Valeriano* vacuam, *Chromatius* noster implere cœperit, jam nobis querendum est; inde enim recentium historicorum lapsus castigabuntur, Joannis Candidi lib. II. fol. 1x. Panvini in Chronico pag. 35. Wolffgangi Lazii Commentariorum lib. XII. Sect. v. cap. VIIII. pag. 1014. Leandri Alberti in Descriptione Italiæ fol. 439. 2. edit. I. anni 1550. Henrici Palladii lib. VIII. pag. 129. Philippi Ferrarii in Catalogo Sanctorum pag. 733. & Godefridi Hermanni in Vita Ambrosii lib. v. cap. XI. Hi enim omnes dum *Chromatii* successionem stabilire conantur, in immanes errores abeunt, alius

S. CHROMATIUS.
LIB. II. C. II.

duos *Fortunatianos*, totidemque *Valerianos* confingens, alius inter *Valerianum* & *Chromatium*, *Beuedicto*, alius *Januario*, locum assignans. Porro *Valerianum* in Sede Aquilejensi A. D. 366., uti jam dixi, *Fortunatio* suffectum, Anonymus Trivifanus & Dandulus libri primi cap. xiii. ex veteribus tabulis, annos xix. sedisse testantur. Obiit ergo sub fine A. D. 386. eique ineunte A. D. 387. successit Chromatius. Antiqui Martyrologiorum Codices, qui Valeriani emortualem diem referunt vi. *Kalendas Decembris*, hi sunt.

1. *Atrebatensis* tomo II. Martii Bollandiani pag. xxxix.
2. 3. *Aquisgrauensis*, & *Augiensis*.
4. *Baluzianus* in Spicilegio Dacheriano tomo XIII. pag. 13. §. 6.
5. *Barberinus* tomo II. Martii Bollandiani pag. xxxix.
6. *Blumanus* ibidem.
7. *Sancti Cyriaci* to. III. Februarii Bollandiani pag. 282. col. 2.
8. *Gellonensis* in Spicilegio tomo XIII. pag. 418.
9. *Hieronymianus* ibidem tomo IV. pag. 684. & tomo III. Februarii Bollandini pag. 282. col. 2. ubi *Valentinus* pro *Valerianus* legitur.
10. *Latiensis* tomo II. Martii Bollandiani pag. xxxix.
11. *Lucensis* apud Florentinum pag. 999.
12. *Sancti Maximini* to. III. Februarii Bollandini pag. 282. col. 2.
13. *Rabani Mauri* apud Canisium tomo VI. pag. 594. ubi tamen, ut alibi, errore Librarii *Valentinus* pro *Valeriano* legitur.
14. *Sangermanensis* in Spicilegio tomo XIII. pag. 13. §. 6.
15. *Sauremigianus* ibidem.
16. *Tornacensis* tomo II. Martii Bollandiani pag. xxxix.
17. *Vaticanus* ibidem.
18. *Ufuardus* Rosveydi apud Sollerium pag. 702.

Tot veterum tabularum consensus erroris arguit Ufuardi codicem *Brixellensem* apud Sollerium pag. 711. ubi *pridie Kal. Decembris* hæc leguntur: *in Aquileja depositio Sancti Valeriani episcopi & confessoris*. An tot diebus post obitum deponi non potuerit alii quærent. Dies depositionis fortasse rectius apud Baronium signatur v. *Kalendas Decembris*, ex Martyrologio Sancti Cyriaci. Idem Baronius A. D. 388. §. lxxxiv. quum *Ambrosium*, *Maximo* per *Theodosium* prostrato, *Aquilejæ* constitutum legisset, illuc profectum putavit *ex more*, ad *novi creationem antistitis*, quum, *defuncto Sancto Valeriano*, *eius Civitatis episcopo*, *in locum illius est subrogatus Sanctus Chromatius*. Ita Baronius. Verba Paulini Diaconi, eam professionem narrantis in *vita Ambrosii* cap. xxii. hæc sunt: *extincto Maximo, postea Theodosio Imperatore Mediolani, Ambrosio vero Episcopo Aquileja, in partibus Orientis in quodam castello, a Christianis viris Synagoga Judæorum, & lucas Valentinianorum, incendio concremata sunt, propterea quod Judæi, vel Valentiniani insultarent Monachis Christianis*. Sed *Candidus*

didus lib. II. fol. 1x. 2. & Palladius lib. 1x. pag. 156. ut Ambrosiano itineri causam prætexerent, ejusmodi incendium *Aquilejæ* contigisse committunt, quamquam Paulinus disertis verbis *in partibus Orientis* id evenisse tradiderat, nempe ad castrum *Callinicum*, quod non in *Venetia*, sed in *Mesopotamia* stetit ad ripam Euphratis, ex Ammiano lib. XXIII. cap. II. & ex Procopio de Bello Persico lib. I. cap. XVI. lib. II. cap. XI. & XXI. & in Historia arcana cap. III. in fine. Hoc nostrates historici disscere etiam potuissent ex Ambrosii Epist. XI. *Aquilejæ* scripta, in qua vir Sanctus cum Theodosio expoſtulatur, propterea quod Synagogam ab Episcopo Callinici instaurandam, & a Monachis penas dandas, edicto sanxisset. Maximum Tyrannum ad tertium ab Aquileja lapidem A. D. 388. v. Kal. Augustas devictum testatur Idacius in Fastis Labbeanis tomo II. Bibliothecæ Mss., quibus potius, quam Socrati, extero scriptori, credendum est, qui lib. v. cap. XIV. eam cladem rejicit in VI. Kal. Septembris. Fuso hoste, quem prius ignominia servitutis, quam hostili mucrone confossum, ait Hieronymus in Epitaphio Nepotiani, Theodosius Aquilejæ substitit aliquandiu, Maximi acta abrogaturus. Nam lex VI. tit. XIV. lib. XV. Codicis Theodosiani, ibidem data VI. Kal. Octobris, agit de honoribus a Maximo collatis, abrogandis. Mox post sexdecim dies ei similem sanxit Mediolani VI. Idus Octobris ejusdem anni 388. in qua urbe III. Nonas Majas, & VI. Kal. Decembris anni insequentis 389. adhuc degebat, quando leges XVII. & XIX. de hæreticis tit. XV. lib. VI. vulgavit. Ergo Theodosium die XXVI. Septembris Aquilejæ, & die X. Octobris A. D. 388. Mediolani morantem habemus: eoque spacio temporis interjecto Ambrosius, extincto Maximo, postea Theodosio Imperatore Mediolani, ut ait Paulinus, *Aquilejam* properavit; aliàs in alterutra urbe, non literis, sed coram, de rescripto, in Christianos Mediolani vulgato, apud Augustum expoſtulasset. Consulantur auctores Admonitionis pro ordine epistolarum Sancti Ambrosii §. XI. & Pagius A. D. 388. §. XII. Quum autem, ut vidimus, *Valerianus* obierit die XXVI. Novembris, hinc constaret, Ambrosium ante, non post obitum *Valeriani* Aquilejam profectum, ideoque aliam ob causam, quam ob *Chromatium* Valeriano subrogandum; qui nondum ex hac vita migraverat. At quanto magis in Ambrosiani itineris causa vir maximus falli dicendus est, si biennio citius, *Valerianus* diem extremum obierat, quemadmodum Venetorum monumentis proditum est? Recte ergo auctores novæ editionis operum Sancti Ambrosii, in ejus vita cap. XCVIII. causam ejusmodi itineris ignorari, neque ullum testimonium adstruendæ Baronianæ sententiæ proferri, dixerunt. Si Ambrosius in Pannoniam iter habuit, Anemium Sirmiensem Episcopum ordinaturus, teste Paulino cap. XI. non video cur idem accuratus Ambrosii notarius causam Aquilejensis itineris reticere debuisset, si hoc Chromatii ordinationem spectasset.

111. Fuit *Chromatius* inter occidentales Episcopos sanctitate & doctrina

S. CHROMATIUS.
LIB. II. CIII.

S. CHROMATIUS.
LIB. II. C. III.

Strina celeberrimus, ut laudes a laudatis viris in ipsam collatæ palam restantur; magnis enim amicitiiis floruit: *Johannis Corysostomi, Hieronymi, Ambrosii, Heliodori, Rufini*. Ambrosius quidem A. D. 389. a Chromatio rogatus, ut aliquid e sacris codicibus epistolari familiaritate disputatum cum eo communicaret, historiam Balaam pseudoprophetæ ex libro Numerorum interpretatus est epistola l. alias quoque se additurum pollicitus, quas nobis injuria temporum abstulit. Adi Admonitionem pro ordine epistolarum Ambrosii §. v. & Vitam cap. cviii. Subinde Chromatium, fratre orbatum, cujus nomen ignoratur, magnum christianæ fortitudinis exemplum, adversa invicto animo subeundi, dedisse comperimus; nam Hieronymus epitaphium *Neporiani*, quod est epistola xxxv. alias 111. tunc ex Syria, ad *Heliodorum* Altinatem episcopum, scripta, clausit his verbis: *jungamur spiritu, stringamur affectu, & fortitudinem mentis, quam beatus Papa Chromatinus ostendit in dormitione GERMANI, nos imitemur in filio*. Hanc epistolam A. D. 396. datam ex subsequenti verbis docet Petrus Franciscus Chiffletius in Paulino illustrato parte II. cap. x. ecce tibi ANNO PRÆTERITO ex ultimis *Caucasripibus* immissi in nos non jam *Arabia, sed Sertemtrionis lupi, tantas brevi provincias percurverant*. Hæc fuit Alarici Regis Gothorum in Orientale Imperium irruptio, proditione Rufini Patricii, Olybrio & Probino Cofs. A. D. 395. Quæ modo adductis Hieronymi verbis præcedunt, epocham magis confirmant: VIGINTI, & eo amplius anni sunt, quod inter *Constantinopolim & Alpes Julias* quotidie *Romanus sanguis effunditur*. Inuit primos *Quadorum, & Marcomannorum* incursum in nostram Venetiam, *perruptis Alpibus Julii; unde tunc Aquileja obsessa, & Opitergium excisum est*, teste Ammiano lib. xxix. cap. v. Hæc Gratiano Aug. 111. & Equitio Cofs. A. D. 374. contigisse animadvertit Henricus Valelius: eodemque excidio Italix imminente, *Valentinianus senior Liquentia* pontem in agro *Opitergino* reparandum curaverat A. D. 370. lege II. tit. x. lib. xi. Cod. Theodosiani.

IV. Hieronymus Chromatio, & Heliodoro, coepiscopis, librum Chaldaicum Tobix latine reddi, ab se flagitantibus, unius diei labore paruit, homine ejus linguæ perito sibi librum Ebraice dictante, ut ep. cx. A. D. 390. scripta nos docet: *mirari, inquit, non desino exactionis vestra instantiam. Exigitis enim, ut librum Cbaldo sermone conscriptum ad latinum stilum thabam*. Et post pacua: *feci satis desiderio vestro, non tamen meo studio. Arguunt & nos Ebraeorum studia, & impatant nobis contra suum canonem latinis auribus ista transferre. Sed melius esse judicavi Pharisæorum displicere judicio, & episcoporum jussionibus deservire insulti, ut potui*. Tandem his verbis epistolæ finem imponit: *orationibus vestris mercedem hujus operis compensabo, quum gratum vobis didicero, me, quod jubere estis dignati, compleisse*. Ad hæc Hieronymus, utroque præfule hortante, & pecunias librariis erogan-

erogandas, ut nonnullos prophetas commentariis illustraret, liberali-
 ter suppeditante, valetudinem caussatus, Proverbia, Ecclesiasten &
 Cantica, triduo ab se latine explicata, ad eisdem tranfmisit: *jungat*
epistola, inquit in præfatione, *quos jungit Sacerdotium; immo charta*
non dividat quos Cbristi necit amor. Commentarios in Osee, Amos,
Zachariam, Malachiam, quos poscitis, scripsissem, si licuisset præ
valetudine. Mittitis solatia sumptuum: notarios nostros & librarios
sustentatis, ut vobis potissimum nostrum desudet ingenium. Et ecce ex
latere frequens turba, diversa poscentium, quasi ut aquam sit, me,
vobis esurientibus, aliis laborare; aut in ratione dati & accepti, cui-
quam, præter vos, obnoxius sim. Itaque longa agrotatione fractus, ne
penitus hoc anno reticerem, & apud vos mutus essem, tridui opus no-
mini vestro consecravi, interpretationem videlicet trium Salomonis
voluminum. His vixdum peractis A. D. 392. commentarium in Aba-
cuc, duobus libris distinctum Chromatio donavit, quem in prologo lib. I.
episcoporum doctissimum vocat. In prologo autem lib. II. papa venerabilis
præconio commendat, eundemque superate superasse testa-
tur. Subinde rogatus, ut ceteros scripturæ libros ex Ebræo sermone
transferret, Paralipomena Chromatio direxit A. D. 397. in cuius libri
vestibulo elogio magnifico illum extollens, vocat episcoporum sanctiis-
simum atque doctissimum. Sixtus Senensis huic elogio ab se recitato in li-
bro IV. Bibliothecæ, de suo addit hæc verba: quod raro invenitur, ævo
tamen Sixti fortassis, non Chromatii. Hieronymus in libro II. Apo-
logiæ I. quam A. D. 400. scriptam docebimus, eisdem sacrorum volu-
minum ab se factas interpretationes ita commemorat: in libro temporum,
idest Paralipomenon, ad Sanctum Chromatium præfariuncula usus sum.
 Et paullo post: *Salomonis etiam libros, quos OLIM additis obelis &*
asteriscis in latinum verteram, ex Ebraico transferens, & dedicans
Sanctis episcopis Chromatio & Heliodoro. Hæ singulæ præfationes, iis-
dem libris præfixæ, similiter exstant cum Hieronymianis epistolis se-
cundum ordinem Mariani Victorii CVII. CX. CXV. Denique Sixtus V.
Pontifex Maximus in præfatione Bibliorum, Romæ editorum typis Va-
ticanis A. D. 1590. Chromatium ponit inter Sanctissimos episcopos qui
Hieronymum de Scripturarum locis consuluerunt.

V. Doctör maximus in epist. XLII. alias LXVI. ad *Rufinum* scripta
 A. D. 399. sic loquitur de Pauliniano fratre suo, quem in Dalmatiam
 transfretare præceperat: *frater meus Paulinianus nec dum de patriâ*
reversus est: & puto quod cum Aquilejæ apud Sanctum papam Chroma-
tium videris. Rufinus biennio citius cum *Melania* ex Oriente reversus,
Aquilejæ apud Chromatium morari intellexerat, postquam Origenis li-
 bros de *Principiis* Romana civitate donasset; unde ipsum inter & Hiero-
 nymum graves similitates coortæ sunt. Testatur Hieronymus in Apolo-
 gia contra *Rufinum* lib. II. *Chromatium*, quem post Anastasium Roma-
 num Pontificem, magnis Orientis & Occidentis metropolitibus, Theophilo
 Alexan-

S. CHROMA-
 TIUS.
 LIB. II. C. II.

S. CHROMATIUS .
 LIB. III. C. III. Alexandrino , & Venerio Mediolanensi conjungit , in suæ metropoleos conventu populis sibi subiectis Origenis errores denunciasse : ergo , inquit , beati *episcopi Anastasius , Theophilus , & Venerius , & Chromatius , & omnis tam Orientis , quam Occidentis Catholicorum synodus , qui pari sententia , quia pari spiritu , illum hæreticum denunciant populis , fures librorum illius judicandi sunt ?* Anastasius Pontifex in epistola ad *Johannem* Hierosolymitanum apud Baronium A. D. 402 . §. xvi . ait , se Origenianæ damnationis epistolam *fratribus suis Venerio & Chromatio scripsisse* . De hæc epistola , deque illo Chromatii conventu accuratius agam libro v . cap . xix . Nunquam tamen *Chromatius* a *Rufini* communione & amore discessit , ipsique Hieronymo sic adhæsit , ut semper utriusque amantissimus , utrique carus , tantos viros in christianam concordiam redigere pro virili studerit , nam & commonuit Hieronymum , ut acerbæ contentioni finem imponeret , Rufinumque Aquilejæ , ut dixi , apud se diversantem , ad alia traduxit , jussum Historiam Ecclesiasticam Eusebii Cæsarensis latinis verbis adcommodare . Primum illud de se fatetur Hieronymus in Apologia II . libri III . ubi ait ; *testem invoco Jesum conscientia mea , qui & has literas , & tuam epistolam judicaturus est , me ad commonitionem Sancti papæ Chromatii voluisse reticere , & finem facere simultatum* . Rufinus in præfatione Eusebianæ Historiæ ab se latinis redditiæ , librisque duobus auctæ , Chromatium , *Pontificem Maximum* , uti eum honoris causa nominat , sic alloquitur ; *peritorum dicunt esse mediocrum , ubi imminere urbibus vel regionibus generales viderint morbos , providere aliquid medicamenti vel poculi genus , quo præmuniti homines ab imminenti defendantur exitio . Quod tu quoque , venerande pater Chromati , medicina exequens genus tempore , quo diruptis Italia claustris ab Alarico duce Gothorum , se pestifer morbus infudit , agros , armenta , viros longe lateque vastavit , populis tibi a Deo commissis feralis exitii remedium quærens , per quod agræ mentes ab ingruentis mali contagione subtraherentur , melioribus occupata studiis tenerentur , injungis mihi ut Ecclesiasticam historiam , quam vir eruditissimus Eusebius Cæsarensis Græco sermone conscripsit , in latinum vertam* . Gothos , duce Alarico & Radagaiso , per nostras Alpes Julius , quas Rufinus *claustra Italiæ* , & Nicephorus Callistus lib . xii . cap . xxxix . *Italia portas* appellant , A . D . 400 . primum irrupisse , viri docti consentiunt , Norisius in Historia Pelagiana lib . I . cap . II . , Pagius A . D . 400 . § . xxv . , & Tillemontius in Historia Imperatorum tomo v . pag . 524 . 803 . Tunc *Aquileja* , totius Venetiæ caput , obsidionem barbaricam subiit : nam Hieronymus Apologia III . in *Rufinum* , ibidem tunc morantem , & tantum , inquit , *Romana urbis judicium fugis , ut magis obsidionem barbaricam , quam pacata urbis velis sententiam sustinere* . Pestiferus morbum , tunc a Gothis in Venetiam nostram invectum , qui primo *armenta* , & postea *viros* , teste *Rufino* , longe lateque vastavit , hic noster annus infaustus MDCCXIII . graphice repræsentat , dum boum lues ex Pannonia in Italiam cladius ob-

rutam

rutam, se infudit, eadem calamitate in homines per Austriam reliquamque Germaniam ingruente, & procul nos minitante, utinam non prope! Nec solum Eusebianam Historiam, sed Origenis Homilias xxvi. in Jo- suem, seu Jesum filium Nave, latinitate donatas, *Chromatio*, qui id la- boris ab eo flagitaverat, *Rafinus* prologo nuncupavit, qui falso Hiero- nymum auctorem præfert inter opera Origenis editionis *Erasmii*, Basileæ apud Frobenium MDLVII. tom. I. pag. 318. *Rafinus*. his verbis Chroma- tium ibidem alloquitur: *quia ergo & tu, o mi semper venerabilis pater Chromati, injungis & præcipis nobis, ut aliquid ad ædificationem & constructionem divini tabernaculi ex Græcorum opibus & copiis confera- mus, oratiunculas xxvi. in Jesum Nave, quas ex tempore in Ecclesia peroravit Adamantius senex, ex Græco latine tibi pro virium mearum parvitate disserui.* Jam ad alia procedamus.

VI. Jo: Chrysofomus A. D. 404. e sede Constantinopolitana impie detrusus, & exulare coactus, ab Innocentio Romano Pontifice, præci- puisque Occidentis Metropolitæ opem implorans, præter Venerium Me- diolanensem, *Chromatium* etiam, Aquilejensem episcopum de suis ærum- nis certiozem fecit, singulis unam eandemque epistolam scribens, quam Palladius Helenopolitanus recitat in vita Chrysofomi cap. II. pag. 10. 22. quippe antiquitus in more positum fuit, ut post summum Pontificem præcipui ejus metropolitæ de magnis Ecclesiæ negociis edocerentur, quemadmodum ex hoc facto Chrysofomi ostendit Hieronymus Aleander junior de Regionibus suburbicariis Dissert. II. cap. III. pag. 130. Hoc etiam firmatur exemplo Theodoriti, qui episcopatu depositus, ad San- ctum Leonem magnum appellavit epist. cxxii. literasque ea de re illum scripsisse ad episcopos Mediolani, *Aquilejæ*, & Ravennæ, tanquam ad præcipuos Occidentis metropolitæ, docet epist. cxxii. ad Dominum An- tiochenum. Quantum apud Augustos Chrysofomi causam *Chromatii* auctoritas juverit, Honorius Imperator testatus est in literis ad Arca- dium fratrem, cui Occidentalium episcoporum sententiam significaturus, duas præ ceteris sibi scriptas direxit epistolas, nimirum Innocentii & *Chromatii* apud Palladium cap. II. pag. 30. ubi ait: *quænam sit Occi- dentalium de Johanne episcopo sententia ex omnibus epistolis, quæ ad me scriptæ sunt, duas subjunxi ejusdem cum ceteris sententia, unam Romani, alteram Aquilejensis episcopi.* Sicut vero Sabinus Mediolanensis Diaconus & sub Damaso Legatus Concilii Romani in gravissimo negotio confirmationis Fidei Nicænæ, & divinitatis Spiritus Sancti, præter Sy- nodicas, aliorum literas quoque, & potissimum *Sancti Valeriani* Aquilejensis metropolitæ, *Chromatii* decessoris, tulit ad Sanctum Basilium Magnum, ut hujus epist. cccxxv. ad eundem *Valerianum* scripta testa- tur; ita Æmilius Beneventi episcopus, Cythegius & Gaudentius Legati, una cum Valentiniano & Bonifacio presbyteris, præter Synodi Occiden- talis commonitorium, tulerunt Constantinopolim ad Arcadium Augu- rum A. D. 406. & literas Imperatoris Honorii, Innocentii, & Italorum

S. CHROMA-
TRUS .
LIB. II. Cap.

episcoporum, Chromatii Aquilejensis, & Venerii Mediolanensis, atque aliorum, teste eodem Palladio cap. iv. pag. 31. Ex his colligimus, Chromatium non solum ad Honorium, sed ad Arcadium quoque literas dedisse in causa Chrysofomi, atque hinc patet quanti habitus fuerit, tum ut vir sanctitate & doctrina conspicuus, tum ut Aquilejensis Metropoli.

VII. Baronius A. D. 405. §. xvii. ex Chrysofomi ad *Chromatium, Venerium, & Gaudentium Brixianum, literis, quæ superiunt, observat, eisdem Episcopos, non pacificis tantum, sed etiam formatis cum viro magno communicasse. Hæ tamen interierunt. Epistolam Chrysofomi ad Chromatium, quæ est civ. integram huc ex tomo iv. Opusculorum pag. 784. editionis Frontonis Ducæi, lubet transferre, propterea quod virum sanctissimum mirifice exornet: *Clarissima ferventis tuæ ac sincera caritatis tuba ad nos usque sonum suum diffudit, magnum quiddam ac distinctissime durans ex tanto itineris intervallo spirans, atque ad extremos usque terra fines pertingens. Nec nos licet aliqui tam longe disjuncti, minus quam ii, qui adsunt, vehementissimam atque igne plenam caritatem, sinceramque & ingenti libertate & fiducia perusam linguam, atque adamantinam contentionem exploratam habemus: eoque nomine, vestro etiam conspectu atque congressu frui magnopere nobis in votis esset. Quoniam autem id quoque nobis ea solitudo, qua nunc, tanquam compedibus restricti sumus, eripuit; idcirco Dominum meum Reverendissimum presbyterum nacti, cupiditatem nostram, ut licet, explemus, scribentes & salutantes vobis quoque pro eo studio, quod toto hoc tam diuturno tempore magna cum animi contentione prestistis, amplissimas gratias agenter. Ac vobis etiam rogamus, ut quum ipse revertetur, insuperque etiam, sitabellaris occurrant, qui ad hanc solitudinem veniant, de vestra valetudine ad nos scribatis. Scis enim quantam hic voluptatem percepturi sumus, quam de hominum tam ardentem nos amantium valetudine crebrinus ad nos afferetur. Huc usque Chrysofomus.**

VIII. Hic locus postulat, ut ea refutemus, quæ David Blondellus in Tractatu historico de Primatu pag. 262. 266. 283. 1265. ex hæcenus dictis in sectæ suæ rem derivare studuit. Quum Chrysofomus præter Innocentium I. Romanum Pontificem, Venerium Mediolanensem, & Chromatium Aquilejensem de iniqua sua dejectione docuerit, hinc Blondellus ad omnes eum æque appellasse, neque Sedem Romanam, ut summum Ecclesiæ tribunal agnovisse false contendit. Addit, Chrysofomum non historice dumtaxat narrantem, ut in iterato Responso ad Jacobum I. Regem Britannicæ pag. 118. magnus Cardinalis Peronius scripserat; sed ut appellentem ad singulos æque scripisse. Erras, Blondelle, erras. Bonifacius I. in epistola ad Rufum, ceterosque episcopos Macedoniæ, quam ex sacra antiquitatis thesauris eruit Lucas Holstenius in Collectione Romana par. I. pag. 77. ait, Innocentium I. decessorem suum (non Chromatium nec Venerium) in causa Chrysofomi, ab Orientalium communione discessisse, qui postmodum per Legatos a Sede Apostolica (non

ab Aquilejensi, neque a Mediolanensi) pacem poposcerunt; ante breve tempus, inquit Bonifacius, *idest sub pradecessore meo beatae recordationis Innocentio, Orientalium Ecclesiarum pontifices, dolentes, se a beati Petri communione sejunctos, per legatos pacem, sicut caritas vestra retinet, poposcerunt: quo tempore Apostolica Sedes omnia non difficulter indulgit*. Nicephorus Callistus lib. xiii. cap. xxxiii. literas recitat; quibus Innocentius I. diris devovit clerum Constantinopolitanum, Arcadium, Atticum, & Theophilum Alexandrinum, non quidem ut unus ex episcopis occidentalibus, sed ut Pontifex ceterorum maximus, & caput Ecclesiae universalis: quod nemo ex reliquis fecisse legitur. Idem Innocentius in epist. xix. ad Acacium Beroensem apud Labbeum tomo II. pag. 1270. tanquam summus Ecclesiae custos, sibi sollicitudinem inhærere ait, *ne quid obliquum, aut succisvum in quoquam resideri cognoscat*. Arcadius Innocentio rescribens apud Michaellem Glycam Annal. par. iv. pag. 260. edit. regiae, postquam acta sua in Chrysofotomum excusare studisset, Romanum Pontificem ejus causae unicum & summum judicem agnoscens, ita concludit: *igitur quod superest, enixe te obsecro, ut nos a segregatione liberes, nec multipliciter punias*. Hoc amplius confirmat Facundus Hermianensis, qui Constantinopoli diu vixit, nam in defensione Trium Capitulorum lib. iv. cap. I. testatur, *Chrysofotomum sine judicio Sedis Apostolicae fuisse damnatum, & lib. vi. cap. v. de Cyrillo Alexandrino, Theophili decessoris sententiam sequuto, hæc prodit: contra judicium Sedis Apostolicae, quæ per beatissimum Papam Innocentium, prædicti Sauti Johannis in exilio constituti, damnationem solverat, nomen ejus post mortem inter Dei Sacerdotes in sacrificio recitari prohibuit*. Denique Gelasius I. in epistola xiiii. ad episcopos Dardanæ, de sententia Innocentii contra iniquam damnationem Chrysofotomi loquens, quem, inquit, *Sedes Apostolica, etiam SOLA, quia non consensit, absolvit*. Viden, Blondelle, unam & solam Apostolicam Sedem, nunquam Aquilejensem aut Mediolanensem, in hoc judicio memorari! Perinde abludit a vero, Innocentium, ubi Chrysofotomi nomine sacris diptychis nondum reddito, Alexandrum & Atticum in communionem recipere detrectavit, suæ tantum separationis rationem dedisse, citra ullam auctoritatem in aliarum diocesium ecclesias; idemque a pari, *Venerium & Chromatium* exigere potuisse. Sed cur ergo non exegerunt? Cur una Sedes Romana exegit, inque causa Chrysofotomi condemnationis & absolutionis sententiam sola pronuntiavit? Hæc pro re nata contra Blondellum.

IX. De anno, quo diem obiit Chromatius meritis plenus, nondum hætenus constitit; nam Panvinium in Chronico pag. 39., Sixtum Senensem in Bibliotheca lib. iv. Antonium Possavinum in Apparatu tomo I. & Henricum Palladium lib. x. pag. 178. quorum alii A. D. 410., alii ferius eum obiisse putarunt, a vero aberrasse deprehendimus. Philippus Labbeus in notis ad Bellarmini Catalogum to. I. pag. 223. Franciscus Combefisius in recensione auctorum Bibliothecæ concionatorum to. I. pag. 8.

S. CHROMA-
TIUS.
LIB. II. CALL.

& Natalis Alexander sæculo IV. cap. 11. artic. 34. ut scopulos declina-
rent, larga & ancipiti formula usi, *exente Christi sæculo quarto, &*
inente quinto, vixisse, annumque mortis ignoriari tradiderunt. Sed
Chrysofomus, qui obiit A. D. 407. die XIV. Decembris, de beneficiis
in se collatis gratias agens *Chromatio* A. D. 406. ejusdem se *valerudinis*
anxium in epistola superius adducta, semel atque iterum prodit, quia
Chromatius se ægrotare ad Chrysofomum scripserat. Certe ultra
A. D. 406. nulla omnino *Chromatii*, tanquam adhuc vivi, memoria re-
peritur. Quare hoc eodem anno, postquam sedisset annos XVI. men-
ses IX. ex Andrea Dandolo in Chronico lib. I. cap. XIV. eum die II. De-
cembris senio confectum hanc mortalem vitam cum æterna commutasse
non dubito, Sede Aquilejensi, non *Niceta*, quod habent Baronius,
Ughellus, aliique, sed *Augustino*, relicta. Nam Dandulus, omnium plane
historicorum, qui de rebus nostris scripserint, accuratissimus, lib. II.
cap. I. A. D. 407. *Chromatio* Augustinum successorem datum affirmat.
Chromatii sanctimoniam commendat, quod in paroecia Aquilejensi eadem
die II. Decembris colatur sub ritu duplici, ut vocant: quo die in
Martyrologio Romano describitur, in Catalogo etiam Petri Equilini
lib. VII. cap. XLVIII. & apud Philippum Ferrarium pariter in Cata-
logo pag. 746. Hi duo postremi dum *Heliodorum* Altinatem episcopum
a *Chromatio* ordinatum tradunt, omnino falluntur; nam in Concilio
Aquilejensi A. D. 381. *Heliodorus episcopus*, *Chromatius presbyter*,
non episcopus, interfuerunt. Quin ergo *Heliodorus* a *Chromatii*
decessore *Valeriano*, ordinatus fuerit, dubitari nequit. Hieronymus
epistolas utrique inscribens, *Chromatium* *Heliodoro*, non ut juniori,
sed ut ejus metropoli contributo præposuit: quod fortasse non intel-
lectum, memoratos auctores in errorem traxit. Quanquam in antiquio-
ribus Martyrologiis, *Chromatii* nomen non vidi, ejus tamen cultum
contra Bailetum, antiquissimum esse comperio; etenim invocatur in
Litanis majoribus, quæ ex libro Hieronymi de Sanctorum Nataliciis,
collectæ dicuntur, in Operibus Alcuini pag. 281. Has Litanias puto lau-
dari a Walafrido Strabone cap. XXV. de Rebus Ecclesiasticis. Invoca-
tur etiam in superioribus Litanis Mss. post Psalterium in codice sæculi XII.
Bibliothecæ Passionæ. Claudius Castellanus Canonicus Parisiensis, vir de
Sanctis egregie meritus, quorum nominibus ex antiquitate eruendis,
restituendisque, immortalis est, in Martyrologio universali die II. De-
cembris pag. 612. *Chromatium* recenset, ratus ante Gregorium XIII.
in nullo Martyrologio repertum; tunc enim Baronius, inquit, Romano
illum inferuit. Sed longe antea non solum in Catalogo Sanctorum,
quem episcopus Equelinus confecit A. D. 1270. sed ante Baronium Jo:
Cabilonenfis Episcopus in Topographia Sanctorum post Martyrologium
Maurolyci, immo & Maurolycus Martyrologio suo eum inferuerat die
XI. Augusti. Ante Maurolycum Petrus Natalis in Catalogo Sanctorum
etiam meminit. In Martyrologio Ufuardi, quod Hermannus Grever
Cartu-

Cartusianus vulgavit Colonie typis Jo. Roelhoff Lubecensis A. D. 1490. S. CHROMA-
 recensetur *Chromatius* noster die XVII. Augusti apud Sollerium pag. 461. TRUS.
 alia utique ex causa, quam propter obitum. Lib. III. C. IV.

CAPUT IV.

I. *Homilia* XIII. *Sancti Chromatii in unum opus confiat*. II. *Car & a quo primum dictus episcopus Romanus*. III. *Homiliarum earundem omnino est auctor*. IV. *Viri docti eas laudant*. V. *A Magdeburgensium calumniis vindicata*. VI. *Illarum stilus & scopus*. VII. *Scripta Chromatio supposita*.

I. **E**X scriptis, quæ *Chromatio* pietatis & doctrinæ laudem pepererunt, *Homilia* seu sermones duodeviginti in *Evangelium* Sancti Matthæi, adhuc supersunt; in quibus voluntariam paupertatem, puriorem doctrinam, & christianam perfectionem *vir pietate & eruditione clarissimus*, uti cum vocat Sixtus Senensis, Fidelium animis inserere studet. Hæc opuscula Jo. Sichardus una cum Symmachi Papæ Apologetico ex *vetustissimo codice* Matthæi a Saræ castro Trevirensis, ut testatur in præfatione, sub hoc titulo primus omnium vulgavit: *Chromatii doctissimi episcopi Romani in V. & VI. caput Matthæi dissertatio, atque in eodem genere declamatio: quæ nunc primum sunt eruta, & in lucem edita. Basileæ apud Adamum Petrum mense Martio MDXXVIII.* in 8.º Primam hanc editionem *Sichardi* correctam & suppletam ex codice antiquo Bibliothecæ Sancti Trudonis, & ex altero, a Laurentianis prope Leodium impetrato, Martinus Lipsius comparere iussit in *Micropreslytico veterum quorundam brevium theologorum*, Lovanii primum A. D. 1546. & postea Basileæ edito apud Henricum Petri anno MDL. pag. 412. Subinde Johannes *Hevoldus* hæc omnia inseruit *Orthodoxographis Theologia sacrosanctæ*, Basileæ vulgatis apud Henricum Petri anno MDLV. to. I. pag. 430. & etiam Johannes Grynæus suis *Monumentis Sanctorum Patrum Orthodoxographis*, ibidem impressis anno MDLXIX. to. II. 1192. Non ergo Lipsius *primus* omnium *Chromatii* homilias *luce donavit*, quod credidisse videtur Aubertus Miræus in elogiis illustrium Belgii scriptorum pag. 73. editionis I. Hæc tam minuta non adderem, nisi ab historiæ literariæ scriptoribus præteriri conspicerem, atque ita quodammodo iis inventi gloriam perire, qui primi *Chromatium* e membranis & latebris in lucem protulerunt. Mirari subit, a nemine criticorum hætenus visum, hanc eandem *Chromatii dissertationem*, ut vocavit *Sichardus*, sive *opusculum*, vel *declamationem*, aut *Commentariorum fragmentum*, ut cum Bellarmino & Labbeo tomo I. pag. 223. alii dicere maluerunt, nihil aliud esse, quam *duodeviginti Homilias* in unum confatas, quæ commode etiam *Traclatus* appellari possunt, ea phrasi, quo antiquos scriptores ecclesiasticos ad denotandas *Homilias*

S. CHROMA-
TII.
LIB. II. C. IV.

Homilias & conciones, usos animadvertit Franciscus Bernardinus Ferrarius lib. I. cap. II. de Ritu sacrarum concionum. Enimvero ubicumque apud *Chromatium* occurrunt hæc verba, vel his similia: *qui est benedictus in sacula*, ibi unaquæque Homilia singulatim absolvitur. Hujusmodi formula, Homiliis familiari, quæ semper exeunt in *δοξολογία*, sacras conciones terminari consuevisse, post *Erasmum* in præfatiuncula tomo II. operum Origenis, observat idem Ferrarius libro I. cap. xxxI. Chromatii *Homilias* in tres tantum *divisas* Laurentius Cumdius inferuit Bibliothecæ Homiliarum, per Gerardum Mesanum editæ Lugduni apud Junctas A. D. 1588. tomo II. pag. 1170. In sex vero dissectas Franciscus Combesius transtulit in suam Bibliothecam concionatoriam, Parisiis vulgatam apud Antonium Bertien A. D. 1662. tomo II. pag. 22. 94. 10. v. pag. 202. 424. to. VIII. pag. 344. 346. Omnes junctim compactæ exstant in Bibliotheca Patrum Margarini Bignei editionis II. Parisiensis A. D. 1589. tomo II. pag. 792. & tomo item II. pag. 151. editionis IV. Parisiensis A. D. 1624. & demum tomo V. pag. 976. editionis Lugdunensis Antissoniæ anni 1677. Facile autem fuit tot Homilias ignavia exscriptorum in unum coalescere, quum omnes & singulæ in explanando *Evangelio Sancti Matthæi* versarentur. Ergo vulgatam divisionem & nos sequamur. In opusculo I. est una tantum *Homilia*. In opusculo II. sunt xv. *Homiliae*, quarum postremæ aliqua desunt in fine; quæ in codicibus Mss. Sichardi & Lipsii etiam deerant. In opusculo III. quod est accephalum, sunt *Homiliae* II. Ex his omnibus *prima* tantum & *secunda* sunt de *oïo beatitudinibus*; quo nomine etiam reliquæ vulgo inscribuntur, perperam tamen.

II. In prima editione *Sichardi*, unde reliquæ manarunt, *Chromatius* dicitur *episcopus Romanus*. Hæc *Romani* appellatio hætenus ingenia Criticorum mirifice torfit. Etenim Sixtus Senensis in libro IV. Bibliothecæ, ab urbe *Roma*, Chromatii patria, ut ipse quidem putat, illam appellationem arcessit. Sed Baronius ad dies XXI. Junii, & II. Decembris, cumque eo Henricus Palladius lib. V. pag. 74. & lib. IX. pag. 157. aliique eisdem sequuti, ex *Roma secunda*, seu *Romana*, vel *Romatiana* civitatis elogio, quod *Aquilejæ* adhærisse non ambigunt, cognomenti originem trahunt. De hoc mihi postmodum in *Næta* quaerendum erit. Ab his longe discedens Paschasius Quesnellus ad ep. CXXIX. Sancti Leonis Magni §. 4. postquam audaçter in dubium vocasset, utrumne ejusmodi inscriptio *Chromatium* nostrum vere spectaret, subinde Gradenfis Ecclesiæ Patriarchatum, ex Aquilejensi ortum, memoria repetens, Gradensem antistitem, ut ab Aquilejensi, Langobardis subiecto, distingueretur, aliquando *Romanum* vocitatum affirmat. Suam in rem profert verba Paulli Diaconi sic scribentis in lib. IV. cap. XXXIV. de Gestis Langobardorum: *in Grados quoque ordinatus est ROMANIS Coudidians antistes*: eoque defuncto, ait, ordinatum patriarcham Epiphanium *ab episcopis, qui erant sub ROMANIS*. Baronius A. D. 605. §. IV. hos

§. iv. hos ipsos *Romanos*, perinde ac pro *catholicis* accipiendos, existimavit. At Quæfnellus, & ex eo Pagius A. D. 396. §. vi. Tillemontius etiam tomo xi. pag. 647. *veros Romanos Aufonios* intelligunt; five Aquilejæ veteris incolas, Gradum profectos, qui parent *Romanis* Aufonius, tum etiam, quia episcopi illi *erant sub Romanis*. Quominus hæc omnia verissima sint, Quæfnellus nequitiam dubitat. Hinc ipse *Romani* nomenclaturam post *seculum vii.* *Cbromatio* nostro Aquilejensi per anachronismum, a scribis adglutinatum, facile credit; scilicet, si eum audimus, tanquam *nomen, quod* (Scribæ illi) *communiter Aquilejensibus sui ævi episcopis tribui noverant*. Ita Quæfnellus, ex frivolis conjecturis, ne dicam meris commentis, res certas proferre studens; quam tamen Aquilejenses, aut Gradenfes metropolitans neque ante, neque post *seculum vii.* ullus unquam mortalium *Romanos* dixerit; illique episcopi, a quibus Gradensem patriarcham Gradi ordinatum narrat Diaconus, æque essent *sub Romanis*, ac *Gradus* ipsa, teste eodem Diacono. *Romanus* ergo ex hoc capite non magis Patriarcha Gradenfis, quam ceteri episcopi, qui eum ordinaverant. Hæc satis superque nos moneant, ut in recessu vocabuli quidpiam aliud latens investigare debeamus. Gradus, Istricæque provincie civitates, tunc Ecclesiasticæ huic Gradenfi metropoli contributæ, non veris *Romanis* nostris, ut ex rerum Italicarum ignoratione putavit Quæfnellus; sed *Græco Imperio* suberant, cui paullo ante finem sæculi viii. *Istriam* etiamnum paruisse, habemus ex epistola lvii. Codicis Carolini. Libros enim typis vulgatos potius, quam non editos, ut sunt *Annales Andrea Danduli*, Leonino critico opponam. *Istriam* denique Carolus Magnus sibi subegit, teste Eginardo in Vita cap. xv. quod Cointius A. D. 789. illigandum censet. Si autem Ravennates imperiali Exarcho suberant, ut patet ex *Paullo*, utique Græcorum Imperio, non *Romanis* Aufonius suberant. Id ipsum de Istris & Gradenfibus dicendum est. Ergo *Romani* isti sunt *Græci*. Hoc non solum discimus ex *Paullo Diacono*, qui etiam in Historia Miscella idem vocabulum frequenter usurpat, sed Iulacientius ex Liutprando in Legatione ad Nicephorum Phocam pag. 139. editionis Plantinianæ, juxta quem, *Romanorum* nomen Græcos Byzantinos sibi proprium fecisse in comperto est. Hoc ex aliis etiam auctoribus liquet apud Cangium in utroque Glossario, qui tamen in Græco to. ii. pag. 13 12. ex Novella xxi. Justiniani observat, hujus Augusti ætate qui Imperium capeffivit A. D. 527. nondum omnino invaluisse, ut Græci Byzantini, recepta appellatione, *Romani* dicerentur. Post Justinianum id. passim invaluit adeo, ut tandem apud Occidentales nomen *Romani* esset opprobrio, inquit Liutprandus. Jornandes tñm in libello de Rebus Geticis; tum in alio de Regnorum successione, & Isidorus in Chronico erz 416. Imperio subiectos, ipsumque Imperium, generatim *Romanos* & *Romaniam* vocitarunt. Hoc idem ex Græcorum scriptis alii docuerunt, & dudum Jo: Baptista Cotelerius in Monumentis Ecclesiæ Græcæ tomo I. pag. 752.

S. CHROMA-
TIUS.
LIB. III. C. IV.

pag. 752. Quare Græci Imperii Sedem Constantinopolim, & novam Romanam, & caput Romaniae dixerunt. Immo & regio Italica, ubi aulæ Byzantinæ Exarchi, post Gothos per Narsetem Patricium, Justiniani Augusti ducem omnino exactos, dominabantur, inde Romaniae, vulgo Romanagga appellationem obtinuit; contraquam Blondus aliique posteriores nugantur. David Blondellus in libro de Primatu pag. 539. Paulli Diaconi episcopos qui erant sub ROMANIS, eos, qui Græco Imperio parebant, secus ac Quenellus, egregie explicavit. Sed postmodum pag. 612. cum Blondo errans, Ravennati Exarchatui Romaniae nomen inditum tradidit, quod in jus Ecclesiæ Romanæ, Pippino & Carolo Magno auctoribus, transiisset. Hoc idem scripserat pag. 125. semel atque iterum lapsus; nam locus, ex Paulo adductus, aliiq; mox adducendi, tempora Pippino & Carolo ipso antiquiora, manifeste respiciunt. In codicibus Mss. Palatinis Paulli Diaconi lib. IV. cap. XLVI. Ravennates Romanos dicit, absque copula, adnotavit Janus Gruterus ad Historiæ Augustæ Scriptores latinos tomo II. pag. 170. in fine, ubi tamen in vulgatis Paulli editionibus legitur cum Ravennatibus ET Romanis, perperam interjecta copula. Idem Paullus lib. VI. cap. XLVI. Feroaldus, inquit, Spoletanorum ductor Classem, Ravennatum civitatem, invasa. Sed jussu Regis Liutprandi eadem ROMANIS reddita est; nempe Ravennatibus proxime nominatis. Gradenfes pariter non magis Romani fuerunt, quam Ravennates, quorum Exarchis obtemperabant. Hæc non ideo a me scripta sunt, quod Chromatium hoc sensu Romanum dictum fuisse arbitrer, sed quo sententiam Quenelli nullo modo ferri posse convincam. Enimvero palam est, Chromatium sæculi IV. scriptorem, præ aliis hoc significato Romanum dici non debuisse qua ætate non uni Græci, sed plerique omnes Romano Imperio subiecti pro Romanis reputabantur, unaque Ecclesia Romana, Romaniae Metropolis audiebat, ex Athanasio in Historiæ Arianorum pag. 364. totiusque Orbis Romani caput ex Coneilio Aquilejensi in Appendice Theodosiana apud Sirmondum tomo I. Operum pag. 743. Sic Epiphanius lib. I. Hæresi 121. §. II. Arium ait, prava doctrina sua auctus vir Paganus, totam Romaniam, occupasse. Similiter Possidius in Vita Augustini cap. xxx. Vandalos Africanos depopulantes, Romaniae everfores appellat. Ex his constat, Romani cognomentum, Chromatio affixum, aliunde explicandum. Sicardus in epistola nuncupatoria ad Sigismundum Illungum testatur, Chromatium perhonorifice laudari, & ejus operis magnam partem percerferi ab Albino in libello contra hæresim Felicis. Folio deinde 59. pag. 2. ad hunc locum de divinitate Filii Dei, non per adoptionem gratia, neque per religionem creatura, sed sui proprietate generis, & veritate nature, hæc in libri margine adnotavit: citatur hic locus ab Albino contra Felicem ex Chromatii libello de Oïo beatitudinibus. Hanc notam suam postea editioni Martinus Lipsius etiam adposuit. Quum frustra hæc inter opera Albini, cognomento Alcuini, typis expressa quævissem, tandem reperi in codice 290. nunquam

quam edito, inter Palatinos Bibliothecæ Vaticanæ, qui inscribitur: *S. CHROMATIUS*.
Albinus contra hæresim Felicis, & septingentis ab hinc annis exaratus videtur: Ibi inter alia Patrum Latinorum testimonia fol. 12. hæc recitantur: Chromatius quoque Sancta Romanæ Antistes Ecclesiæ, in libello, quem de octo Beatitudinibus scripsit, ita dicit: in mysterio enim baptismi & filius videtur in corpore, & Spiritus Sanctus in specie columbæ descendit, & vox Patris de cælis auditur, ut Trinitatis unitas declaretur, quia nec Pater sine Filio intelligi potest, nec Filius sine Spiritu Sancto cognosci. Vide igitur quale Patris de Filio testimonium se dicentis: hic est filius meus. Suus utique non per adoptionem gratia, neque per religionem creaturæ, ut hæretici volunt, sed sui proprietate generis, & veritate naturæ. Multi enim Sanctorum filii Dei dicuntur & sunt. Sed hic sine comparatione unus Deo Patri Filius unigenitus, & verus & proprius, non aliunde quam de Patre natus, quia tam verus Pater est, quam verus & Deus est, sicuti etiam verus Filius est, quam verus est Dominus. Perfecta ergo fides est Trinitatis ostensa, cum & Pater Christum Dominum, ac Deum nostrum filium suum esse testatur, & Spiritus Sanctus, idest Paracletus in tanto Fidei Sacramento Patri filioque conjungitur, ut verum Patrem, verum Filium, verum etiam Spiritum Sanctum, credere tres personas, sed unam divinitatem Trinitatis, unamque substantiam non dubitemus. Illustrem hunc locum eo lubentius attuli, quod totidem verbis legatur in Homilia ultima Sancti Chromatii, quæ est de baptismo Christi pag. 990. editionis Anissonianæ, qua utor. Alcuinus ergo, qui, more suo, poetice loqui solet, postquam laudasset Alexandri Constantinopolitani episcopi literas ad Alexandrum Alexandriam antistitem, pro Fide catholica scriptas, statim præ aliis Romanæ, idest Latine Ecclesiæ Patribus, Augustino, Isidoro, & Leone, Chromatii Aquilejensis episcopi doctrinam Felici Urgellitano opponens, non patriæ, aut Sedis, sed Occidentalis seu Latine Ecclesiæ nomen indicare voluit Romana antistitem Ecclesiæ appellando. Hinc Siebardus eundem Chromatium eo Romani cognomento donavit. Non enim Alcuinum, sua ætate doctissimum, veterum formularum & historiarum pontificalis adeo ignarum fuisse putaverim, ut Chromatium ex elogio sancti & venerabilis Pape, quo Hieronymus eundem ornavit in præfatione libri Paralipomenon, & initio Commentarii in Abacuc, ideo Summum Pontificem fuisse crederet. Eodem plane Alcuini intellectu Hieronymus, qui fuit Dalmata, in epist. LVIII. ad Damasum, de tribus tunc Antiochenis episcopis trium hypostasion confessionem ab eo exigentibus loquens, novellum, inquit, a me, homine ROMANO, nomen exigitur. Pro Romano Latinum intellige. Pari pacto Gelasius Cyzicenus in lib. I. de Actis Nicænæ Synodi cap. I. Concilium Nicænum II. Actione I. & Photius codice LXXXIX. Rufinum, presbyterum ecclesiæ Aquilejensis, Romanum dixerunt. Anne hinc Rufinum nostratrem Romanum, idest Romanis subiectum cum Quæsnello, vel stricto sensu, & vere Romanum intelligemus?

S. CHROMATIUS.
LIB. II. C. IV.

Non certe. Sed neque inter *Latinos* episcopos ullus *Chromatius* reperitur, doctrina & sanctitate conspicuus, cui laudata opuscula jure tribui possint, præterquam huic nostro: quem Hieronymus, vir tantus, in præfatione ad libros jam dictos *episcoporum doctissimum*; iterumque *episcoporum sanctissimum atque doctissimum* honoris causa appellavit. Petrus Castellanus in Lexico Hagiologico ante Origines Gallicas Ægidii Menagii memorat quidem *Sanctum Chromatium* Metensem episcopum, sed quem sæculo sexto floruisse testatur. Mallem Bollandiani scriptores de *Chromatio* siluissent tomo IV. Junii pag. 246. §. 10. Quid enim levius, quam dicere, titulum *episcopi* ei vere *Romano*, allini potuisse? vel ex *Comano* a librariis *Romanum* factum? *Comana*, civitas episcopalis, duplex fuit, una in Armenia minori, altera in Ponto, utraque in Cappadocia. *Comaniam* etiam ad Istrum obtrudunt. Hæc tamen *Comania*, vel *Comania*, seu *Commania*, de qua Cangius ad Villharduinum pag. 336. est regio, Valachiae partem constituens, non urbs episcopalis. *Comanos* Hungariae populos dicit Pius in notis ad Antonium Panormitam de Dictis & Factis Alphonsi Regis lib. IV. cap. 32. Atqui *Chromatius*, si vera hæc essent, non latine sed *Græce* scribere debuisset. Appage frigidæ hujusmodi conjecturas, tantis viris indignas! Ni fallor, hæc fatis produnt, ea non raro Criticis primæ notæ negotium facessere, quæ, si interius spectes, vulgaria omnino & plana esse noscuntur.

III. Hæc scripta, quæ *Chromatii* nostri esse contendimus, quin sint antiqua & probatissimi auctoris, dubitari nequit, judice Tillemontio tomo XI. pag. 539., qui & *Chromatii* nomini illa undequaque respondere arbitratur, & Sixto Senensi assentitur, ab eruditionis & pietatis copia eadem commendanti. Illorum antiquitatem multa confirmant.

1. Testimonia sacræ Scripturæ, ibi, ex more veterum Patrum, frequentissime recitata, non quidem ex versione vulgata Hieronymiana, sed ex prisca Itala, inque veteri testamento auctor sequitur LXX. Interpretes, quod Martino Lipsio pariter observatum pag. 412.

2. De Gentilibus, tanquam de adversariis, adhuc exstantibus, auctor differit; nam Opusculo I. pag. 977. illud: *beati pacifici, de pace intelligi ait, quæ domines Gentiles, qui inimici sunt Dei, per instantiam doctrinæ, adducuntur ad pacem, quæ peccatores emendantur, & Deo per penitentiam reconciliantur*: Opusculo II. pag. 981. *habemus, inquit, adversarios & Gentiles, qui Fidei nostræ adversantur: qui nos interdum tempore persecutionis ad nefanda sacrificia cogunt*. Item, pag. 985. ad illud Matthæi v. 41. *quicumque angariaveris te mille passus, vade cum illo adhuc alia duo, ita differit: idest, ut quicumque Infidelis, vel necdum cognitionem veritatis consequutus, de uno Deo Parre, verum omnium conditore, velut per iter legis ingressus, non fecerit mentionem, vadas cum illo adhuc alia duo*. Porro Noricos regionem Aquilejensi conterminos, adhuc *Infideles*, seu *Gentiles* quinquaginta circiter annis post *Chromatium* ad Christianam fidem convertit Severianus, propterea

pterea *Noricorum Apostoli* elogio honestatus in Fastis Ecclesiæ Romanæ die VIII. Januarii. *Chromatio* æqualis *Rufinus*, qui suam eidem Historiam dicavit, de Gentilibus seu Pagauis, tanquam de hostibus religionis Christianæ, tunc adhuc exstantibus, loquitur in Expositione Symboli: *sed Pagani solent irridere nos*. Ad hæc, *Chromatio* superstite, Sifinnius & focii, a Gentilibus oppressi, martyrium subierunt in provincia ecclesiastica Aquilejensi prope Tridentum A. D. 397. Vide Acta Ruinarti pag. 608. Ejusdem ætatis *Nicetas* subdiaconus Aquilejensis, & postea *Romanus* civitatis in Dacia episcopus, librum edidit de *Gentilitatis erroribus* apud Gennadium in Catalogo cap. xxii.

3. In fine postremæ Homiliæ pag. 990. contra ejus temporis hæreticos Arianos, verbis, ex Alcuino superius adductis, divinitas Filii Dei strenue defenditur. Hæc nulli *Chromatio* congruunt, præterquam nostro, quem in Concilio Aquilejensi A. D. 381. contra *Palladium Arianum* disputasse observavimus; quemque *Ariani dogmatis virus ab urbe Aquileja* exclusisse scribit Hieronymus epist. vii. alias XLIII.

4. Initium primæ Homiliæ, in populi frequentia recitatæ, tale est: *dat nobis, Fratres, conventus hic populi & mercatus frequentia occasionem proponendi sermonis Evangelici*. Hæc nimium quantum *Aquileja* conveniunt, ubi frequentes nundias haberi solitas ob finitos populos, illuc mercimoniorum causa confluentes, inde colligitur, quod *Aquileja* tunc esset totius *Venetia* metropolis, teste Jornande de rebus Gothicis cap. xlii. & Paulo Diacono de Gestis Langobardorum lib. i. cap. xiv. Quare a Juliano Imperatore orat. I. *Italorum emporium opulentum*, a Liutprando hist. lib. ii. cap. i. *prædives* vocatur. *Mela* lib. i. cap. iv. tanto ante, ut *ditem*, & Ammianus lib. xxi. cap. xi. *ab opibus* celebraverant: Porro levissimum est, quod ex silentio Hieronymi ad abjudicandas *Chromatio* Homilias adfert Labbeus; nam præterquamquod Hieronymus Catalogum suum non condidit post *Chromatium*, sed illo adhuc superstite A. D. 392. qui fuit Theodosii xiv. ut contra Scaligerum & Valesium evincit Pearsonius in Vindiciis epistolarum Sancti Ignatii par. I. cap. vi. Viro maximo, brevem Catalogum scribenti, omnia omnium opera præsto nequaquam fuerunt, quod ipse ait in præmiis: *Si qui autem de iis, qui USQUE HODIE scriptitant, a me in hoc volumine PRÆTERMISSI sunt, sibi magis, quam mihi imputare debebunt. Neque enim eelantes scripta sua, de his, quæ non legi, nosse potni: & quod aliis forsitan se notum, mihi IN HOC terrarum angulo fuerit silentii dispensio suspirabunt*. Hæc Hieronymus scribebat, ubi *Chromatii*, licet amici, Homilias, necdum forte editas, aut scriptas, omnino ignorabat. Idem est judicium de Gennadio, Isidoro, aliisque nomenclatoribus exsteris, qui nec de Mario Mercatore, Sancti Augustini amico, nec de Sancto Gaudenzio, Brixia episcopo, & *Chromatii* æqualis, nec de Petro Chryfologo meminerunt. Eorum tamen opera genuina

S. CHROMATIUS. ad nos pervenisse, quis nescit? Jam vero illustrium virorum sententias de *Chromatii* lucubrationibus perpendamus.

LIB. III. C. IV.

IV. Sichardus in epistola ad Iffungum, *dispeream*, inquit, *si non Chromatius hic sit dignus, qui non solum legatur ab eruditis; sed & edificatur; tanta est sermonis elegantia, & tractandi hujus argumenti dignitas! Divine exsequitur ea fere omnia, quæ hodie sunt de baptismo ac juramento vocata in controversiam.* Sichardo his plane verbis concinnit Martinus Lipsius in *Micropresbyterico* pag. 412. *Chromatium nunc quasi de novo redditum orbi, suscipe, qui, ut præteream interim alia; de octo illis apud Matthæum beatitudinibus ita scribit diserte & sancte, ut non legi solum ab erudita pietatis cultoribus, sed etiam edisci ad verbum re vera dignus sit; tanta est in tractando dexteritas & acrimonia.* Heroldus in enarratione auctorum, quibus constant ejus *Orthodoxographia theologia Sacrosanctæ* num. xxvii. *Chromatius*, inquit, *sive is papa (quod vocabulum ea ætate senioribus & ecclesiæ præfatis dabatur) sive episcopus fuerit, certe de octo beatitudinibus in Dominicæ orationem scripsit & eruditione, & pietate insignia commentaria.* Iterum pag. 433. ejus Homilias, ut *eruditione pariter & pietate insignes*, commendat. Johannes Jacobus Grinæus in præfatione ad *Monumenta Sanctorum Patrum orthodoxographæ*, ait, *Chromatium elegantæ demagogiæ (id est oratione ad populum) octo beatitudines exposuisse.* Nicolaus Serarius in notis ad epist. I. Sancti Bonifacii Martyris pag. 292. inter veteres patres, qui libri Ecclesiastici auctorem non Jesum filium Sirach, sed Salomonem faciunt, *Chromatium* ponit ad caput v. & vi. Matthæi. Caspar Barthius *Chromatiana* hæc scripta tantum fecit, ut in eorum locis nonnullis erudite illustrandis ingenium occupaverit. Nam in Adversariis lib. xxxii. cap. iv. versiculos, qui auctoribus exciderunt improvisi, neque studio eo contententibus, detegens, hos reperit in opusculo I. pag. 977.

..... *bic*
Noster mercatus, hæc nundina spiritualis.

Lib. xxxv. cap. xiii. observat, *Chromatium* opusculo II. pag. 978. col. 2. *misereri* cum dandi casu usurpasse: quod alii etiam Christiani scriptores non illibentes fecerunt, ut Sanctus Cyprianus ad Demetrianum ex propheta: *nolite misereri senioribus atque juvenibus.* Sic Corippus & Petrus Pictavenfis ibidem apud Barthium. Nec silentio prætereundum quod Barthius lib. l. v. cap. iv. de voce *Mammona* apud Matthæum vi. 24. in medium profert. Nam post variorum sententias, qui *Mammonam* opes interpretantur, hæc subjungit: *mibi autem non videtur quispiam Evangelistæ locum exposuisse melius Chromatio, cujus hæc verba sunt, ait Dominus: non potestis Deo servire & Mammona, ostendens, nos non posse & Deo servire & Diabolo; id est Deo, misericordiæ auctori, & Diabolo, Mammonæ. Mammona, id est Diabolus, qui auctor est Mammonæ.* Hæc profert apud *Chromatium* opusculo II. pag. 989. Ad

hæc

hæc Barthius animadvertit, a Gennadio Constantinopolitano *Mammam* haberi pro *diabolo* in his verbis epistolæ Synodalis: *non enim fieri potest, ut quæ coire non possunt, committantur, aut Deus consonet cum Satana, aut huic servientes servire & Deo. Est enim & hæc dominica, citraque controversiam, sententia: non potestis Deo servire & Mammonæ.* Idem porro Barthius in notis ad Phæbadii Aginensis episcopi sermonem contra Arianos pag. 51. eodem modo Chromatii *Sermonem de octo Beatitudinibus* pro libro dici, & vulgo perperam *declamationem*, a Sichardo nimirum, inscribi observavit: A Barthio ad Sixtum Senensem gradum faciamus. Is in Bibliotheca Sanctæ *Chromatii* nonnulla loca cum veterum Patrum sententiis conferens, quæ perceptu difficilia videbantur, luculenter explanat. Tale est opusculo il. pagina 984. de lege conjugii, ubi postquam dixisset, non licere dimittere uxorem *absque fornicationis causa*, ita subiungit: *Sed sicut uxorem caste ac pure viventem dimittere fas non est; ita quoque adulteram dimittere permixtum est, quia ipsa, mariti consortio fecit se indignam, quæ in corpus suum peccando, Dei templum ausa est violare.* Dupinus tomo tertio Bibliothecæ sæculo v. putat, *Chromatium* heic de divortio ita loqui ac si novum matrimonium, dimissa uxore adultera, contrahi posse existimaret. Tillemontius tamen tomo xi. nota il. ad Chrom. pag. 647. verbis Evangelistæ Chromatium nihil addere observat, hac questione nondum fortasse tunc excitata. Rei propius accedit Sixtus lib. vi. Adnot. lxxxxi. *Chromatio* plerosque veterum Patrum concinere animadvertens, Hilarium, Chrysostrum, Augustinum, Euthymium, & Theophylactum: qui maritis quidem concedunt & aliquando præcipiunt, ut uxores adulteras, præcipue correctionem aspernantes, procul ejiciant ac repudient; sed novam ducere conjugem nec suadent, nec permittunt. *Chromatius* paullo infra videtur jusjurandum non adprobare; unde, inquit, *jurare nos prorsus non convenit. Quid enim unicuique nostrum jurare necesse est, quum nobis mentiri omnino non liceat, quorum verba ita vera semper, ita debent esse fidelissima, ut pro juramento habeantur? Et ideo Dominus non solum pejorare, sed etiam jurare nos prohibet, ne tunc tantum videamur verum dicere, quum juramus; ne, quos veraces in omni sermone esse constituit, putaremus sine juramento licitum esse mentiri. Juramenti enim hæc causa est, quia omnis qui jurat, ad hoc jurat, ut quod verum est loquatur: & ideo Dominus inter juramentum & loquelam nostram nullam vult esse distantiam, quia sicut in juramento nullam convenit esse perfidiam, ita quoque in verbis nullum debet esse mendacium, quia utrunque & perjurium, & mendacium divini judicii pænis damnatur.* Ita *Chromatius*: cujus verba expendit Sixtus lib. vi. adnotat. xxvi. cum aliis his similibus Sanctorum Patrum sententiis, arbitrantium non licere absque necessitate jurare, sive etiam jurijurando asuescere, idemque contemnere. Apposite Ambrosius in Exhortatione Virgi-

S. CHROMATIUS.
L. III. C. IV.

S. CHROMATIUS. Virginitatis cap. xi. non jurandum facile; quia plerumque multi casus accidunt, ut non possimus implere quod juraverimus. Qui autem non jurat, utique non pejerat. Qui autem jurat, aliquando necesse est, ut incidat in perjurium, quia omnis homo mendax. Noli ergo jurare, ne incipias pejerare.

V. Hucusque dicta, me monent, ne ab hæreticorum Magdeburgensium calumniis sanctum Chromatium vindicare obliviscar. Eius enim antiquam & vere Christianam doctrinam, utpote suorum dogmatum novitati adversantem, traducere non sunt veriti duce Illyrico, de quo proditum est, nihil unquam boni fecisse, nisi quum ex hac vita migravit ad Inferos. Itaque Centuria iv. cap. x. de quibusdam doctrina partibus incommode & periculose eum loqui blaterant, quod in operibus mereri homines justitiam affirmat. Hæc tamen abunde discussit Robertus Bellarminus in to. iv. Controversiarum lib. v. de Justificatione cap. ii. Quare ne actum agam, illuc mitto lectorem. Aegre etiam ferunt, Chromatium nimium extollere & urgere voluntariam paupertatem, quasi per eam divitias cælestis regni consequamur, ubi & pauperes spiritu eos interpretatur, qui ultro bonis sæculi renunciant, & substantias suas erogant. Sed Christus Dominus hoc ipsum commendat apud Matthæum cap. xix. Si vis perfectus esse, vade vende omnia, qua habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo. Ibidem ajunt Apostoli: ecce nos reliquimus omnia, & sequi sumus te. Verum quidem est, locum cap. v. beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum, a Sanctis Patribus in alium sensum etiam trahi, nempe in humilitates spiritus, ut a Sancto Augustino in Psal. lxxi. cap. xxiv. & Sermone lxxi. cap. i. in Matthæum. Sed frequentius de voluntaria paupertate id secundum literam ceteri exponunt, ut Sanctus Hieronymus, beati, inquit, pauperes, qui propter spiritum sanctum, voluntate sunt pauperes. Gregorius Nyssenus de beatitudinibus loquens Orat. i. tomo i. Operum pag. 771. edit. Parisiensis 1638. Vis, ait, intelligere quis pauper spiritu sit? Qui corporalem opulentiam animæ divitiis permutat; qui propter spiritum egenus est; qui terrenas divitias veluti quoddam onus excussit, & abjecit. Basilius Magnus in Regula ad Monachos, Interrogatione CXXV. ex versione Rufini, eodem modo Matthæum declarat: Si sunt pauperes spiritu, qui non alia aliqua causa pauperes sunt, nisi propter doctrinam Domini, dicens: Vade vende omnia, qua habes, & da pauperibus. Augustinus quoque contra Petilianum lib. ii. cap. civ. docet voluntariam paupertatem ad perfectionem Christianam pertinere, eandemque extollit lib. v. cap. xviii. de Civitate Dei. Alios Patres in eandem sententiam coeuntes, præter hos, congerit Bellarminus to. iv. Controversiarum lib. ii. de Monachis cap. xx. inter quos & Chromatium appellat. Quamobrem Nicolaus Zegerus explicationem de voluntaria paupertate jure præcæteris adprobat, tum quia Lucas vi. 20. Spiritus vocabulum non adje-

cit, tum

cit, tum quia utrobique est *αἰσῶσι*, quod proprie *Mendicor* designat. S. CHROMATIUS. Itaque temere *Erasmus* Bedam aīosque de voluntaria paupertate, non *coactius & alienius*, ut ipse ait, sed proprie illud interpretantes, redarguit, & de *humilitate* seu modestia tantum intelligendum affirmat. L. III. C. IV.

Proinde *Chromatii* doctrina evangelicæ omnino respondet, neque alia ab ea est, quam semper Ecclesiæ doctores ex ore Domini nostri Jesu Christi una voce tradiderunt. Eiusdem sunt fursuris, quæ subinde in *Chromatium* hæretici Magdeburgenses effutiunt quia *gradus beatitudinum*, quos *evangelicos* vocat, comparat *scala Jacobi*, per quam qui *ascendat*, *portam inveniat cæli*. Hac censura nihil ineptius & absurdius dari ex subjectis *Chromatii* verbis opusc. I. pag. 976. col. I. patebit: *gradus*, inquit, *quosdam firmissimos ex lapidibus pretiosis sternit quodammodo Dominus Salvator*, per quos *sanctæ animæ & fideles* repere possint, & *ascendere ad summum illud bonum, idest regnum cælorum*. Breviter igitur, *fratres carissimi, qualitates graduum cupio demonstrare*. Singulis deinde beatitudinibus enarratis, ita concludit pag. 977. col. I. *ostensi sunt, fratres, octo gradus evangelici extructi ex lapidibus, ut dixeram, pretiosis: ostensa est illa scala Jacobi, cujus cacumen de terra pertingebat ad cælum, perquam qui ascendebat, portam invenit cæli, ac per eam ingressus sine fine in conspectu Domini latus adstabit*. Quis non agnoscat sapientissimum Episcopum lingua vere evangelica hic loqui? Verum *Sectarii* iterum *Chromatio* succensent, quia in dicto illo: *recti inhabitabunt terram, & Sancti habitabunt in ea*, intelligit *terram, corpus Sanctorum transfiguratum*. Nam opusculo II. pag. 978. col. 2. declarans qui sint *mites* apud *Matthæum*, ita disserit: *hujusmodi ergo mites, beatos ostendit, quibus non in præsentī vita, sed in futura possessionem terræ illius felicitis repromisit, de qua dictum legimus in Psalmo: Mansueti autem possidebunt terram & delectabuntur in multitudine pacis. Et iterum: qui expectant Dominum, ipsi hereditate possidebunt terram: de qua & per Salvatorem Spiritus Sanctus testatur dicent: quoniam recti habitabunt in terra & Sancti habitabunt in ea. Hos ergo mites Dominus beatos ostendit, qui lenitatem mansuetudinis Dominicæ sequentes, beatæ illius terræ hereditate, perpetua fruitione fruuntur. Maxime tamen de terra nostri temporis loquitur, in qua Sancti transfigurati in gloriam, secundum Apostolum, Spiritum Sanctum æternitate regnabunt*. In hac enarratione quid a vera fide & religione alienum occurrit? Sed *Magdeburgenses Chromatio* nondum parcunt. Hæc enim addunt: *in expositione dicti: esto consentiens adversario tuo cito, ait, se accedere opinioni eorum, qui adversarium, Spiritum Sanctum esse docuerunt*. Sublestæ fidei censura, non prius tamen excipienda, quam perpenis ipsis verbis *Chromatii* ex opusc. II. pag. 982. col. 2. Explicatur ille dictum *Matthæi* v. 45. *Esto consentiens adversario tuo cito, dum es in via cum eo, ne forte tradat te adversarius judici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris*, varias profert auctorum sen-

S. CHROMATIUS.
LIB. III. C. IV.

sententias de voce *adversarius*, quem alii pro inimico, ad pacem revocando, alii pro diabolo accipiunt: quibus recitatis hæc statim subjungit: *alii vero, quorum assertio plenior mihi videtur, adversarium hic Spiritum Sanctum existimant intelligendum: qui adversatur vitiis & de desideriis carnis, secundum quod manifestat Apostolus dicendo: Caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem: hæc enim sibi invicem adversantur, ut non quæcumque vultis illa faciatis; spiritus enim cælestis desiderat, caro terrena concupiscit; spiritus donis spiritualibus gaudet, caro vitiis corporalibus oblectatur; unde & Apostolus ait: nolite contristare Spiritum Sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. Huic, credo, adversario peccati, & erroris humani, suadenti quæ justa & sancta sunt in omnibus obedire nos, Dominus præcepit, dum cum illo sumus in via, idest in comitatu vitæ præsentis, ut æternam pacem & perpetuam societatem cum eo habere possimus. Ita Chromatius, aliorum interpretum in hujusmodi explicatione sententiam amplexus: in qua profecto nihil non catholicum reperitur. Sanctus Paulinus Nolanus Epist. xxxvi. alias xx. ad Amandum pari modo, ac Chromatius, locum Matthæi se intellexisse demonstrat his verbis: *Neque septem dies luctus noster excedat, si consentiamus in hujus vitæ via ADVERSARIO nostro, idest spiritui, ac verbo Dei, quod nobis peccantibus adversatur.**

VI. Hæc quæ dixi, planum faciunt, ad regulas integerrimæ fidei, & spiritu vere Apostolico, Homilias Chromatii fuisse conscriptas. De earundem stilo aliqua etiam dicamus. Non utitur charactere sublimes, sed plano, proprio, æquali, concinno, minimeque vulgari: qui nimirum convenit Episcopo, ad populum suum verba facienti. Dictionis est selecta & nitida, ratiocinatio, rei, de qua agitur, maxime adcommodata, ita ut jure & merito Natalis Alexander in Sæculo IV. cap. III. Artic. XXXII. Scripta Chromatii *elegantissima* dixerit. Considerationes perutiles sunt, explicationes, ad mores præcipue directæ, & literales, quibus præ allegoricis studuisse videtur. Orationem Dominicam explanat, voluntariam paupertatem, amorem erga proximum, elemosynam, jejunium, ceterasque virtutes commendat, de quibus Salvator in monte disseruit. In ultimo opusculo seu Homilia XVI. loquitur de efficacia baptismi Jesu Christi. Primi opusculi Homiliæ, perspicuitate & doctrina morum, ceteris præstant. Ita ferme Dupinus in Bibliotheca tomo III. & Tillemontius tomo XI. pag. 539, 647. Franciscus Lucas, inter Patres Latinos eo sæpe utitur in suo Commentario in Matthæum cap. V. pag. 62. 63. 65. 66. 79. Hadrianus Bailletus in vitis Sanctorum die II. Decembris stilum Chromatii instruendo magis, quam movendo aptum fuisse arbitratur, sed utrunque ex ejus Homiliis apparere nemo non videt.

VII. Cave, *Chromatium* metiaris a literis ad Hieronymum de Nataliis Sanctorum, quæ sub ejus & Heliodori nominibus una cum Hieronymi

nyimi ad eisdem responso, circumferuntur a tempore usque Walafridi Strabonis, ut ipse his verbis innuit cap. xxviii. de Rebus ecclesiasticis: *Litania autem Sanctorum nominum, postea creditur in usum assumpta, quam Hieronymus Martyrologium, sequutus Eusebium Casareensem, per anni circulum conferipit, ea occasione ab Episcopis, Chromatio & Heliodoro, illud opus rogatus componere, quia Theodosius religiosus Imperator in Concilio Episcoporum laudavit Gregorium Cordubensem Episcopum, quod omni die missas explicans, eorum martyrum, quorum natalicia essent, nomina plura commemoraret.* Walafridus hæc hausisse videtur ex epistolis, quæ Chromatii, Heliodori, & Hieronymi nomina in vetustis codicibus Usuardi mentiuntur. Harum falsitas olim suboluit Erasmo, qui in fine Indicis pseudepigraphorum indoctiorum, ut vocat, Hieronymi, comperimus, inquit, *Martyrologium, præfixa Hieronymi præfatione, Langobardicis scriptum literis; sed alia quadam lingua, quam Latina, Hispana opinor; plerisque vocibus in aliam formam deflexis ac depravatis.* Utramque epistolam explodit Johannes Molanus in cap. ii. de Martyrologiis, & Baronius etiam cap. vi. & vii. de Martyrologio Romano. Sed Franciscus Maria Florentinus in Admonitionibus præviis ad Vetusius Martyrologium ab se editum, earundem Epistolarum patrocinium suscepit. Quia vero Baronius pro fabuloso habet Concilium illud Mediolanense in Chromatii Epistola memoratum, ad quod Theodosius universos Italiæ Episcopos invitasse dicitur ob causam aliquantorum Episcoporum, qui Ariana face suas animas inquinaverant, ideo Florentinus in eo est pag. 60. ut illud esse persuadeat, quod Baronius A. D. 390. §. vii. celebratum refert Mediolani. At vir doctus observare neglexit, in eodem Concilio non de Arianis, sed de Priscillianistis, deque Episcopis olim per hæreticos suis e sedibus pulsis, actum fuisse, ut notat Pagius A. D. 390. §. x. Nec sane de aliquantibus Episcopis Ariana face inquinatis in eo agi potuit, si Sanctus Ambrosius Italiæ partem, huiusmodi peste contaminatam, jam pridem purgaverat, teste Hieronymo in Chronico Olympiade cccxxxviii. A. D. 376. secundum Eusebium, ubi post mortem Auxentii Ariani, Ambrosio Mediolani Episcopo constituto, hæc scribit: *omnis ad veteram fidem ITALIA convertitur.* Ambrosius Epist. xiv. A. D. 382. scripta ad Theodosium, id ipsum his verbis confirmat tomo ii. operum pag. 818. *Laborem quin etiam nobis indicendum putavimus, non pro ITALIA, qua jam dudum ab Arianis quietata atque secunda est, nec ulla hereticorum perturbatione vexata.* Idem in Lucam lib. ix. cap. xxxi. to. i. pag. 1501. quod opus scripsit A. D. 386. ex Pagio A. D. 376. §. i. *astus omnes, inquit, quibus ITALIÆ populus per Judaicam olim & Ariana proxime sevitatis incendia coquebatur, sereno jam spiramine temperantur.* Dum ait, *Italiæ populum incendiis Ariana sevitatis olim coctum, tunc sereno spiramine temperari, luculenter ostendit, eodem A. D. 386. illa incendia profus extincta non solum in uni-*

S. CHROMATIUS.
LIB. III. C. IV.

verſa Italia, quæ erat parva Mediolanenſis, ſed in toto etiam occidente, in quo præter Auxentium, paucos admodum ejus impietatis ſeſtatores fuiſſe, colligit Arnaldus Pontacus in notis ad Chronicon Euſebii pag. 742. 745. Hinc Sanctus Baſilius Epiſt. lxx. ad Epiſcopos Italiae & Galliarum, *hoc enim, inquit, hæreſeos malum cuncta deſepſit, & periculum eſt, ne vaſtatis Eccleſiis noſtris, & ad SANAM incolatus veſtri partem ſerpat.* Non recte ergo Florentinius pag. 59. incertum exiſtimat, an Italia reliqua ab iſce ſordibus fuerit purgata, quavis Sanctus Valerianus Aquilejenſis ab Eccleſiæ ſuæ ſinibus Arianifinum expellere laboraverit. Eaſdem etiam epiſtolas ſolæca & in paucis verbis denſa ſtribiligo, *Chromatio* prorfus abjudicant, ut *ſeriales pro Kalendaris*; item *perquirere cauſam, pro in crimen inquirere, & ex ſeſce inquinare*, cum aliis omnino barbaris: mirorque Florentinium, ut hæc ſordes *Chromatio* aſſingat, ſcribere non vereri, *Sanctum Epiſcopum ad Latini ſermonis candorem minus accurate incubuiſſe*, propterea quod *mercatum pro nundinis* uſurpaverit; quum tamen ea voce nihil latinum adferri poſſit, ſi latine proſecto ſapiunt Serenus & Varro apud Nonium verbo *Mercatus*, Plautus in Pænulo l. II. 126. & in Aſinaria l. II. 17. Reliqua non moror, quum ipſemet Florentinius pag. 69. ſateri tandem cogatur, epiſtolas nequaquam eſſe ſinceras; quanquam ruruſ erret, *omnia* eis contenta vera eſſe pronuncians: cujus ſententiæ falſitas ex jam dictis apparet. Fraudis originem puto hauſtam ex Caſſiodoro cap. xxxii. de Inſtitutione divinarum literarum, ubi laudat Epiſtolam Hieronymi ad *Chromatium* & Heliodorum, in qua paſſiones martyrum legebantur. Huic deperditæ nugator quiſpiam Epiſtolas ab ſe conſcriptas ſuppoſuit. Verba Caſſiodori hæc ſunt: *& ideo futurae beatitudinis memores vitas patrum, conſeſſiones fidelium, paſſiones martyrum legite conſtanter (quas inter alia in EPISTOLA Sancti Hieronymi, ad Chromatium & Heliodorum deſtinata, procul dubio reperietis) qui per totum orbem terrarum florere; ut ſancta imitatio vos provocans, ad cæleſtia perducatur.* Viden, in Hieronymi Epiſtola ipſa martyres recentos? Ergo alia fuit a Martyrologio, eoque longiuſculo, & breviffimæ epiſtolæ ſubjuncto, ut hodie contingit. Quare unicum Hieronymi *Epiſtolam*, a Caſſiodoro laudatam, *Chromatii*, Heliodori, & Hieronymi *litteras* eſſe non puto, quæ nunc exſtant: quod tamen cum Henrico Valeſio putavit Tillemontius tom. xxi. pag. 354. 355. Beda in Marcum lib. II. cap. xxvi. & cap. vi. Retractionis in Actus Apoſtolorum laudat Martyrologium Sancti Hieronymi. Sed Johanni Mabillonio in præſatione ad Acta Sanctorum Benedictina Sæculo IV. par. II. pag. lxxxv. incertum videtur, an Hieronymus *Martyrologium* aliquod ſcripſerit. Caſſiodori quidem & Bedæ ſententiæ adſtipulari tamen videntur, & *Litania*, *colleſta ex libro, quem beatus Hieronymus de Sanctorum per anni circulum natalicium conſcripſit*, inter opera Alcuini pag. 280. licet Sancti nonnulli, Hieronymo recentiores, ibidem, ab excerptori-

toribus, de more, fortasse additi, reperiuntur. Valeſius in Diſſertatione de Martyrologio Roſſveydi, Hieronymianum memorari putat apud Gregorium Magnum lib. v. i. i. epiſt. xx. i. Jacobus Uſſerius in Chronologia ſacra cap. ii. in fine non ambigit, quin Hieronymus, ut Chronicon, ita & Martyrologium Eufebii in Latinam linguam tranſtulit, quod ab Uſuardo, Adone, aliisque deinde auctum, retinuerit ſemper die xxv. Decembris, ab orbe condito uſque ad Natalem Chriſti, annorum numerum, ab ipſo Eufebio poſitum. Inde in univerſam occidentalem Eccleſiam Chronologiæ Eufebianæ uſus eſt propagatus, abſque ulla tamen veritatis Ebraicæ jaſtura; nam & in ipſo Chronico Eufebius codicum Ebraicorum calculum ſimul cum ſuo, diligenter adnotaverat, ſeriemque annorum mundi, ab Ebræis per quinquaginta Jubilæos dimenſam, propoſuerat. Sic ferme Uſſerius. Tres autem Martyrologii Hieronymiani codices ſuperſeſſe viri docti obſervarunt; ſed tamen poſt ipſum Hieronymum aucti. *Primum* laudat Bollandus to. I. Januarii pag. 46. *Secundum* octingentiſ ab hinc annis ſcriptum, iudice Mabillonio in Itinerario Italico pag. 188. edidit Florentinius Lucæ A. D. 1666. *Tertium* ex codice Corbejenſi vulgavit Lucas Dacherius in Spicilegio to. iv. pag. 617. Hoc loco non eſt ſilendum, ab Anonymo de *Curſibus* eccleſiaſticis (quo nomine ſtatas Eccleſiæ preces, quæ ſub Breviarii nomine per ſingulos dies decurri, ac recitari debent, majores noſtri ſignificaverunt) apud Henricum Spelmannum in Concilio Britannicæ to. I. pag. 177. *Chromatio* & *Heliodoro Curſus Orientalis* originem tribui. *Holſtenius* ad oram *Spelmanni* in Bibliotheca Angelica, ejuſdem Anonymi codicem 900. annorum eſſe ex Uſſerio adnotavit. Mabillonius in Diſquiſitione de *Curſu Gallicano* pag. 380. auctorem ex ſtilo ſubodoratus, Britonem aut Scotum facit, curſumque cum liturgia confundere arbitratur. De hoc noſtri Chromatii curſu nuſquam alibi quidquam legitur.

VIII. In eundem locum falſarum mercium referri debent aliæ epiſtolæ *Chromatii* & *Heliodori* ad Hieronymum, & Hieronymi ad eorſdem, quarum auctoritate otioſi homines pretium conciliare ſtuderunt opuſculis *de ortu ſive ſtirpe S. Mariæ*, & *de Infantia Salvatoris*, olim a Gelaſio I. Pontifice inter apocrypha relatis. Decretum enim de libris recipiendis nos Gelaſio alibi vindicavimus, & ſincerum edidimus. Jo: Albertus Fabricius in codice apocryphorum, Hamburgi impreſſo A. D. 1703. tomo primo inferuit eaſdem epiſtoſas, notis criticis confixas, exſtantque inter opera Sancti Hieronymi editionis Romanæ A. D. 1572. to. ix. pag. 398. & tomo v. pag. 444. Editionis Pariſienſis Jo: Martianeſi anni 1706. apud Claudium Rigaud. Voſſius etiam illas explodit in lib. ii. de Hiſtoricis latinis cap. xi. Graviffimi viri Melchioris Cani iudicium præſtat audire ex lib. xi. de Locis theologicis cap. vi. *hujus generis fabula etiam illa eſt inſuſa æque ac barbara de nativitate S. Mariæ ad Chromatium & Heliodorum epiſcopos*. Sixtus Senenſis lib. ii. Bibliothecæ de Matthæo agens totum ſcriptum Hieronymo abjudicat, & Baronius etiam in Apparatu §.

S. CHROMATIUS.
LIB. III. C. IV.

S. CHROMATIUS.
LIB. III. C. IV.

XLIV. Denique consulantur Christophorus a Castro in Historia Deiparæ Virginis pag. 704. Editionis Moguntinæ anni 1610. & Rosvveydus in Lege Talionis pro Baronio pag. 106. contra Casaubonum Exercit. I. cap. xv. opus ipsum inter fabulosa recenset quidem, diversum tamen ab eo putans, quod de eodem argumento hæretici antiquitus confixerunt: quod parum refert, dummodo Hieronymo non tribuatur: cui nemo sane iudicio præditus tribuit. Petrus Wastelius in Vindiciis Johannis Hierosolymitani tom. II. lib. II. pag. 419. 423. *nonaginta* Chromatii Homilias inter opera Johannis Chrysofomi editionum latinarum, Basileensis Erasmi cæ, & Parisiensis Chevalloniæ, latere contendit. Nullam interim probationem Wastelius adducit ea fortiorem, quam vox contracta *Chr.* eidem suppeditat. Hanc enim oræ codicum prius adpictam, postmodum exscriptores ab Chromatio homine Latino ad Chrysofotomum Græcum, eoque celebriorem, designandum adplicuerunt. Hinc Chromatianas Homilias imperiti Chrysofotomo tribuerunt. Hæc Wastelianæ sententiæ prora & puppis. Sed vir bonus non olfecit, hæc Homilias in Matthæum revera esse *Chrysofomi*, quas Latine reddidit Annianus Diaconus Celedensis Pelagianus, addita Epistola ad Orontium Episcopum, ob eandem hæresim ex Italia ejectum, & deinde in Concilio Ephesino damnatum. Eas ab se interpolatas postea edidit Georgius Trapezuntius. Annianus vertit etiam Chrysofomi Epistolam ad Neophytos & Homilias VII. de laudibus Pauli: quas Evangelo presbytero Pelagiano dicit. Vide Fabricium in Bibliotheca Græca tomo VII. pag. 645.

Opera Sancti Chromatii .

I.

Quæ supersunt .

Homiliæ XII. in Matthæum .

II.

Deperdita .

Epistolæ ad Sanctos Ambrosium, Hieronymum, & Jo: Chrysofotomum, Honorium & Arcadium Augustos .

III.

Spuria .

Epistolæ II. ad Sanctum Hieronymum ;

HISTORIÆ LITERARIÆ
AQUILEJENSIS

LIBER QUARTUS.

Tyrannius Rufinus natura Concordiensis,
Civitate Aquilejensis, presbyteratu
Hierosolymitanus.

CAPUT I.

I. *Rufini ortus, & nominis scriptura.* II. *Patria.* III. *Concordiæ natus, ejus pranomen & genus.* IV. *Aquileja monachum induit.* V. *Una cum Hieronymo bonis artibus ibidem instituitur, adultus tingitur. Minister & Susceptores illius baptismi.* VI. *Hieronymus ab eo divulgatus, in Syriam navigat.* VII. *Rufinus paullo post cum Melania Hierosolyman profecturus, Roma discedit.*



ELASIVS Cyzicenus perlectis Nicææ Synodi Canonibus apud Rufinum in Historia Ecclesiastica libro x. cap. v. eundem magno illi conventui interfuisse pro certo habuit in sua præfatione ad Acta Concilii Nicæni apud Labbeum to. I. pag. 114. Atqui eo tempore, nempe A. D. 325. nondum natum *Rufinum* adnotavit Natalis Alexander in sæculo iv. Dissert. xiii. conclus. ii. Longe aliter sentiens Blondellus de Primatu pagina 881. *Rufini* ortum illigavit A. D. 345.

qui fuit a Concilio Nicæno *viceſimus*. Hanc ego Blondelli sententiam nullo antiquiori testimonio firmatam haud prope amplector. Nam de anno & Consule, quo natus *Rufinus*, nusquam aliquid proditum est, adeo virorum illustrium perinde ac fluminum, ortus obscuri sunt, progressus & exitus conspicui. Non diu tamén a Concilio Nicæno in lucem editum, probari puto ex Hieronymi libro II. Apologiæ A. D. 400. conscriptæ, ubi *Rufinum* vocat *senem* & *canum*, eundemque fugillans, quod *parentes* tunc se invisisse dixisset: *quos, inquit, viventes juvenis dereliquit, mortuos SENEX desiderat.* Sub initio libri III. *Rufinum* dicit VETUSTISSIMUM monachorum. Alibi ait: *de sene SENEX tanta consingis.* Rursus paullo post: *qua enim est adificatio, duos SENES inter se propter hæreticos* (Ori-

RUFINUS.
LIB. IV. CAP. I.

(Origenem) *digladiari! Erravimus juvenes, emendemur* SENES. Infra vero: *ego tibi dabo veniam, quod Apologiam librorum ejus* (Origenis) *CANO scripseris capite*. Anne hæc de *Rufino* sexagenario dici possissent? Fortasse tunc fuerit magno natu, & saltem septuagenarius, qualis erat Hieronymus. Non est silendum, quod in nominis *Rufini* scriptura notavit *Caspar Barthius* ad Claudianum pag. 1073. edit. II. inque Adversariis lib. III. cap. II. simplici litera F. in universis codicibus reperiri. Loquitur *Barthius* de *Rufino* præfecto prætorio, quem Claudianus exagitat; sed hæc scriptura omnibus *Rufinis* congruit. Quare eos inepte facere putat, qui id elementum geminant, quum ipsa ejus nominis pronuntiatio aliud nihil ferat: neque facile alioquin literam F. Latini in talibus geminant, nec profecto in antiquissimis *Rufini* nostri codicibus geminasse noscuntur. Huc facit adprime quod etiam Græci unam tantum duram literam huic nomini adscribant, quorum ductum non sine ratione in similibus latini sequuntur. Apud Ezechielem Spanhemium in Dissert. IX. de Præstantia & usu numismatum tomo I. pag. 712. & 713. editionis magnæ in nummis Græcis scriptum occurrit ΡΟΥΦΙΝΟΥ. Hanc eandem porro scripturam ex *Rufini* codice vetustissimo de *Benedictionibus Patriarcharum* confirmat Petrus Lambecius in Bibliotheca Cæsarea tomo II. pag. 800. idque ex MSS. libris comprobat etiam Philippus Labbeus in notis ad Bellarmini Catalogum tomo II. pag. 307. Hæc evertunt sententiam Arnaldi Pontaci in notis ad Eusebii Chronicon pag. 749. ubi *Ruffinum* cum gemino F scribendum contendit. Consulatur Index Gruterianus XXIII. & Christophorus Cellarius in Orthographia, ubi unica litera F ex lapidibus & nummis adstruitur.

II. Quoniam de patria *Rufini* non una circumfertur sententia, ego certis Scriptorum veterum testimoniis eam indicabo, unde secus affirmantium dicta penitus convellentur. Natum in *opido* agri *Aquilejensis* prodit Heraclides in Paradiso, quæ est vetus interpretatio Historiæ Lausiacæ Palladii, ut critici norunt. Ibi enim cap. XXXIII. hæc de Melania leguntur: *erat cum ea Rufinus quidam nomine, civis Italus ex Aquilejensi opido*. Hoc ludibrii ergo Hieronymus in Apologia II. vocat *opidulum*: quod Norisius Cardinalis in Historia Pelagiana lib. I. cap. II. interpretatus est *pagum*, sive rus & *parvum castrum*: quibus tamen nominibus res diversas significari jam pridem viri docti observarunt. Sane *opidum* pro *civitate* non solum antiqui Scriptores Livius, Plinius & Mela; sed etiam seculo quinto, ad cujus initium *Rufinus* pervenit, Sidonius & Eugippius, indiscriminatim usurparunt; nam civitas Arvernorum, *opidum* dicta est a *Sidonio* lib. II. ep. IV. & hujus æqualis *Eugippius* in Vita Severini Noricorum Apostoli, urbibus iisque insignibus, puta *Laureaco* & *Patavia* id nominis tribuit. Natus fuit ergo *Rufinus* in *opido* circa Aquilejam: quod his verbis confirmat Hieronymus lib. II. Apologiæ I. PATRIA *develicta*. *Aquileja habitat*. In Apologia II. cum fugillans, quasi Romam ab Anastasio Papa vocatus, ire nolisset: *qui*,
in-

inquit, *rogantem Romam, ut eam illustraves presentia tua*, OPIDULI ^{RUFINUS.}
tui amore contempseris. Quamquam vero a Palladio in Historia Lausiaca ^{LIV. IV. CAP. I.}
 cap. cxviii. dicitur *Ραφίῳ ὁ ἀπὸ Γαλικίᾳ ἐξ Ἀκουλίας τῆς ἀσίας, Rufinus*
ab Italia, ex civitate Aquilejæ, & a Genadio in Catalogo cap. xviii.
Aquilejensis presbyter, hoc non in ipsa urbe *Aquileja* natum, sed in
 monasterio educatum, & in Ecclesia tinctum, nec tamen ibi ordinatum
 denique ob viciniore urbis celebritatem ita dictum, significabat, pa-
 triamque demum illi fuisse in agro *Aquilejensi*. Nec profecto *opiduli*
 nomine Hieronymus Aquilejam dixisset, quam ejus æqualis Philostor-
 gius *magnam* vocavit Historiæ Eccl. lib. xii. cap. xi. Quodnam fuerit
 isthuc *opidulum* jam tandem aperiamus cum Doctore maximo in epi-
 stola iv. alias vi. ad Florentium monachum *Aquilejensem*, Hierosoly-
 mis tunc morantem, ad quem, de *Rufino* loquutus, hæc de grandævo
 Paulo Concordiensi subjungit: *scripsit mihi & quidam DE PATRIA*
supradicti fratris Rufini, Paulus senex, Tertulliani suum codicem apud
eum esse, quem vehementer reposcit. Paulli ergo & Rufini patria una erat.
 Atqui patriam Paulli Concordiam facit Hieronymus in Catalogo capi-
 te lvi. *Vidi ego quendam Paullum CONCORDIÆ, quod OPIDUM Ita-*
liæ est, SENEM, qui se beati Cypriani jam grandis ætatis notarium,
quum admodum esset adolescens, Roma vidisse diceret, referreque sibi,
solitum nunquam Cyprianum absque Tertulliani lectione unam diem præ-
terisse. Ad eundem hunc Paullum, qui *centenarius adolescentiam in*
aliena ætate mentiebatur, Hieronymus cum epistola x. alias xxi. misit
Vitam Sancti Paulli eremita, vicissim sibi mitti postulantibus libros quos-
 dam, hosque inter *Fortunatiani Aquilejensis* episcopi *Commentarios in*
Evangelia. Raphael Fabrettus Inscriptionum cap. x. num. 636. hanc ex
 pavimento Sancti Paulli in via Ostiensi, a Cornelio Margarino mutua-
 tam, vulgare, quæ in eundem *Paullum* nostrum pertinere videtur.

HERACLIAE . RELIGIOSÆ . SORORI

PÄVLVS . A . CONCORDIA . XVI . KAL . FEB .

ii. Ergo nullum dubium est, quin *Rufinus* domo fuerit *Concordia* :
 quod ab his non animadversum, qui aliud natale solum illi assignarunt.
 Siquidem Rigberius Francogermanus, sive is *Gabriel Gerberovius*, in
 notis ad Marium Mercatorem pag. 112. *Rufinum* hunc nostrum cum al-
 tero cognomine, *natione Syro*, confundens, patria facit *Alexandri-*
num : quod tamen cavere poterat, inspecta unica Hieronymi epistola l.
 alias xli. in qua ait sibi a monacho Alexandrino in Syriæ latebris delite-
 scenti nunciatum fuisse, *Rufinum* nostrum *Ægypti secreta* penetrasse,
 quum tamen idem monachus Alexandrinus *ejus PATRIAM ignoraret &*
 NOMEN : quæ sanæ non ignorasset, si *Rufinus* item fuisset *Alexandri-*
nus. Nomen, quod ignorabat, quoque *Rufinus* ab aliis Rufinis postea
 nominandis distinguebatur, erat *Tyrannius*, ut statim ostendam.
 Gelasius Cyzicenus in præfatione ad Acta Nicænæ Synodi, hunc eundem
Rufinum nostrum *Romanum* dixit, quo nomine ut jam tetigi, *La-*
tinum

tinum intelligere voluit. Quia tamen ab multis retro sæculis consuetudo obtinuit, ut *Rufinus Aquilejensis* diceretur, nos quoque eodem vocabulo utemur. *Rufinus* vero potuit etiam fuisse civis *Aquilejensis*, quomodo Jo: Jonsius in libro de Scriptoribus Historiæ philosophicæ cap. 11. & xx. multis probat exemplis, viros doctos honoris causa in multas civitates sæpenumero adfcitos. Consulatur Gabriel Naudæus hanc rem diligenter pertractans in Judicio, de Augustini Niphi opusculis. Huc sane facit Cicero in lib. II. de Legibus: ego, inquit, *mebercule & illi (Catoni) & omnibus municipibus DUAS esse censeo PATRIAS; unam naturæ, alteram civitatis, ut ille (Cato) quum esset Tusculi natus, in populi Romani civitatem susceptus est; itaque quum ortu Tusculanus esset, civitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram juris.* Pari ex causa *Rufinum Concordiæ* natum, *Aquilejæ* tamen Christianis moribus, doctrinisque imbutum, & denique tinctum, nemo ferme *Concordiensem*, omnes *Aquilejensem* dixerunt. Sic non apud unum Gennadium, sed in plerisque omnibus *Rufini* lucubrationum codicibus reperitur. At exortus est Lusitanorum Hagiologus Georgius Cardosus, qui to. 3. die xx. Junii ex cænohis lacunis Chronici Pseudodextri *Rufinum* patria Lusitanum facere non vereretur, propterea quod in illa mendaciorum officina sub A. D. 418. §. 4. hæc verba legantur: *Paullo Concordiensi Lusitano scribit Hieronymus.* Quum enim *Paulus* & *Rufinus* unam eandemque patriam *Concordiam* sortiti fuissent, opinare credulus *Cardosus* utrumque etiam in suam Lusitaniam traxit, in qua *Concordienses* nescio quos locaverat Plinius lib. IV. cap. xxxii. Festivum errorem mirifice fovit Franciscus Bivarius in ingenti Commentario ad Dextrum illum confictum pag. 432. ubi erga nos liberalis, *Paulum* ex *Concordia Lusitanica* ad nostram *Italicam* transiisse commentus est. Has nugæ confectari non vacat; nec est operæ pretium, quum easdem & id genus alia egregie exploserit Hispanicæ historiæ ab impostorum dolis sedatæ præclarus vindex *Nicolaus Antonius* in Bibliotheca Hispana veteri lib. III. cap. v. §. 125. Et tamen Dupinus in tomo tertio Bibliothecæ eundem *Paulum* a *Concordia* nostra *Hispanum* dixit, quod unde hauserit, se ignorare ait Tillemontius tomo XII. pag. 50. Hauserit ex Pseudo dextro. Sed alio abiit *Joannes Fellus* in notis ad *Rufini* expositionem Symboli cum operibus Sancti Cypriani editionis Oxoniensis: nam ex *Tora*, sive *Tbora*, Sabinorum urbe excisa, *Rufini* ortum deduxit, utique a mendosis inscriptionibus deceptus, in quibus legebatur *Rufinus Toranus*. Hoc postremum, ex ipso *Rufini* prænomine detortum, *Fellus* patriam, non hominem denotare censuit. Inde, ut assolet ferme in corruptis & alia vocom monstra prodierunt. Hujusmodi sunt *Tboranus*, *Toranius*, & *Tbermus*. Ad hæc *Turanius*, *Turranius*, & *Tauranius*, singula enim hæc vocabula suos auctores habent, Barreum, Labbeum, Caveum, Dupinum, Rosvveydum. Patriam tamen *Aquilejæ* ibidem loci, ubi *Fellus Toranum* legit, statim legere poterat. Sic enim pro-
stat

stat in Recognitionibus Clementinis : *Rufino Torano* (pro *Tyrannio*) *Aquilejensi interprete*. Ergo *Aquileja*, non *Tora* Rufini patria. *Proprium* & verum nomen inferiori ætate id fuit, quod *ultimum*, ait Sirmondus ad Sidonium. *Rufinum*, omnes proprio nomine, appellaverunt. Ergo non *Rufinus Tyrannius*, sed *Tyrannius Rufinus*, appellari debuit, quomodo reapse appellatur in libello de XII. Scriptoris ecclesiasticis Isidoro & Ildesonso subjectus cap.v. Hujus lectionis veritatem confirmat Hieronymus initio prioris Apologiæ, Pammachio, & Marcellæ amicis inscriptæ, ubi in *Rufini* prænomine ita ludit : *& vestris & multorum literis didici, obijci mihi in schola TYRANNICA, lingua canum meorum ex inimicis ab ipso, cur Periarcbon libros in latinum vertim*. Distertium erat insulsum, nisi *Rufinus* alio nomine dicebatur *Tyrannius*. Johannes Martianæus ad eum locum tomo iv. pag. 349. ex multis codicibus, *Tyranni* pro *Tyrannica* restituit: rectius fortasse *Tyrannii*, licet vulgata lectio nobis arrideat: in qua aculeum latitare olfecit etiam Tillemontius tomo XII. pag. 32. *Tyrannii* prænomen ex parte adsumit secundum morem, a Sirmondo observatum. Non enim nomen, sed prænomen fuisse, nos docet Sidonius: in cujus tamen vulgatis codicibus *Tyrannius Rufinus* pro *Tyrannio* perperam legitur lib. II. epist. IX. Gentis nomen puto exstitisse in lapide Concordiensi, quod fractum, uti est, vulgavit Adriensis Episcopus in Dissertatione de Colonia Foro-Julienfi pag. 343.

L. TYRANNIUS. L. F.

RUNCHO

III VIR. D.

Cetera vocabula, quibus ab Hieronymo *Rufinus* semel atque iterum notatur, cujusmodi sunt *Grunnus*, *Calpurnius Lanarius*, & *Scorpius*, aliunde fluxerunt: & primum fortasse ex vitio prononciationis, corporisque crassitie; nam *Rufinum* designans in fine epistolæ ad Minervium, *cur me*, inquit, *lacerant amici mei, & adversum silentem CRASSÆ SUES GRUNNIUNT?* quarum omne studium est, immo scientiæ supercilium, aliena carpere, & sic veterum defendere perfidiam, ut perdant fidem suam. Idem senex *Rufini* vitium in voce, irridet his verbis Apologiæ I. lib. I. *tu qui in Latinis MUSSITAS, & TESTUDINEO gradu moveris potius, quam incedis*. Ut divitem & opipare viventem paullo post fugillans, *Cræfos*, ait, *quis spires & Darios? Litera marsupium non sequuntur. Sudoris comites sunt & laboris, sociæ jejuniorum, non saturitatis, continentiæ, non luxuriæ. Demosthenes plus olei, quam vini expendisse dicitur, & omnes opifces nocturnis semper vigiliis prævenisse*. In Apologia II.: *quis talis ac tantus est, ut audeat cum Croeso pugnare divitiis? Ut subitum Demaratum & Crassum non perimeat? Habes enim per quod Danaes est vitia pudicitia: quod Giezi magistri prætulit Sanctitati; propter quod Judas tradidit Dominum suum*. Epistolam quoque de cubiculo fratris *Eusebii*, NUMMIS AU-

RUFINUS.
LIB. IV. CAP. I.

REIS ab eo productam, & AURO, *idest suis suorunq; viribus*, oppugnatam fidei veritatem, conqueritur in libro II. Apologiae. Sane *Rufinus* haud curtam supellestem domi fuisse, colligi praeterea videtur ex *cellulis*, quas non proprio tantum, sed aliorum etiam hospitio de suo constructas habuit in monte Oliveti, ut ipse testatur lib. II. Apologiarum. *Palladius* quoque in Historia Lausiaca cap. cxviii. scribit, *Rufinum* Hierosolymae omnis generis hospites, illuc pietatis causa adventantes, xxvi. annorum spacio propriis expensis fovisse. Hieronymus epist. xcv. alias iv. ad Rusticum his coloribus eum jam mortuum depingit: TESTUDINEO GRUNNIUS. *incedebat ad loquendum GRADU, & per intervalla quadam vix pauca verba earpebat, ut eum putares fingulare, non proloqui. Est tamen, quum, mensa posita, librorum exposuisset struem, adducto supercilio, contractisque naribus, ac fronte rugata, duobus digitulis concrepabat, hoc signo ad audiendum discipulos provocans. Tum nugae meras sundero, & adversum singulos declamare. Criticam dices esse Longinum, censorumque Romanae sacundia; nosae quem vellet, & de Senatu doctorem excludere. Hic bene nummatus plus placebat in prandiiis: nec mirum, si, qui multos inescare solitus erat, faelo cuneo circumstrepentium garrulorum procedebat in publicum: intus Nero, foris Cato. Totus ambiguus, ut ex contrariis, diversisque naturis unum monstrum novamque bestiam dicesse compatiatam juxta illud poeticum.*

Prima Leo, postrema draco, media ipsa ebimara.

Rufinus a Palladio *vivitate, nobilissimus* dicitur cap. cxviii. Anne hoc ad mores, vel potius ad genus referendum? Rufinus ipse Apologiarum lib. II. pag. 476. mortum sanctimoniam, de qua Hieronymus in Chronico illum cum *Florentio & Bonoso* laudaverat, *vita* NOBILITATEM appellat. Porro *Concordia* Rufini patria, non fuit *Mirandulae* vicinum opidum in *Aemilia*, ut ex nominis similitudine censuit *Marianus Victorius* in *Vita Hieronymi*; sed quam *Venetis Plinius*, *Ptolemaeus Carnis* adscribit, *Coloniae*que lege triumvirali deductam, & in *Tribu Claudia* desertam super ostendit *V. C. Philippus* a *Turre Adriensium* antistes in *Dissertatione de Colonia Foro-Julienfi* pag. 346. *Concordiae* fabricam sagittariam memorat *Notitia Imperii*, unde ibi *decuriam armamentariam*, seu corpus, fabricandis sagittis destinatum, ex literatis lapidibus fuisse discimus. A *Theodosio Magno*, & *Valentiniano II.* Imperatoribus in eadem *Colonia* leges datae A. D. 391. prostant *Codice Theodosiano* lib. xi. tit. xxxix. l. xi. de *fide testium*, & lib. xvi. tit. vi. l. iv. & v. de *apostatis*. Sed proh dolor! *Concordiam* istam una cum finitimis urbibus, *Aquileja*, *Foro-Julio*, & *Altino* A. D. 452. solo aequavit totius regionis flagellum & terror *Attila Hunnorum Rex*, teste *Paulo Diacono* in *Historia Miscella* lib. xv. cap. 111. editionis *Gruteri* inter *Historiae Augustae* scriptores Latinos tomo II. pag. 81. in fine Operis. Hanc editionem indico, quia id in ceteris non reperitur. Postea tamen e ruinis caput extulerunt: nam *Cassiodo-*

Cassiodorus lib. xxi. Variarum epist. xxvi. *Aquilejensem, Foro-Julien-
sem, & Concordiensem* civitates adhuc stantes recenset. Hanc tertiam,
episcopio illustrem, privilegii auxerunt Carolus & Otto Magni, alique
Imperatores. Sed celebri Colonia ob inclementiam aeris in solitudinem
reducta, nunc episcopus degit in proximo opido Portuaguarario, quod
Romatium veteres appellarunt, ex Plinio.

IV. Quum *Concordia* ab *Aquileja*, totius tunc Venetiæ principe ci-
vitate, xxxi. M. P. totidemque ab *Astino* distaret, *Aquilejam Rufinus* se
contulit, monasticæ vivendi regulæ nomen daturus. Istic patrum do-
ctrina, & pietate erga Deum, in monasterio instructus, a Sancto *Vale-
riano* urbis episcopo salutari lavacro abluitur A. D. 371. quod ipsemet
prodit in sua Apologia I. A. D. 400. conscripta, in qua, veluti de re
notissima, loquens, *ego*, inquit, *sicut & ipse* (Hieronymus) & OMNES
NORUNT, ante annos FERE TRIGINTA in monasterio jam positus,
per gratiam baptismi regeneratus, signaculum Fidei consequutus sum per
sanctos viros *Chromatinum, Jovinum, & Eusebium, opinatissimos & pro-
batissimos in ecclesia episcopos: quorum alter, tunc presbyter beata me-
morie Valeriani, alter Archidiaconus, alius diaconus, simulque pater
mibi & doctor symboli ac fidei fuit*. Hoc monasterium in quo se jam pos-
itum dicit *Rufinus*, quum baptismi gratiam in *Aquilejensi* ecclesia susce-
pit, ceterorum Italiæ & Occidentis vetustissimum, magni Athanasii in-
stitutionibus primordia debebat, quem Alexandria ab Arianis ejectum,
diù *Aquileja* substitisse animadvertit Norisius in Historia Pelagiana
lib. II. cap. III. monasticamque disciplinam ab Athanasio univrsam Ita-
liam suscepisse testatur Hieronymus in epist. xcvi. alias xvi. ad Principiam.
Siquidem monachorum, quos fugæ & laborum socios habuit, juventute
utriusque sexus ad imitationem accensa, brevi Romæ & per Italiam non
pauca monasteria ab episcopis constructa sunt, ut *Mediolani*, adnitente
Ambrosio, de quo Augustinus Confessionum lib. VIII. cap. VI. & *Aquile-
jæ*, studio *Valeriani*, ubi præter *Tyrannium Rufinum, Heliodorum*
etiam, *Nepotianum, Florentium, Bonosum, Nicetam, & Chryzogonum*,
spectatissimos monachos, floruisse discimus ex Chronico & epistolis Hier-
onymianis. Hinc refellitur Magdeburgensium inscitia, qui Rufini insti-
tutum & fortasse etiam vitæ monasticæ antiquitatem ignorantes, Cen-
turia IV. cap. X. *Rufinum* a Trithemio primum monachi nomine dictum
effuerunt. Sed nunquid Trithemio recentior est Hieronymus, qui in
Chronico anno I. Olymp. cccxxx. Abrahami 2393. Christi vero 378.
secundum epocham Eusebianam, quam Hieronymus sequitur, anno
epochæ nostræ Dionysianæ 376. sic loquitur: *Florentius, Bonosus, &
Rufinus insignes MONACHI habentur?* In Apologia I. lib. I. sibi æque
ac *Rufino monachi* nomen tribuit: *quicquid MONACHI vocabulum fla-
gitat, nostrum uterque complevit*. Et in Apologia II. *credidi Christiano,
credidi MONACHO*.

V. Idem Hieronymus, *Aquilejensibus* clericis stricta necessitudine

RUPINUS .
LIB. IV. CAP. I.

conjunctissimus, in hoc eodem monasterio ab adolescentia videtur educatus: nam in epist. xxxix. alias lxxi. sic ad Theophilum scribit: *qui ab adolescentia in MONASTERII clausis cellulis, magis esse voluerim aliquid, quam videri*. Illi sane jamdudum cum *Rufino* amicitia intercesserat, cui apud Treviros manu sua *prolixum valde de Synodis librum Sancti Hilarii* se descripsisse testatur epist. lv. alias vi. Ad *Rufinum*, postquam in Ægyptum adpulerat, scribit epist. l. alias xli. *Ad Rufinum*, postquam in Ægyptum adpulerat, scribit epist. l. alias xli. *O si nunc mihi Dominus Iesus Christus, vel Philippi ad Eunuchum, vel Abacuc ad Danielem translationem repente concederet, quam ego nunc tua arctie stringerem colla complexibus! Quam illud os, quod MECUM vel ERRAVIT ALIQUANDO, vel SAPUIT! Hæc manifesto innuunt, utrunque ab adolescentia, studiis simul operam dedisse. Ipsi addi potest Bonosus, de quo Hieronymus ad *Rufinum* epist. i. alias xli. *ecce puer honestis saculi NOBISCUM artibus institutus*. Hoc ipsum *Rufinum* magis confirmat Apologia ii. *antequam converteretur* (Hieronymus) *MECUM pariter & literas Græcas & linguam penitus ignorabat*. Conversionem suam Hieronymus ad *Rheni semibarbaras ripas* accidisse testatur epist. i. alias xli. *Monasterium ergo Aquilejense, ex Rufini verbis, A.D. 370. jam stabat: quo tempore alibi in Italia nullum stetit legimus, nisi fortasse Vercellis, ubi Sanctus Eusebius ex Oriente reversus A.D. 362. monasticam vitam instituit. Lucas Holstenius in præfatione ad Codicem Regularum cap. ii. Italos ad monasticam vivendi normam traductos ait a vita Sancti Antonii, quam ab Athanasio, Romam primum adventante, vulgatam putavit. Sed Athanasius eam Græce scripsit A.D. 365. auctoribus monachis Italis, a quibus ejusmodi institutum, in Occidente jamdudum colli cœptum, sanctus Pater insinuat initio operis, gratulatus, apud eos PLURIMA esse MONASTERIA, & MONACHORUM quoque nomen celebre*. Hanc Athanasii vitam per tabellarios in Occidentem perlatam, Evagrius presbyter, qui cum Eusebio Vercellensi in Italiam venerat, latinam fecit A. D. 370. nuncupavitque Innocentio, cum quo & Hieronymo tunc in Orientem rediit, mortuo jam Eusebio. Hæc adnotavit peramicus noster Bernardus a Montefalconis in Vita, Athanasii Operibus præposita pag. 84. inque præfatione ad Vitam Sancti Antonii pag. 791. Ad hæc ex verbis superius allatis palam est, *Rufinum adultum* sacro fonte *Aquilejæ* tinctum, & quidam a *Valeriano* metropolitano, ministrantibus *Chromatio* presbytero, *Jovino* Archidiacono, & *Eusebio* Diacono: quos tres, tanquam superstites, & episcopali characterè venerabiles A.D. 400. in suæ fidei testes *Rufinus* advocans, antiquo & proprio vocabulo *patres*, atque alibi, ut postea dicam, *parentes* dixit: quos majores nostri etiam *sponsores, susceptores, fidejussores*, & demum *patrinos* dixerunt. Idem *Rufinus* huc respexit in *Apologia* pro fide sua ad Anastasium Pontificem: *hæc nobis de resurrectione tradita sunt, a quibus sanctum baptisma in Aquilejensi Ecclesia consequuti sumus: quæ puto ipsa esse, quæ etiam Apostolica Sedes tradere & docere consuevit*. Hæc*

Hæc arguunt lapsum Dupini in tomo III. Bibliothecæ, *Rufinum* in monasterio baptizatum rati. Non enim in ullo monasterio, sed tantum in ecclesia episcopali tunc regenerationis Sacramentum ab uno ejus pastore ordinario conferebatur. Neque *Rufinus* ait, se in monasterio, sed in *Aquilejensi ecclesia* baptisma consequutum. Quanquam enim scribit in priori Apologia, se monasterio jam postum, quando baptisma suscepit; nequaquam tamen in monasterio se illud suscepisse affirmat. Immo in explicatione symboli disertis verbis testatur: *nos tamen illum ordinem sequimur, quem in Aquilejensi ECCLESIA lavacri gratia suscepimus*. Eodem pacto Hieronymus procul a patria *Stridone* se baptismum Romæ suscepisse, prodit epist. XIV. alias LVII. & XVI. alias LVIII. Edmundus Martenß lib. I. de Antiquis Ecclesiæ ritibus cap. XVI. §. 12. & Gerardus Martrecht in Schediasmate de Susceptoribus pag. 69. unicum olim fuisse putarunt. Sed *Rufinus* tres susceptores ob oculos ponit, totidem officii destinatōs, *catechesi, baptismo, & confirmationi*, statim post baptismum ab episcopo conferri solitæ; unde refellitur idem Gerardus, qui pag. 24. *catechesi & baptismo* unicum susceptorem tribuit usque ad sæculum sextum. *Rufinus* per *signaculum fidei*, baptismum designat; quo nomine utitur etiam in Historia lib. X. cap. III. *sequere me ad dominicum, & bujus fidei SIGNACULUM accipe*. De hac phrasi multa congerit Jo: Ernestus Gravius in notis ad Spicilegium Sanctorum Patrum to. I. pag. 332.

VI. Hieronymus jam Romæ Christi lavacro ante *Rufinum* regeneratus, Aquilejam repetierat, consortio *Valeriani*, & aliorum fruiturus, ad quos postea intimæ necessitudinis testes literas dedit. In monasterio aliquandiu cum Rufino adhuc catechumeno ibidem moratus, improviso rerum eventu illinc discedere cogitur, quemadmodum ex eremo ad *Rufinum* scribens, testatur his verbis epist. I. alias XLII. *me a TUO LATERE subitus TURBO CONVULSIT, postquam glutino caritatis baren-tem IMPIA DISTRAXIT AVULSIO*: tunc enim violenta quadam, nobisque ignota, persecutione in eum excitata, *Aquileja* recedens, in Orientem migravit, profectusque in Thraciam, Pontum, Bithyniam, Galatiam, Cappadociam, & Ciliciam, tandem in *Syriam* descendit, ubi vixit in solitudine *monachus*. Hæc ejus navigationis periodus una cum *Evagrio* Antiocheno, *Innocentio*, & *Hyla*, *Melania* famulo. Tunc *Evagrius* ex Italia ad se literas attulisse testatur *Basilius* Cappadox in epist. VII. ad *Eusebium* Samosatenum. Sed ipsum Hieronymum suam peregrinationem *Rufino*, postquam ab ejus latere discesserat, nunciantem, præstat audire epist. I. alias XLII.: *tandem in incerto peregrinationis erranti quum me Thracia, Pontus, atque Bithynia, totumque Galatiæ & Cappadocia iter, & servido Cilicium terra fregisset aestu, Syria mihi velut fidißimus naufrago portus occurrit; ubi ego quicquid morborum esse poterat expertus, ex duobus oculis unum perdididi. Innocentium enim, partem animæ meæ, repentiens febrim ardor abstraxit. Nunc uno & toto Evagrio NOSTRO fruor: cui ego semper infirmus, ad laborem cumulus, ac-*

RUFINUS.
LIB. IV. CAN. I.

accessi. ERAT nobiscum & Hylas, Sancta Melania famulus, qui puritate morum maculam servitutis abluerat, & hic necdum obduciam rescidit cicatricem. Verum quia de DORMIENTIBUS contristari Apolloli voce prohibemur, &c. Rufinus paulo post, eodem tamen anno 371. quo baptismum Aquilejæ susceperat, Orientalium monachorum fama & ipse permotus, cum Melania, Romanarum mulierum nobilissima, Hierosolymam cogitavit. Hieronymus rei nuncio a Paulo Concordiensi accepto, qui Tertulliani Codicem ab Rufino sibi restitui flagitabat, statim Hierosolymam ad Florentium Aquilejensem literas, Rufino reddendas, nunc tamen deperditas, misit. Harum sic meminit epist. II. alias V. quia FRATER Rufinus, qui cum Sancta Melania ab Egypto Hierosolymam venisse NARRATUR, individua mihi germanitatis caritate connexus est, quaeso, ut epistolam meam, huic epistole tua copulatam, ei reddere non graveris. Noli nos ejus aestimare virtutibus. In illo conspicies expressu sanctitatis insignia. Et ego cinis & vilissima pars lutu, etiam favilla dum vertor, satis habeo, si splendorem morum illius, imbecillitas sculorum meorum ferre sustineat. Ille MODO SE LAVIT, & MUNDUS EST, & tanquam nix DEALBATUS. Ego cunctis peccatorum sordibus inquinatus, diebus ac noctibus operior cum tremore reddere novissimum quadrantem. Rufinus ab Hieronymo tantopere laudatus, qui A. D. 371. modo se laverat, & mundus erat, & tanquam nix dealbatus, tunc recens Aquilejæ baptismi gratiam susceperat. Sed Florentius quum Rufinum Hierosolymæ nondum visum Hieronymo significasset, hic epist. XV. alias VI. iterum scripsit: RUFINUS autem FRATER, ut scribis, NECDUM VENIT (Hierosolymam). Et, si venerit, non multum proderit desiderio meo, quam eum jam visurus non sum. Ita enim & ille LONGO INTERVALLO a me separatus est, ut huc (in eremum Chalcidis) non possit excurrere: & ego arrepta solitudinis terminis arceor, ut cæperit jam mihi non licere quod volui. Ubi Rufinus advenerit, ab illo sibi codices quosdam describendos commodari postulat: ob hoc & ego obsecro, & tu, ut petas, plurimum quaeso, ut tibi beati Rheticii Augustodunensis Episcopi Commentarios ad describendam largiatur; in quibus Canticum Cantorum sublimi ore disseruit. Scripsit & mihi quidam DE PATRIA suoprædicti fratris Rufini Paulus senex, Tertulliani codicem apud eum esse, quem vehementer reposcit. Est ex hoc quaeso, ut eos libros, quos me non habere, Brevis subditus docebit, librarii manu in charta scribi jubeat. Interpretationem quoque Psalmorum Davidicorum, & prolixum valde de Synodis librum Sancti Hilarii, quem ei apud Treviros manu mea ipse descripseram, ut mihi transferas peto. Nosti hoc esse animæ Christianæ pabulum, si in lege Domini meditetur die ac nocte. Hæc Hieronymus ad Florentium ab Rufino, deque Codicibus ab illo servatis. Eundem porro librorum copia maxime instructum Hieronymus non solum ante, sed etiam post similitatem disertis verbis testatum reliquit, nam in Apologia I. lib. II. MAGNIS, inquit, ut scio, sumtibus redemisti Aquile & Sym.

Symmachi & Theodotionis, quinæque & sexta editionis Judaicos RUFINUS.
translatore. LIB. IV. CAP. I.

VII. Rufinus interim cum *Melania* Hierosolymam trajecturus, Romam profectus, ut quidem putamus, inde discessit exeunte A. D. 371. Hæc *Melaniae* discessio eruitur ex Hieronymi epist. XXI. alias XV. ad *Marcellam*, ubi in *Melaniae* laudes effunditur, proptereaquod *calente adhuc mariti corpufculo, & uedam humato*, postquam duos simul perdidisset filios, unico superstitite derelicto, *ingruente jam bieme Hierosolymam navigavit*, Christo ancillatura. Plinius lib. II. cap. XLV. hiemis initium his verbis describit: *Vergiliarum occasus biemem inchoat. Tempus in III. Idus Novembres incidere consuevit*. Ergo *Melania* mense *Novembri* in Orientem traiecit. Hieronymus ob hoc facinus eam laudat etiam epist. XXXVI. alias XCIX. ad *Afellam*, eidemque concinit *Paulinus* Nolanus epist. XXI. alias X. §. 8. ubi ait: *prater alias orbitates, quas irritò in fatibus abortivis labore, adhuc marito particeps, deslevit, ita crevis arumnis, ut duos filios & maritum intra anni tempus amitteret, UNICO tantum sibi parvulo ad memoriam potius, quam ad compensacionem affectuum, derelicto*. Et post alia: *luctuoso ambitu trium funerum comes, vidua pariter & orbata Romam VENIT cum UNICO filio, incensore potius, quam consolatore lacrymarum*: Palladius in Historia Lausiaca cap. CXV. *geneve Hispanam* dicit *Συάν η̄ τὴ γὰρ*, quod vetus interpret, latens sub nomine *Heraclidis*, sic vertit: *de Hispano vel urbis genere descendens*. Particula *vel* pro copula *es* stilo mediè ævi usurpatur. Quædam ejus exempla adfert Cangius in Glossario, multa Blondellus de Primatu pag. 986. ad alium locum *Rufini* illustrandum: in quo explicando viri docti ob particulam illam, sensu veterum latinorum improvide acceptam, cœcutierunt. *Vel* pro *et* Græcismum esse adnotat Barthius in Adversariis lib. XXV. cap. III. iterumque de eadem particula agit in eruditissimis Animadversionibus ad Rutilii Hodæporicon lib. I. vers. 40. Vide etiam Reinésii epistolam XLII. ad Rupertum pag. 366. Hoc monui, ne in Palladii verbis ullus hæreat. Enimvero *Melania* erat ortu *Romana*, sed ex familia Hispanica, ut recte observat Tillemontius tomo X. pag. 591. & fortasse in *Hispania* conjugem & filios amiserat, unde *Romam* VENIT, teste Paulino. Palladius cap. CXIX. testatur, *Melania* juniorem, quæ fuit *Publicola* filia, ideoque *Melania* senioris heres & neptis, mundo renunciaturam, vendidisse omnes possessiones, quas habuit in *Hispaniis*. Nolanus antistes epist. XXIX. alias X. ad Severum §. 5. *Melania* suum *sanguinem propinquare* dixit; Ambrosius epistola XXX. alias XXXVI. ad Sabinum, commendat *Paulinum splendore generis, in partibus Aquitaniae nulli secundum*. Domo enim fuit *Burdigala*, Aquitaniæ urbe: *paternis maternisque natalibus in Senatoreum purpuris admirabiliter ruralans*, teste Uranio in Vita cap. IX. *Melania* juniore ditissima patrimonia in Hispania non solum, sed & in Gallia fuisse, auctor est Palladius in Historia Lausiaca cap. CXIX. & nominatim qui-

RUFINUS.
LIB. IV. CAP. I.

quidem in *Aquitania, Gallia, Tarracone, Hispaniis*, ut ait Heraclides in Paradiso cap. I. Genus ergo paternum *Melania* senioris fuit ex partibus *Aquitaniæ, Tarraconenſiſ Hispania* conterminis. Hinc ejus & Paulini affinitas. Nomen ipsum feminæ perinſignis in Aquitania uſitatum. Auſonius enim, homo & ipſe Aquitanus eodem ævo teſtatur in Parentali xxxix. ſibi *Æmiliam Melaniam* ſororem fuiſſe. Paulinus de eadem *Melania* ſeniore hæc ſubjungit: *navem, cunctiſ ſentibus, lata ſolveſt, conſtanteſque congreſſa ſtuitibus maris, ne tantum ſtuitus ſaculi vinceſet, navigavit, & ſ. mul ſaculum urbemque commutans, urbem Hieruſalem ſpirituali dono, in qua a corpore peregrinaretur, elegit.* Non tamen recta *Hieroſolymam* properavit, ſed primo in *Ægyptum* trajecit, inde in urbem Sanctam profectura. *Rufini & Melania* navigationem recte eandem facit Baronius A. D. 372. §. xxxii. quamquam Heribertus Roſſveydus in notis ad vitas Patrum pag. 439. ſtare non poſſe opinatur, proptereaquod *Rufini* mora in *Ægypto ſex annos, Melaniae ſex menſes* complexa fuerit, non autem oſio, ut irrepiſit apud Baronium A. D. 372. §. cxc. neque annum cum dimidio, ut ſcripſit Pagius A. D. 397. §. v. Palladius enim in Paradiso Heraclidis cap. xxxiii. pag. 973. *ſex tantum menſibus* affirmat, Gentianus Hervetus Palladii interpres cap. cxvii. *circiter annum dimidium, non annum & dimidium*, ut opinatus eſt Pagius, qui tamen A. D. 372. §. xviii. *annum dimidium* & ipſe ex Palladio recitans, obſervaverat, in Græco legi *ἡ μὲν ἴσως*, id eſt *media parte anni*. Sed *Rufinus, Melania* ex *Ægypto Hieroſolymam* comitatus, quem poſtea ſolus redire non potuit Alexandriam, quemadmodum etiam ſolus Meſopotamiam peragravit, ut infra dicemus? Utriuſque navigationem conjunctam fuiſſe nobis ſuadent argumenta mox adducenda.

1. Sanctus Paulinus epiſt. xxvii. alias ix. §. 5. *Rufinum presbyterum, Sancta Melania* SPIRITALI VIA COMITEM vocat: quæ phraſis itum in loca ſancta, & ex iſdem reditum indicare videtur, nam iter Hieroſolymitanum poſteriori ætate *via Sanctorum, via Dei, & Sanctum iter* antonomatiſte appellabatur, ut docet Cangius in Gloſſario: quæ idem ſunt ad *via ſpiritualis, ſive ſpiritualis*.

2. In *Ægypto, & Hieroſolymæ* utriuſque mora conjungitur.

3. Utriuſque reditus in Occidentem uni eidemque tempori aſſigitur, ut poſtea oſtendemus.

4. Hieronymus a *Rufini* amicitia alienatus, Apologia II. eum carere videtur, quod ipſe *juvenis* navigaverit cum *Melania* item *juvene*, quæ annum agens *vicesimum & ſecundum*, tunc recens conjugem amiſerat, teſte Palladio cap. cxvii. cui ſuffragatur *Paulinus* epiſt. xxix. alias x. §. 8. ubi de *Melania* ait: TENERIS ADHUC ANNIS nuptias poſſa, & brevi mater. *Sed ea felicitate mortalium non longum poſita eſt, ne diu terrena diligeret.* Audiantur verba Hieronymi: *nunquid & ego non poſſem PROFECTIONEM tuam diſcutere? Cujus atatis fueris? unde? quo tempore navigaris? ubi vixeris? Quibus interſueris?* Sed

Sed abſte, ut quod in te reprehendo, faciam; & in eccleſiaſtica diſputatione animum iurgiorum deliramenta conjungam. Hoc ſolum prudentia tua dixiſſe ſufficiat, ut caveas in alterum dicere, quicquid in te ſtatim retorqueri poteſt.

5. *Rufinus* in occidentem reverſus, iterum Melaniæ ſpirituali via comes, Hieroſolymam navigans, in Sicilia obiit, ut ſuo loco monſtrabo. Hæc omnia *Rufinum*, *Melania* comitatu ab initio, ſive ab A. D. 371. additum, ob oculos ponunt. De *Melania* Hieronymus in Chronico anno 11. Olympiadis 288. Abrahami 2390. Chriſti, ſecundum epocham Enſebianam, 375. decimo Imperii Valentiniani & Valentis; qui Chronologici characteres congruunt anno Dionyſiano 373. hæc ſcribit: *Melania nobiliſſima mulierum Romanarum & Marcellini, quondam Conſulis filia, unico, pretore tunc urbano, filio dereliſto, Hieroſolymam navigavit: ubi tantum virtutum, præcipuaque humilitatis fuit miraculo, ut Thecla nomen acceperit. Viri docti jam pridem notarunt, Melaniam, non filiam, ſed neptem fuiſſe Marcellini, qui conſul proceſſit A. D. 341. In prima editione Mombritiana non legitur, ut in Scalligeriana, Marcelli, ſed Marcellini, quomodo ſæculo 1x. legit Freſculfus in Chronicis tomo 11. lib. 1v. cap. 221. Sic etiam in editionibus Sighardi, Pontaci, & Miræi; Idemque habent Palladius Græcus cap. cxvii. & Heraclides interpres latinus; aptius quam Gentianus Hervetus, qui Marcelli pro Marcellini expreſſit in ſua latina verſione Palladii. Sanctus Paulinus epiſt. xxx. alias x. §. 6. & 8. eam conſulibus avis nobilem, & Marcellino Conſule avo proſtatam prædicat: cui accedit *Rufinus* Apologiæ lib. 11. pag. 436. ubi verba Hieronymi jam adducta recitans ex ſuo codice Chronici Enſebiani, non Marcelli nec Marcellini filiam, ſed Marcellini Conſulis neptem appellat. Paulino tamen & *Rufino* præ aliis adhærendum cenſemus, quorum prior conſanguineus, uterque Melaniæ amiciffimus; quare vel filiam pro nepte uſurparunt Hieronymus & Palladius, quod Pontacus & Pagius contendunt (non enim in utriuſque verba, ut nunc circumferuntur, mendam irrepiſſe facile dixerim) vel filia fuit Marcellini, Conſulis A. D. 341. & neptis alterius Marcellini, item Conſulis A. D. 275. ut conſecit Pontacus, qui ſuffragari quodammodo poſſet vulgatus Heraclides, eam vocans filiam Marcellini jam Exconſulis, quod Palladium Græce loquentem fideliter exprimit: *τὴν αὐτὴν ἑαυτῶν*. Hoc idem Hieronymus exprimit vocans *Marcellini QUONDAM conſulis filiam*, ut hinc pateat, *Melaniam* a Marcellino genitam poſt conſulatum, non vero A. D. 341. quo conſul proceſſit, ut ſine ulla neceſſitate ſentire viſus eſt Tillemontius. In verbis Hieronymi ſuperius recitatis, *unico, pretore tunc urbano, filio dereliſto*, ſuperest alia difficultas; nam Gregorius Turonenſis in Hiſt. Francorum lib. 1. cap. xxxvi. *Urbanum*, Melaniæ filium dictum cenſuit: cui tamen *Publicola* cognomen fuit: Hoc ad gentem Valeriam pertinuit, ex Joſ Glandorpii Onomaſtico in Stemmate Valeriorum pag. 969., unde con-*

RUFINUS .
L. IV. C. II.

stat, *Melania* conjugem ad clarissimum genus *Valeriorum* esse referendū. Rufinus Apologiæ lib. II. pag. 436. Hieronymi sensum fideliter exprimens, ita habet; *parvulo filio Romæ derelicto*. Rosvveydus in editione I. Historiæ Eremiticæ pag. 443. Norisius in Adventoria pag. 14. Pagius A. D. 372. §. XVI. & Tillemontius to. X. pag. 594. contra omnium editionum & codicum fidem, unica literula mutata, non *pratore*, sed *pratori* legendum putarunt. At vero idem Rosvveydus in editione II. pag. 444. veteribus libris in vulgatæ & primigeniæ lectionis fidem, inter se conspirantibus, eandem & ipse retinendam censuit, quod fugit Tillemontium, priori editione tantummodo usum. Quare *Melania* filio *Publicola*, adhuc puero, *pratorum urbanam* ob generis splendorem; delatam Rosvveydus tuetur exemplis eorum temporum, quibus & præfecti prætorio, & Consules etiam, pueri fuerunt: Hac de re consulatur Theodorus Sitzmannus in Animadversionibus ad Rutilii Hodæporicon ver. 173. Thomas Reinesius Variarum Lectionum lib. II. cap. XV. & Norisius ad Cenotaphia Pisana Dissert. II. cap. II. pag. 103. Neque a vero abijt Tillemontius tomo X. pag. 823. ratus, hunc eundem *Publicolam* postea Sancto Augustino scripsisse epistolam XLVI. alias CLIII. *Publicolam*, quasi *Poplicolam* & *Popnicolam* seu *Populi cultorem*, antiquissimum cognomen in eadem gente Valeria ex Menagianis tomo III. pag. 190. 398.

CAPUT II.

- I. *De Rufini & Melania Alexandriam adventu nuncijs ad Hieronymum in Syria deserto perlatus*. II. *Post obitum Athanasii Rufinus in Nitriam fugit, persecutione in Catholicos excitata*. III. *Pro fide patitur*. IV. *Melania Christi confessores sequitur*. V. *Quibus ab exilio revocatis*, *Diocæsarea Hierosolymam petit*. VI. *Rufinus senenium agit Alexandria, ubi Didymum & Theophilum audis*. VII. *Hierosolymam petit, hinc Melania Alexandriam excurrit*. VIII. *Rufinus se in operibus caritatis exercet*. IX. *A Bacurio Rege Iberorum, & ab Aetio, Æthiopum, ad Christi fidem conversionem audis*. X. *Narratio Rufini explicatur atque defenditur*.

Melania ingruente jam hieme A. D. 371. quum ex Ostiensi porta Romano solvisset, ineunte A. D. 372. Alexandriam adplicit, adhuc superflite Sancto Athanasio urbis episcopo. Interpres latinus Palladius, qui latet sub nomine *Heraclidis*, id contigisse ait *inter principia Valentis Imperii cap. xxxiii. pag. 973.* editionis Rosvveydi. Hinc viri docti strictim ad *initium* Valentis Imperii, Melaniæ iter traxerunt. Sed Gentianus Hervetus Græcæ dictionis sensum propius adsecutus, *Valente Augusto tenente imperium* translit Græca verba Οὐδ' αὐτὸς εἰς Βασιλίαν ἀπέβη ἰχθυόσας cap. cxviii. in Bibliotheca Patrum G. L. editionis Morel-

Morellianæ Parisiensis A. D. 1634. to. XIII. pag. 1031. ibi *Melania*, ut ait Palladius cap. cxvii. *quam res suas vendidisset, ingrossa est in Montem Nitriæ Sanctis Patres conveniens Pambo, & Christi servum Artisiam, & Serapionem magnum, & Paphnutium Scatirotem, & Isidorum Confessorem Hermipolis & Dioscorum: & versata est apud eos circiter ANNUM DIMIDIUM, obiens solitudinem & vident omnes Sanctos.* Tunc monachos Ægypti invisit etiam *Rufinus*, cujus rei nuncium semel, iterum, & tertium ad se perlatum in Chalcidem, prodit Hieronymus epist. l. alias xli. ad eundem *Rufinum* in Ægypto morantem scripta. Primo enim *Heliodorus* monachus id, sibi ab alio narratum, Hieronymo in Syriæ eremo versanti nunciavit. Sed quum, ut ait idem Hieronymus, *rei novitas fidem sermonis auferret, non enim credebam certum quod certum esse capiebam; RURSUM suspensam voto nutante mentem quidam Alexandrinus monachus, qui ad Ægyptios confessores & voluntate jam martyres pro plebis JAMODUDUM fuerat transfusus obsequio, manifestus ad credulitatem nuncii antior impulerat.* His ita narratis, se adhuc dubium de *Rufini* in Ægyptum adventu testatur, proptereaquod multi essent *Rufini*, illiusque patriam *Concordiam & Tyrannii* nomen, quibus a ceteris distingueretur, Monachus *Alexandrinus* se ignorare ostendisset: *fateor & in hoc meam labasse sententiam: nam quum & PATRIAM tuam ignoraret & NOMEN, in eo tamen plus videbatur asserre, quod eandem assererat, quæ jam alius indicaverat.* Sed quum tertius tandem nuncius multorum ore firmatus, *Rufinum Nitriæ* cellulas obire certo referret, Hieronymus immodica lætitiâ perfusus, illuc statim ad eum literas dedit: *TANDEM plenum veritatis pondus erupit: Rufinum enim Nitriæ esse, & ad beatum perrexisse Macarium CREBRA COMMEANTIUM multitudo REFEREBAT.* Hic vero tota credulitatis frena laxavi, & tunc vere agrotam me esse dolui, & nisi me attenuati corporis vires quadam compede præpedissent, nec MEDIÆ FERVORIS ÆSTIS, nec navigantibus semper incertam mare, pia festinatione gradienti valuisset obistere. Hæc ostendunt, *Rufinum*, qui ingruebat jam hieme A. D. 375. cum *Melania* ex urbe discesserat, adhuc *mediæ fervore æstatis* anni insequentis 372. ab Hieronymo, in ultima Syria degente, creditum Nitriæ in Ægypto morari, & ad beatum perrexisse *Macarium*. Quid plura? *Rufinus* ipse baptismo suo, & ex occidente in Palæstinam itineri, unam eandemque epocham figit; nam Apologia l. A. D. 400. exarata, se ante annos FERE TRIGINTA. *Aquileja* baptizatum; & ad latinum sermonem TRICENNALI JAM PENE incuria torpuisse scribit. In Apologia ad Anastasium summum pontificem ait; post TRIGINTA FERE annos parentibus redditus sum: quem Hieronymus non amplius amicus in Apologia lib. l. sic ridet: *hic supians & lassulus post TRIGINTA ANNOS per mollissimum Flaminia iter esse venire non potest, sicque præterdit longi itineris lassitudinem quasi TRIGINTA ANNIS semper eucurrerit: & in lib. ii. rursus admones, ut sciatis, te per TRIGINTA ANNOS Græcis*

RUFINUS.
L. IV. C. II.

volaminibus devoratis, latina nescire. Dum Rufinus tricennale spacium suæ peregrinationis his particulis fere, & jam pene distinguit, vel potius extenuat, illud idem spacium triginta annis nonnumquid completis, five uno minus, constare significat; nam totidem anni intercedunt ab ejus professionis A. D. 371. ad A. D. 400. quo ex Oriente reversus, tricennale ad latinum sermonem incuriam suam querebatur; qui enim in Orientem navigaturus, e patria discesserat A. D. 370. ex portu Romano solvit sub finem A. D. 371. annoque insequenti 372. una cum Melania in portum Alexandrinum ingressus est. Rufinum hæc scripsisse A. D. 400. discimus ex ejus Apologiæ libro I. ubi doctrinam Hieronymi fugillans, ita loquitur: cur magister (ut tuis tecum verbis agam) post QUADRINGENTOS FERE ANNOS, quando ecclesia cognito eo, quod ab Apostolis non sibi esset tradita veritas veteris Instrumenti, legatos mitteret ad istos, quos illi tunc circumcissionem vocabant, obsecrans & exorans, ut sibi de veritate, quæ apud ipsos est, aliquid largirentur? Per totos istos QUADRINGENTOS ANNOS errasse se et ignorasse, quod verum est, fateretur. Et post alia interjecta, hæc iterum scribit: modo ergo nobis post QUADRINGENTOS annos legis veritas empta precio de Synagoga procedit. Hæc arguunt Rufini & Melania ab urbe discessum, adventumque in Ægyptum, citius quam A. D. 371. & serius quam A. D. 372. minus recte viris doctis statutum fuisse. Hieronymus in interiori Syriæ deserto, ab hominum commercio remotus latebat, ita ut neque amicorum literæ ad eum volitarent, nisi postquam Antiochiam perlata, & ab Evagrio collectæ, ad illum in solitudinem transmitterentur: cujus situm non semel delineavit, nam in Vita Sancti Paulli, Jesum testor, inquit, & sanctos Angelos ejus, in ea eremi parte, quæ juxta Syriam Sarracenis jungitur, vidisse me monachos, et videre, e quibus unus per triginta annos clausus bordeaceo pane et lutulenta aqua vixit. In Vita Malchi cap. II. perveni tandem, ait, ad Eremum Chalcidos; quæ inter Iramas et Beræam magis ad Austrum sita est. Epist. IV. alias VI. ad Florentium: in ea mihi parte eremi commoranti, quæ juxta Syriam Sarracenis jungitur, dilectionis tuæ scripta perlata sunt. Epist. VII. alias XIII. ad Chromatium, Jovinum & Eusebium: literæ, Sancto Evagrio transmittente, in ea ad me eremi parte delata sunt, quæ inter Syros ac Sarracenos vastum limitem ducit. Prefatione in Abdiam: quando ego & Heliodorus carissimus, pariter habitare solitudinem Syriæ Chalcidis nitebamur. Epist. XIV. alias LVII. ad Damasum: pro facinoribus meis ad eam solitudinem commigravi, quæ Syriam juncto Barbaria sine disternat. Epist. XVI. alias LVIII. ad eundem: nunc barbare Syriam limite teueor. Et in epist. XVIII. alias XXII. ad Eustochium de custodia virginicatus, eremum suam his verbis pingit: O quoties ego ipse in eremo constitutus, & in illa vasta solitudine, quæ exusta solis ardoribus, horridum monachis præstat habitaculum, præstabam me Romanis interesse deliciis! Bidui iter Antiochia distabat Chalcis, ut colligit Cardinalis Norisius Dissert. III. de Epochis Syromacedonum cap. IX. §. III.

Hinc

Hinc *Evagrius*, qui postea fuit episcopus *Antiochenus*, in cremona, ut Hieronymo adhæreret, interdum secessisse constat ex verbis epist. I. alias XII. ad *Rufinum*: *nunc uno & toto mihi lumine Evagrius NOSTRO fruor, cui ego semper infirmus ad laborem cumulus accessi*. Hæc postrema demonstrant *Evagrium* Hieronymo æque ac *Rufino* necessitudine conjunctum ex quo fuerat in Italia, atque etiam *Aquileja*; unde Hieronymus epist. VI. alias XXXVI. ad *Chromatium* de *Evagrío* scribit, tanquam de homine eidem notissimo, & in epist. II. alias V. *Florentium* Aquilejensem ab *Evagrío plurimum* salvere jubet. Sed jam ad *Rufinum* in *Ægypto* discurrantem verba convertamus.

II. E portu Alexandrino Seleuciam, indeque Antiochiam & Chalcidem, triremibus facillime solvi poterat. Hinc Hieronymus ubi primum certior redditus est de *Rufino* Nitriæ morante, ad eundem hæc scripsit, ut amicissimi capitis complectendi desiderium explicaret: *nisi attenuati corporis vires quadam compede præpedissent, nec media fervor æstatis, nec navigantibus semper incertum mare, pia cum festinatione gradienti valuisset obsistere, quin scilicet Rufino occurrisset*. Recte ingerit *fervorem æstatis*; *Rufinus* enim in Nitriam fugit statim a morte Athanasii, quæ, secundum nostram sententiam seorsum expositam, contigit A. D. 372. die II. Maji. Tunc *Ægyptios* Confessores in Pœnicem, Pontum, Armeniam, Propontidem, & Palæstinam ejectos infra apparebit. Omnium proximi erant Hieronymo Episcopi in Palæstina exulantes; unde in Schismate, quod Ecclesiam Antiochenam totumque Orientem dilaniabat, sanctus doctor se in eorundem communionem mansurum professus est A. D. 376. epist. XIV. alias LVII. ad Damasum scripta, ubi ait: *& quia profacinatoribus meis ad eam solitudinem commigravi, quæ Syriam juncto Barbaria sue determinat, nec possum Sanctum Domini (id est sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, absentibus in signum Catholicæ communionis mitti solitum) tot interjacentibus spatiis a sanctimonialia tua semper expetere, ideo hic COLLEGAS TUOS ÆGYPTIOS CONFESSORES sequor, & sub onerariis navibus parva navicula delitesco. Quos vir Sanctus antiqua Ecclesiæ phrasi Collegas Damasi appellat, sunt episcopi, jussu Valentis Augusti in Palæstina exulare coacti, de quibus Rufinus Hist. Eccl. lib. II. cap. I. Valens fovendo hæreticis abiit in viam patrum suorum, nam & EPISCOPOS egit in exilium, & presbyteros ac diaconos & monachos (Tatiano Alexandria presidente) usque ad tormenta deduxit, & ignibus tradidit*. Hæc illigantur A. D. 372. Tatiano adhuc *Ægypti* Præfecto; etenim mortuo Athanasio in Orthodoxos sævitum, agente *Lucio* in vase Sedis Alexandrinæ, testes sunt Theodoritus & Socrates lib. IV. cap. XXI. & Sozomenus lib. VI. cap. XIX. *Rufinus*, qui persecutioni eidem interfuit, hanc stragem Catholicorum bisuriam dividit. I. in cives Alexandrinos. II. in Nitriæ monachos; & hæc omnia post *Arbanasii* obitum, partim sub *Tatiano*, partim sub *Palladio*, qui eodem A. D. 372. in præfectura *Ægypti* Tatiano successit, ex Theodorito lib. IV.

RUFINUS.
Lib. IV. Cap. II.

lib. IV. cap. XXI. Audiamus verba *Rufini* utranque persecutionem enarrantis lib. II. cap. XII. Igitur ea tempestate quam quadragesimo sexto anno Sacerdotii sui *Athanasius* post multos agones, multasque patientia coronas quietisset in pace, seiscitatus de successore, *Petrus* tribulationum suarum participem & sociam delegit. Sed *Lucius Arianae* partis Episcopus CONTINUO tanquam ad ovem advolat lupus: & *Petrus* quidem novem protinus transcendens, ad urbem *Romam* profugit, *Lucius* vero tanquam materia sibi crudelitatis oblata, saevior erga ceteros efficiebatur, & ita ibat in sanguinem, ut ne speciem quidem aliquam religionis servare videretur: cujus PRIMO ingressu tanta & tam turpia in virgines & continentes Ecclesia gesta sunt, quae nec in persecutionibus Gentilium memorantur. INDE POST fugas civium & exilia, POST caedes & tormenta, flammamque, quibus innumeros consecerat, ad monasteria furoris sui arma convertit. Vastat eremum, & bella quiescentibus indicit. Trium millia simul aut eo amplius, viros per totam eremum secreta & solitaria habitatione dispersos, oppugnare pariter aggreditur. Mittit armatam equitum, & peditum manum; tribunos, praepositos, & bellorum duces tanquam adversus barbaros pugnaturus elegit: qui cum venissent novam belli speciem vident, hostes suos gladiis obiectare cervices, & nihil aliud dicere, nisi amice ad quid venisti?

XII. De immani illa persecutione *Rufinus* statim haec addit: per id tempus patres monachorum vita & antiquitatis merito, *Macarius*, *Isidorus* aliusque *Macarius*, atque *Heracles* & *Pambus*, *Antonii* discipuli per *Aegyptum*, & maxime in *Nitria* deserti partibus habebantur, viri, qui consortium vita, & actuum non cum ceteris mortalibus, sed cum supernis Angelis habere credebantur. QUAE PRAESENS VIDI, LOQUOR, & eorum gesta refero, quorum in PASSIONIBUS SOCIUS esse promerui. In Apologia etiam ad *Anastasium* Pontificem, se tunc pro fide passum gloriatur: quamvis igitur fides NOSTRA persecutionibus haereticorum tempore quam in *Sancta Alexandrina Ecclesia* DEGEREMUS, in carceribus, & in exiliis, quae pro fide inferebantur, PROBATA sit, tamen & nunc si quis est, qui vel tentare fidem nostram capiat, sciat &c. His in aestu disputationis sic reposuit *Hieronymus* Apol. lib. II. post initium: miror quod non adjecerit: vinculus Jesu Christi, & liberatus sum de ore Leonis, & Alexandria ad bestias pugnavi; & cursum consummavi, fidem servavi, superest mihi corona justitiae. Quae exilia? quos iste carceres nominat? Pudet me apertissimi mendacii: quasi carceres & exilia absque judicum sententiis irrogentur. Volo tamen ipsos scire carceres, & quarum provinciarum se dicat exilia sustinuisse. Et utique habet copiam, de multis carceribus & infinitis exiliis unum aliquod nominandi. Prodat nobis confessionis suae acta, quae hucusque nescivimus, ut inter alios *Alexandria* martyres hujus quoque gesta recitemus, & contra latratores suos posse dicere: de cetero nemo mihi molestus sit; ego enim signatum Domini nostri *Jesu Christi* in corpore meo porto. Sed ex ejusdem

dem Sancti Patris Apologiæ lib. II. discimus, *Rufinum* non ab se tantum sed ab aliis etiam martyrem dictum: *cave, ne hoc magistri & condiscipuli tui audiant, & offendas quamplurimos, qui me latronem*, TE MARTYREM vocant, Rufus: *post Alexandrinum exilium & tenebrosos carceres a cunctis Origenis sectatoribus* MARTYR & APOSTOLUS nominerit. Certe Socrates lib. IV. cap. XXIV. Alexandrinorum ærumnas literis tradens inter sanctos monachos dire vexatos, Rufinum id de se narretem, his verbis recensere non diffidetur: *hæc Rufinus & VIDISSE eoram, & CUM ILLIS PERPESSUM esse dicit. Quocirca Rosveydus, vir pius & doctus, quo nemo accuratius historiam eremiticam illustravit, in notis ad Vitas Patrum pag. 442. §. 18. tanti faciendam non putat objurgationem Hieronymi, quin Rufino credendum sit, cui erediti Socrates, quum Rufinus id ipsum tam in disputatione, quam extra, professus fuerit: quod tamen Hieronymus in uno disputationis calore in dubium vocavit. In eadem sententia est Tillemontius tomo VIII. pag. 514. & tomo XII. pag. 40. Argumenta enim contra Rufinum parum probare arbitratur, nobis ignorantibus, quid ad ea Rufinus ipse respondere potuerit, quidve responderit in epistola ad duos priores libros Apologiæ Sancti Hieronymi: qui eam quidem epistolam, hodie deperditam, memorat in libro II. Apologiæ. Ad hæc Tillemontius observat, Arianos in publicas tabulas non retulisse quicquid violenti & inhumani in catholicos ipsi exercebant; nec semper iudicium sententias expectasse, ut quos oderant, in carceres truderent, exiliis plecterent, & vita privarent; hinc Rufino titulum Confessoris hæc in re tribui posse consentit. Annalium parens A. D. 372. §. VIII. Rufinum, sicut aliorum confessionem recensuit, ita & suam putat recensere debuisse exemplo Pauli Apostoli. Sed nunquid eam non recensuit qui ait, *se eorum gesta referre, quorum passionibus SOCIUS esse promeruit?* Ad hæc in Apologia pro fide sua ad Anastasium Pontificem nunquid non fatetur, eandem fidem suam persecutionis hæreticorum tempore in carceribus, & in exiliis, qua pro FIDE inferebantur, PROBATAM fuisse? Sed neque omnino id negat ipse Hieronymus, nisi fortasse ironico usu, quod non magni profecto interest; nam Apologiæ lib. II. in Rufinum sic loquitur: *Contra Arianæ dogmata jam Alexandria in carceribus & in exiliis dimicaveras non voce sed sanguine. In eodem libro II. pag. 399. ne tibi quidem quando in carceribus et exiliis morabaris huiuscemodi sacramenta patuerunt. Et pagina 407. tibi ergo in quo somnio Alexandrini CARCERIS revelatum est, ut qua ille (Origenes) vera proficiatur, falsata confingos? Rufinus postquam enarrasset admirandas Nitriensium Monachorum virtutes, & constantiam pro Fide Catholica lib. XI. cap. V. de illis a se visis & in familiare colloquium adhibitis, hæc iterum loquitur: *florebat igitur Ægyptus ea tempestate non solum eruditus in christiana philosophia viris, veram etiam his, qui per vastam eremum commutantes, signa & prodigia, Apostolica simplicitate vita, & cordis sinceritate,***

RUFINUS.
LIV. IV. C. II.

sate, faciebant: ex quibus interim quos IPSI VIDIMUS, & quorum benedici manibus MERUIMUS, hi sunt, Macarius de superiori eremo, alius Macarius de inferiori: Ipdorus in Scyti, Pambus in Cellulis; Moyfes & Benjamin in Nitria, Scyrion & Elias & Paullus in Apeliote, alius in Focis, Pammen & Joseph in P. spiri, qui appellabatur Mons Antonii. Eisdem tanquam præceptores suos memorat Rufinus Apologiæ lib. II. pag. 424. Ut ad eremi magistros veniam, quibus & attentius & frequentius vocabamur, ubi Macarius Antonii discipulus, & alter Macarius, & Ipdorus & Pambus, omnes amici Dei: qui NOS HÆC DOCEBANT, quæ ipsi Deo discebant? Quantam ego, si hoc ita deceret aut expedit, de his omnibus habere sciantiam materiam possem? Sed erubescō, hæc etiam reticens, dum volo tibi ostendere, non, ut dicis, nostro ingenio magistros, sed quod plus doleo, magistris defuisse magis ingenium nostrum. Hieronymus A. D. 380. Chronicon scribens, elogio sane magnifico Rufinum ornavit sub anno I. Olymp. 289. Abrahamitico 2393. Christi secundum Eusebium 378. nempe Dionysiano 376. Florentinus & Bonosus & Rufinus INSIGNES Monachi habentur: E quibus Florentinus tam misericors in egenos fuit; ut vulgo pater pauperum nominatus sit. Hic Florentinus, quomodo habent omnes Chronici editiones, a Hieronymo femel & iterum Florentinus vocatur in epistolis jam adductis, & etiam a Rufino Apologiæ lib. II. ubi hoc idem elogium de se olim ab amico scriptum, scisso amicitia Hieronymo objicit: Me nunc laceras, quem et in Epistolis tuis antea laudaveras, et in Chronicis tuis Florentio et Bonoso pro vita, ut ais, nobilitate conjunxeras. Mutua illis necessitudo intercesserat, utpote omnibus simul in Aquilejensi Ecclesia educatis. De Bonoso Hieronymus Epist. I. alias XII. ad Rufinum: Bonosus TUUS, immo meus, et, ut verius dicam NOSTER, scalam præfatam, Jacob somniantem, jam scandit. Fuerat Hieronymi collataneus & condiscipulus, utque liberius Deo vacaret, scopulo, sive insulæ (forsitan Dalmatiæ) solus infederat, derelicto etiam Onesimo adolescente, quem Rufinus pariter noverat; ne parvulus quidem, quem NOSTI, Onesimus, quo, velut fratre, in osculo fruebatur, in tanta vastitate adhaeret lateri comes. Chromatium, Jovinum, & Eusebium Aquilejenses hæc Hieronymo nunciasse colligimus ex ejus Epist. VII. alias XLIII. Eundem porro Bonosum post A. D. 371. quo Rufinus in Ægyptum transmiserat, contigisse manifestum est, quum Hieronymus hac de re, tanquam nova Rufinum in Ægypto versantem docuerit Epist. I. alias XLI. ubi de more in Bonosi laudes excurrit.

IV. Duplicem Catholicorum cladem sub Tatiano & Palladio Ægypti præfectis A. D. 372. & 373. durasse colligimus ex Hieronymo, qui de secunda, post primam Alexandrinorum civium persecutionem, in monachos Nitriæ exercita, loquens, hæc habet anno III. Olymp. 288. Abrahami 2391. Christi secundum Eusebium 376. sive Dionysiano 374. necdum

dum enim hoc anno persecutionem illam deferbuisset vel hinc apparet; *Multi Monachorum Nitria per tribunos & milites caesi.* Paulinus Nolanus epist. xxxr. alias x. §. 2. sanctissimos viros eoque vexatos tradit, ut tunc Melania *per triduum quinque millia Monachorum latentium suis panibus paverit*, tot enim ibi fuisse narrat etiam Palladius cap. vii. & Hieronymus eodem in loco *circa quinque millia divisis cellulis habitasse* testatur ep. xviii. alias xxii. ad *Eustochium* de custodia virginitalis, & *Rufinus* in vitis Patrum lib. ii. §. 219. pag. 533. qui etiam in prologo pag. 449. ait, mirum esse, *ut & numero immensi sint, & virtutibus incomparabiles*. Melania vero postquam *obiens solitudinem, & videns omnes sanctos, sex menses in Aegypto transegerat, duodecim episcopos, & presbyteros, & clericos, & anachoretas, ut essent omnes centum viginti sex, in Palaestinam circa Diocæsaream*, ab Augustali Alexandrino delegatos, sequuta est, eis *ex suis propriis pecuniis ministrans in necessitatibus sumptuum, atque omnibus suppeditans*, teste Palladio cap. cxv. Eidem in hac peregrinatione *Rufinum* adhæsisse, constare puto ex laudata epist. ii. alias v. ubi Hieronymus, qui *Rufinum* una cum *Santa Melania Hierosolymam venisse* intellexerat, epistolam nunc deperditam eidem *Rufino* reddendam ad *Florentium* misit, quem ex Hieronymi epist. iv. alias vi. respondisse colligimus, *Rufinum* illuc *necdum* venisse. Hoc tamen venturum demonstrat, nam & codices quosdam a *Rufino*, illic ad describendum Hieronymus commodari postulat. *Rufinus*, qui, ut vidimus, se contra *Arii dogmata* non solum *carceribus*, sed etiam *exiliis* dimicasse, ipsemet in Apologia ad Anastasium nos docet, repetitque Hieronymus, tunc fortassis, cum *Melania* & exsulibus *Aegypti* adhuc morabatur circa Diocæsaream: quam *Palaestinae urbem* pene extinctam, immortalem fecit Norisius in Epochis Syromacedonum differt. v. Cap. vi. deque ea non cuiusvis obvia nuperrime protulit Hadrianus Relandus in *Palaestina illustrata* libro tertio. Nec solum *Diocæsaream* in *Palaestina*, *Aegypti* Confessores, episcopi, presbyteri, & diaconi tunc relegati, ad quos Petrus Alexandrinus scripsit epistolam, cujus fragmenta exstant apud Facundum Hermianensem lib. xi. cap. ii. sed alio etiam trahi sunt, nam Heliopolim in Phœnice, & ad metalla Proconnesi, Propontidis insulae, apud Cyzicum, damnatos tradit idem Petrus Alexandrinus apud Theodoritum lib. iv. cap. xix. Ad metalla Ponti & Armeniae Cassianus Collat. xviii. cap. vii. *Metalla* quoque memorantur apud *Rufinum* lib. xi. cap. vi. Sane apud Cassianum, qui in Syria & Aegypto fuit A. D. 390. monachus Alexandrinus *Piammon* testatur, se *temporibus Lucii, qui Arianae perfidia episcopus fuit sub Valentis imperio, diaconiam* (nempe elemosynas) *detulisse fratribus, qui de Aegypto & Thebaide fuerant ob Catholicae fidei perseverantiam metallis Ponti atque Armeniae relegati*. Rosveydus pag. 444. §. xi. putat, hunc ipsum monachum, tunc eremum Chalcidis pertransientem, de *Rufini* in Aegyptum adventu Hieronymum docuisse; ut enim ad exsulantes in Ponto, Armenia, & Phœnice, de-

RUFINUS.
LIB. IV. CAP. I.

ce, deferretur *diaconia*, necesse fuit tranfire per Syriam & Chalcidensem eremum. Id autem monachus *jamdudum* illac pertransiens, Hieronymo nunciaverat, quum scilicet ad Ægyptios exules properaret, non ab iisdem redux, ut videtur putasse Tillemontius. Illo vero tempore, *jamdudum* elapso, puta post unum aut alterum mensem, tandem *plenum veritatis pondus erupit*, *Rufinum Nitriæ esse*. Quare tunc primum Hieronymus ad illum scripsit epistolam.

V. Fortem & maguæ virtutis feminam Diocæsarea Hierosolymam petiisse in comperto est. Sed Palladius cap. cxviii. & vulgatus Heraclides cap. xxxiii. Paradisi, quæ, uti jam dixi, est vetus interpretatio Historiæ Palladii, auctores sunt, eam non ante revocatos ab exilio sanctos viros parthenonem sibi & quinquaginta virginibus condidisse: *hæc POSTQUAM bi fuerunt revocati, monasterio adificato Hierosolymis &c.* Monasterii epocha non *Melania* in urbem sanctam adventui, secundum Pagium A. D. 372. §. xx1. sed monachorum revocationi, conjungenda est: quæ contigit circa mensem Aprilis A. D. 377. ut supputat Baronius anno eodem §. 11. consentitque Hieronymus in Chronico an. 11. Olymp. 289. Abrahami 2394. Christi secundum Eusebium 379. nempe Dionysiano 377. ubi ait: *Valens de Antiochia exire compulsus, sera pœnitentia NOSTROS de exiliis revocat*. Rufinus adhuc luculentius rem exponit Hist. lib. xi. cap. xiiii. loquutus de tempore, quo Gothorum gens per omnes Thracias se infudit: *tum vero*, inquit, *Valentis bella, quæ ecclesiis inferrebat, in hostem cæpta converti, seraque pœnitentia episcopus & presbyteros relaxare exiliis, ac de metallis resolvi monachos jubet*. Scio Tillemontium in Historia Arianismi tomo vi. pag. 800. testimoniis tam luculentis opponere Theodoriti & Sozomeni auctoritatem, apud quos lib. iv. cap. xxxi. & lib. vi. cap. xl. Sanctus Isaacus Valentem Constantinopoli in Gothos proficiscentem uno aut altero mense antequam moretur, quod contigit die 1x. Augusti A. D. 378. de tollenda persecutione catholicorum, utque redderet gregibus optimos pastores, increpans monuit: quod postea mortuo Valente a Gratiano Augusto sancitum, & *pastores gregibus suis restitutos* affirmant Theodoritus & Socrates lib. v. Cap. 11. & Sozomenus lib. vi. 1. cap. 1. At *Hieronymi & Rufini* oculos non quidem remotos, sed præsentis rei tantæ, cujus uterque, *Rufinus* autem præcipue, ut vidimus, pars magna fuit, falli potuisse haud facile adfentior. Potius cum magno Baronio, quem hac de re consuluisse nequaquam videtur vir præstantissimus, ad ecclesiarum restitutionem episcopis ab exilio revocatis faciendam, auctores *Rufino & Hieronymo* posteriores, & Gratiani edictum respexisse non dubito. Hujus rei veritas constat ex *Rufini* prologo ad Apologeticum Gregorii Nazianzeni, quem ad pervertisti codicis fidem edidit Petrus Frauciscus Chiffletius in Vindiciis operum Vigilii Tapfensis: ibi enim pag. 59. Gregorius dicitur Constantinopolim transisse *quum propter Valentis Ariani tempora ECCLESIAS catholicæ RECEPISENT*, quas nempe Ariani ad xl. annos tenerant.

Grego-

Gregorius Constantinopolim ingressus est circa initium A. D. 379. ex Tillemontio tomo IX. pag. 707. Tunc A. D. 377. exilium necessitatibus opum vim non amplius ab ea flagitantibus, *Melania* ad ædes sacras excitandas animum adpulit. Hieronymus anno Abrahami 2390. x. Valentis, Olymp. cclxxxv. *Melaniæ* adventum Hierosolymam statuit, *ubi*, ut ait, *tanto virtutum, præcipuaque humilitatis miraculo fuit, ut Thecla nomen acceperit.* Hæc, quæ de ejus adventu Hierosolymam accipienda sunt, non vero de discessu ab urbe Roma, ut Pagius acceperit A. D. 372. §. xiv. perperam Hieronymum erroris echronologici arguens, recte concurrunt eum A. D. 373. post v. Kal. Aprilis: quo die Valens annum x. Imperii inierat, & post Kal. Octobres, quibus annus Abrahami exorditur.

VI. Rufinum, quem, *Melania* comitem jungit Palladius, Alexandriam magnis viris operam daturum, rediisse dubitari nequit, nam & *sex annos*, nonnihil vacuos, ab se ibidem traductus narrat, & Hieronymus *multo tempore* moratum agnoscit. Proferamus verba *Rufini* ex Apologia lib. II. pag. 422. ubi se ab Hieronymo reprehensum, tanquam nullo præceptore usum, defendit: & *miror*, inquit, *hoc eum dicere voluisse, quum majorem in me & veriozem haberet obtestandi materiam, quod magis inter MULTOS & præclaros MAGISTROS DIU moratus nihil dignum eorum vel magisterio, vel institutionibus habeam.* Ceterum iste, qui in tota vita sua non totos triginta dies Alexandriæ, ubi erat Didymus, commoratus est, per totos pene libellos suos longe lateque se jactat Didymi videntis esse discipulum & μαθητῆν, idest præceptorem, in Scripturis Sanctis habuisse Didymum: & omnis ista jactantia in uno mense quæsitæ est. Ego qui SEX ANNIS Dei causa commoratus sum, & iterum post intervallum aliquot aliis diebus, ubi Didymus, de quo tu solo te jactas, & ubi ALII nihilominus illo NON INFERIORES, quos tu ne facie tenus quidem nosti, Serapion & Menites, viri natura, & moribus, & eruditione germani; ubi Paulus senex Petri martyris discipulus (nimirum episcopi Alexandrini, ejus nominis primi, qui martyrium subiit A. D. 311,) & ut ad eremi magistros veniam, &c. Rufino hæc de se memoranti assentitur Hieronymus, ejus testimonium in Apol. lib. II. ita habet: *te MULTO TEMPORE Pharus docuisti, quod Roma nescivit, instruxit Ægyptus, quod Italia beneque non habuit.* His verbis *multo tempore* indicat *sex annos* Alexandriæ transactos, quam per *Pharum* designat, ubi Rufinum Origenis doctrina imbutum insinuat. Hunc enim auctorem, in quo bona & mala mixta fuerunt, impotenter quidem amavit *Rufinus*; sed in Apologia ad Anastasium pontificem *Origenis neque defensor, neque assertor* haberi vult. *Didymum* sane, quem miris & magnis laudibus, utpote omni disciplinarum genere instructum, extollit; se audivisse testatur etiam Hist. Eccl. lib. XI. cap. VII. nos tamen, inquit, qui & viva vocis ejus ex parte aliqui FUIMUS AUDITORES, & ea quæ a nonnullis dicente eo, descripta legimus, longe

magjorem gratiam & divinum nescio quid, ac supra humanam vocem sonans, in illius magis sermonibus, qui de ore ipsius proferebantur AGNOVIMUS. Didymum scholæ catecheticæ Alexandrinæ post Macarium, & ante Rhodonem, præfuisse, testatur hujus Rhodonis discipulus *Philippus Sidetes* in fragmento de Catechistarum Alexandrinorum successione, edito ab Henrico Dodvvello, ad calcem Dissertationum in Irenæum pag. 489. Idem Didymus librum de morte infantium *Rufinus* inscripsit, teste Hieronymo in libro III. Apologiæ pag. 464. ex quo etiam pag. 455. discimus, *Rufinum*, Theophilo Alexandrino *ab adolescentia*, operam dedisse gloriatum: cui tamen rei adversatur Hieronymus, proptereaquod *Rufinus* in Ægypto non fuerit postquam Theophilus ad episcopatum ascendit, sive post A. D. 385. neque Theophilus docuerit ante episcopatum: & *gloriaris*, inquit, *te ab ADOLESCENTIA Theophili fuisse auditorem & discipulum, quum & ille antequam episcopus feret, pro humilitate sibi inserta, nunquam docuerit, & tu, postquam hic episcopus factus est, Alexandria non fueris*. Hoc nihilominus haudquaquam probat, *Theophilum* necessarios suos *privatim* non docuisse, nec vero simile est, *Theophilo* adhuc superstitè, *Rufinum* se pro ejus discipulo jactasse, a quo aperti mendacii convinci poterat.

VII. Sexennio transacto in schola Ægyptiorum, tandem Hierosolymis pedem fixit *Rufinus*, Melaniæ adhærens, teste Palladio cap. cxviii. cujus verba sic latine exprimit auctor sub Heraclidis nomine latens capite xxiii. *Erat etiam cum ea Rufinus quidam nomine, civis Icolus ex Aquilejensi opido, vir nobilium et in proposito singulari satis sortium morum, qui ad presbyteratum postea meruit pervenire: quo nullus mansuetior, fortior, et placidior, tanquam omnia sciens, in sexu virili, potuit inveniri*. Sexennem *Rufini* moram in Ægypto, a primo illius adventu A. D. 372. deducentes, ejusdem reditum in Urbem Sanctam statuimus A. D. 377. quo Fidei Confessores ab exilio revocati; tunc enim, reddita pace Ecclesiæ, ut se totum Vitæ Monasticæ addiceret, Hierosolymam petiit, ubi in *Monte Oliveti Cellulas* suo & aliorum usui stetit scribit Invect. lib. II. quas licet suas, non tamen ab se uno, sed ab aliis etiam monachis, atque his *quamplurimè* frequentatas affirmat. Præstat integra ejus verba hic recitare: *etiam testes quamplurimos fratrum habere possum, qui in MEIS CELLULIS manentes in Monte Oliveti quamplurimos ei (Hieronymo) Ciceronis dialogos descripserunt; quoniam et ego quaterniones quum scriberent, frequenter in manibus tenui et relegi, et quod mercedis multo largiores, quam pro aliis scripturis solent, ab isto eis darentur agnovi*. De Hieronymo subjungit *Rufinus*, *quod in Monasterio potius in Bethleem ante, non multo adhuc tempore partes grammaticas executus sit, & Maronem suum comicosque ac lyricos & historicos auctores tradidit sibi ad discendum Deum timorem puerulis exponebat*, Itaque horum usui Ciceronis dialogos descri-

scribendos curasse putandus est. Fratrum in *cellulis* Oliveti manentium uuus fuit aliquando Sanctus Petronius Bononiensis, cui postea *Rufinum* in Vitis Patrum scribendis calamum & ingenium suum commodasse, inferius patebit; ait enim in Prologo libri II. se eorundem fratrum rogatu opus illud scripsisse. Neque ideo tamen Rufinus ita subicit Hierosolymis, quin ad invendos aliarum etiam regionum eximios viros curaverit; nam Hist. Eccl. lib. XI. cap. VIII. Edessæ & Carrarum, provinciarum Osrhoenæ in Mesopotamia, urbium, partes a se ideo lustratas hic verbis affirmat: *babuit autem per idem tempus etiam Mesopotamia viros nobiles iisdem studiis pollentes, quorum aliquantos ipsi per NOS apud Edessam & in Carrarum partibus VIDIMUS, plures autem auditione didicimus.* Hieronymus in Commentariis ad Isaiam lib. V. cap. XIX. in fine, de Mesopotamiæ monachis ita scribit: *hæ enim vel maxime gentes monachorum florent examinibus, Ægyptus & Mesopotamia, & pari inter se pietate contendunt.* Fortasse Rufinus hac occasione iterum divertit Alexandriam, veteres amicos & præcipue Didymum salutaturus, quod luculenter superius innuerat, ubi non solum *sex annos* se ibidem *pro causa Dei*, sed & iterum POST INTERVALLUM *aliquor aliis diebus* moratum expresserat. Circa idem tempus Melaniam quem in Ægyptum reversam nos docet Palladius cap. X. Historiæ Lausiacæ: qui tamen istud piæ feminæ alterum iter a primo ejus in Ægyptum adventu nequaquam distinxisse videtur; ait enim Sanctum Pambonem Nitriæ monachum, illa eadem præfente, diem obiisse: cuius corpore ab se curato, linteis involuto & deposito, *recessit ab solitudine*, inquit Historicus, qui hæc omnia ex illius ore se didicisse testatur his verbis: *narravit beata Melania.* Hac Palladius juxta ac Rufino familiariter usum fuisse Hierosolymis, infra patebit. *Rufinus* quidem certe in primo adventu A. D. 372. se Pambonem in cellulis Nitriæ allocutum affirmat. Verum hic idem Pambo ante A. D. 385. in caelestem patriam nequaquam migravit, siquidem in monumentis ecclesiæ Græcæ a Jo: Baptista Cotelerio vulgaris legimus to. I. pag. 462. invisum fuisse Pambonem a Theopipilo jam tum Episcopo Alexandrino, qui quum federe cœperit die XX. Julii A. D. 385. Pambo ante hunc annum obiisse non potuit, nisi duos Pamboes ex ingenio comminiscamur. Quare vel Palladius sermonem a Melania secum habitum minus recte distinxit, vel ejus verba strictim accipienda non sunt. Hoc a Tillemontio adnotatur in tomo X. pag. 823.

VIII. Jam vero cum *Rufino* & *Melania* Hierosolymam revertamur. Utrique plures annos in omnis generis hominibus illuc pietatis causa adventantibus, liberaliter excipiendis, impenso, adsignat Palladius capite CXVIII. Cum *Melania* vixit etiam *vobilissimus & fortissimus Rufinus ab Italia ex Aquilejensi Civitate*, qui postea dignus est habitus presbyteratu: quo non est inventus vel doctior vel mitior. *Viginti autem & septem annis excipiebant eos, qui veniebant Hierosolymam voti causa,*

RUFINUS.
LIB. IV. CAP. II.

sa, & episcopus & monachos & virgines, & matrimonio junctos & illustres et privatae conditionis, et omnes qui adventabant, suis forebant sumtibus. Monachos etiam ob schisma Paulini, divisos, & Macedonianæ Sectæ reliquias, *Rufino & Melania* suadentibus, in præcedam communionem rediisse mox subjungit Palladius, qui clerum insuper Hierosolymitanum donis & alimentis, utriusque beneficentia cumulatum affirmat. His narratis sermonem claudit his verbis: *sic vitam transsegerunt, neminem offendentes, sed omnem propemodum Orbem terræ juvantes.* Rufinum A. D. 387. quo secundum calculos Tillemontii, Palladius eum & *Melanium* Hierosolymæ novit, nondum fuisse *presbyteram*, satis luculenter ostendit ubi de illo ait: *qui POSTEA dignus est habitus presbyteratu.* Quare impostero *presbyteri* nomine appellatum videbimus, qui olim *monachi & fratris* nomine tantum appellabatur. Hieronymus A. D. 388. in loca sancta profectus cum *Rufino* veterem necessitudinem renovavit, quemadmodum postea ipsemet *Rufinus* non obscure sic prodidit Apologia lib. II. MIHI quoque ipsi aliquando, quam de *Bethleem Hierosolymam* VENISSET, et codicem secum detulisset, in quo erat *Dialogus Ciceronis, et idem ipse Græcus Platonis, quod dederit ipsum codicem, et aliquando fuerit apud me, nullo genere negare potest.*

IX. Inter summos viros, quos *Rufinus* ibidem novit, ceteris maxime præstitit *Bacurius Iberia Rex*, vir celeberrimi nominis apud Historicos, *Zosimum* lib. IV. ante finem, & *Socratem* lib. VII. cap. X. Huic *Rufinus* acceptam referens historiam de admiranda Conversione Iberorum: *hæc, inquit, NOBIS ita gesta fidelissimus vir Bacurius gentis ipsius Rex, & apud nos Domesticorum comes, cui summa erat & religionis & veritatis, exposuit, quom NOBISCUM, Palestini tunc limitis dux, in Hierosolymis satis unanimiter degeret. Ut vir fide, pietate, virtute et animi et corporis insignis, eidem auctori laudatur etiam lib. XI. cap. XXXII.* ubi eum pro Imperatore *Theodosio Magno* fortiter strenueque contra *Eugenium Tyrannum* auxiliariis armis præliantem eecidisse testatur. *Rufino* Hierosolymis adhuc degente id contigit A. D. 394. III. Idus Septembris in regionis nostræ *Aquilejensis* angusto aditu Alpium, ad fluvium vocabulo *Frigidum*, nunc vulgo *Vipacum*. Istic pugnatum, & de *Eugenio* pari felicitate, ac sexennio ante ad tertium ab *Aquileja* lapidem de *Maximo* altero Tyranno, *Theodosium* triumphasse tradunt *Socrates* lib. V. cap. XXIV. *Philostorgius* lib. XI. cap. II. *Claudianus* in panegyri de tertio Consulatu *Honorii*, *Epiphanius Scholasticus* in *Historia Tripartita* lib. X. cap. XIV. aliique. Eodem pacto, quo Iberorum conversionem ex *Bacurio*, Indiæ quoque ulterioris a Sancto *Fruventio* factam audivit *Rufinus* ex ore *Ædesii*, Tyri presbyteri, & ejusdem Sancti *Fruventii* apud Indos comitis, ut lib. X. Hist. cap. IX. his verbis refert: *quæ nos ita gesta non opinione vulgi, sed ipso Ædesio, Tyri presbytero postmodum factio, qui Fruventii comes prius fuerat, referente cognovimus.* Hac de re

constu-

confulendus Pagius A. D. 327. §. XII. & amicus noster in Vita Sancti Athanasii to. I. Operum pag. xvi. Indiam a *Rufino* memoratam, quæ *Frumentium* Apostolum naſta eſt, eam eſſe Æthiopiæ partem ſcribit, quæ *Abyſſinia* dicitur, hujus enim regia tunc erat Axuma ſive Auxumis. Porro tunc remotæ quæque regiones, ad Orientem & meridiem late patentes, *India* nomine dicebantur, quod video in antiquis auctoribus obſervatum a Friderico Brummero perelegantis ingenii viro in exercitatione ſua de Sabinis pag. 372. Operum. Eſti autem *Rufinus* hiftoriam pertexit, quaſi in *Indiam* ulteriorem *Frumentius* perrexiſſet, quemadmodum exiſtimavit Baronius die xxvii. Octobris, ubi duos *Frumentios* ponit, & Carolus a Sancto Paulo in Geographia ſacra pag. 269. conſtat tamen eam fuiſſe Ægypto finitimam, & Æthiopiæ partem, quæ toto cælo ab India Aſiatica ſeu Gangetica diſtat. *Æthiopes* enim antiqui *Indorum* nomine appellabantur, unde apud Virgilium de Nilo, qui ex *Æthiopia* oritur, lib. v. Georgicorum :

Uſque coloratis amnis devexus ab INDIS.

Ad hos *Indos coloratos* *Frumentium* primo perveniſſe compertum eſt. Inde *Alexandriam* redux, iterum illuc miſſus eſt, ab Athanaſio ordinatus epiſcopus *Axumeos*, ſive *Auxumeos*, Æthiopiæ metropolis, ubi regia poſita erat. Videantur Stephanus de Urbibus, Arrianus in Periplo maris Erythræi, Nonnoſus apud Photium Cod. III. & Procopius de Bello Perſico lib. I. cap. xix. Ad hanc ergo *Axumim*, hancque *Indiam*, Æthiopiæ partem Ægypto proximam, non ad *Indiam* intra *Gangem* ad latus Orientale *Indi* amnis, *Frumentius* a S. Athanaſio miſſus eſt. Conſtantius ad *Aizanam* & *Sazanam* ejus loci *Tyrannos* epiſtolam ſcripſit, ut *Frumentius epiſcopus Axumeos inde abduceretur*, inquit Athanaſius in Apologia ſua. *Tyrannos* eos fratres vocat, iſque cum Romanis jura impertit. Atqui nulli Imperatorum Romanorum fœderati ultra *Gangem* erant. Idem Conſtantius legem ſanxit in hæc verba : *nullus ad gentem Axumitarum & Homeritas ire præceptus, ultra annui temporis ſpacia debet Alexandria de cetero demorari*. Ergo tempore Conſtantii hi *Axumitæ Homeritis* adjunſti, Romano Imperio contermini & fœderati utique erant. Ad hos igitur sæpe legati commearunt, qui *Alexandriam* primo, inde in Æthiopiam profeſti, indeque *Alexandriam* reverſi ſunt : quos ſpectat illa Conſtitutio. *Rufinus*, a quo *Socrates* lib. I. cap. xv. *Sozomenus* lib. I. cap. xxiii. *Theodoritus* lib. I. cap. xxiii. *Caffiodorus*, *Nicephorus* aliique recentiores hanc hiftoriam acceperunt, *Gangem* non nominat, ut de *Indis* intra vel extra *Gangem* ſeis ejus narratio accipi poſſit ; quum enim *Rufinus* *interiorem Indiam* ratione citerioris appellat, *interior* hic pro *exteriore*, ſive pro *India* extra *Gangem*, & nobis *citerior* eſt, accipi non debet : hoc enim foret abſurdum, & contra omnem veræ geographiæ ordinem. Itaque *citerior India*, dum a *Rufino* lib. x. cap. ix. dicitur, *Æthiopia adbarens* etiam deſignatur, in qua *Bartholomæus* Evangelium prædicavit. Hanc eſſe Æthiopiam ſub *Ægypto*, qua

rubrum

RUFFINUS.
LIB. IV. CAP. II.

rubrum mare attingit ad Adulim, & ostium finis Arabici, nemo dubitet; unde consequens est, ut *India interior*, heic non alia intelligi possit, quam *Æthiopia interior*, non in Asia, sed in extrema Africa supra principium Nili: qui Æthiopes nunc Abyssini vocantur, quorum metropolis erat *Axumis*, quoque antea nemo Christi pæconum, interius penetrauerat. *Axumis* ostidui itinere a mari, & Adulitico portu aberat, teste Arriano, aut alio auctore, in Periplus Maris rubri. Hieronymus in epist. xcv. alias iv. ad Rusticum, periculofam, & longam navigationem Rubri maris ad urbem *Axumam* describit, ubi hætenus spisso sed proclivi errore urbem maximam pro urbem *Axumam*, editum legitur: Verba ejus hæc sunt: *navigantes Rubrum mare, in quo optandum nobis est, ut vevus Pbarao cum suo mergatur exercitu, multis difficultatibus ac periculis ad Urbem Axumam perveniunt. Utroque in litore gentes vagæ ac bellica habitant ferocissima, semper solliciti, semper armati, totius anni vebunt cibaria. Latentibus saxis vadisque durissimis plena sunt omnia, ita ut speculator & doctior in summa mali arbore sedeat, & inde regenda et circumspicienda navis dilata prædicet. Felix cursus est, si post sex menses, supradictæ urbis (Axumeos) portum teneant, a quo se incipit aperire Oceanus, per quem vix anno perpetuo ad Indiam (Asiaticam) pervenitur, et ad Gangem fluvium.* Lucas Holstenius vir exquisitæ eruditionis summius iudicii in notis ad Carolum a S. Paulo pag. 172. de narratione Rufini aureum hoc dictum protulerat: *Scriptores antiqui quum de regionibus rebusque longinquioribus obscurius loquuntur, benigna interpretatione juvandi sunt.* Mox notat, hunc locum Hieronymi ad Rufini narrationem recte intelligendam unice facere. Idem Holstenius hæc de re consulendus etiam in notis ad Martyrologium Romanum die xxvii. Octobris, & strenuus Epistolarum S. Ignatii Vindex par. I. cap. x. pag. 184. edit. II. pag. 332. Unum adhuc addere præstat. Dodvvelius in Dissert. I. Irenaica §. xl. pag. 73. & in Addendis, *Æthiopes* putat *Indos*, quorum legationem ad Trajanum memorat Dio lib. lxxviii. pag. 777. quique in nummis dicuntur *India in provinciam redacta*, nempe finitimos Imperio Romano *Indos citeriores* Arabiæ Felicis Homeritas, & *Axumitas* intelligit. Ad hos missus Legatus a Christianis Alexandrinis Pantænus, ex Eusebio Hist. lib. v. cap. x. quem vide. In nummis, *Indiam provinciam* memorantibus, *rhinoceros* signatur. *Æthiopia oriundos rhinocerotis* tradunt veteres, quos & *Æthiopicos tauros* Pausanias vocat in Eliacis & in Bæoticis. *Æthiops* nempe Orientales designat, de quibus adeo multa ex Homero disputat Strabo. Ne longior sim, ad Josephum Scaligerum lib. vii. de emendatione temporum pag. 680. Ezechielem Spanhemium Dissertatione iv. tomo I. pag. 188. & Jobum Ludolphum in Historia Æthiopiæ lib. II. cap. xi. Hæc pro illustranda narratione, quam uni Rufino debet Ecclesia: de qua consulendus etiam Tillemontius tomo vii. pag. 284. & 709.

CAPUT III.

I. Hieronymi & Rufini similitudo origo. II. Hieronymus Epiphano contra Jo: Hierosolymitanum, Rufinus Jobanni, adbaeret. III. Rufinus in communionem ab Epiphano Hierosolymiz admittitur, & pro Catholico habitus. IV. Dissidii inter Hieronymum et Rufinum occasio aucta ex Epiphani epistola ad Jo: Græce scripta, quam Hieronymus latine convertit. V. Melania Rufini et Jo: causam tuetur. VI. Theophilus Alexandrinus iisdem pariter favet. VII. Dissidentes frustra in concordiam redigere studet. VIII. Hinc Hieronymi et Theophili amicitia frigeſcit.

I. Hieronymi & Rufini arcta necessitudo, magnis utriusque virtutibus innutrita, crevit eoque, ut tam caras familiaresque personas, cunctis penes ecclesias NOTISSIMO amicitia vinculo copulatas, Christiani omnes admirarentur, quemadmodum ex Africa ad Hieronymum scripsit Augustinus Epist. LXXIII. alias xv. cap. 111. ubi primum inter eos tantum malum existisse discordia intellexit. Hæc palam erupit A. D. 394. quo Sanctus Epiphanius Salaminæ Cypri, quæ & Constantia, episcopus, Hierosolymam petiit. Tamen paulo ante nonnullus inter eos discordia turbo surrexerat, quum Aterbius nescio quis una cum aliis in Rufinum, tanquam sectatorem Origenis, clamare cœpisset, Hieronymum quoque, utpote Rufini amicum, & olim Adamantii præconem, eodem crimine involvens. Hoc Hieronymus se purgavit damnans doctrinam Origenis: quod a Rufino nequaquam factum fuisse postea contendit lib. 11. Apologiae, rem ita narrans: *quis Aterbii contra te, et ceterorum rabiem concitavit? Nonne ille est, qui et me hæreticum ex tuis amicitiiis judicabat? cui quum satisfacissem damnatione dogmatum Origenis, tu clausus domi nunquam eum videre ausus es, ne aut damnare quod nolebas, aut aperte resistens, hærescos invidiam sustineres. An idcirco testis contra te esse poteris, quia accusator tui est? ANTEQUAM S. Epiphanius venisset Hierosolymam et ore quidem et osculo tibi pacem daret, &c. Aterbius contra te latrabat Hierosolymis: et nisi cito abiisset, sensisset baculum, non literarium, sed dexteræ tuæ, quo tu canes abigere consuevisti.* Hæc prima Hieronymi declaratio in Origenem quamquam a Rufini amicitia illum non parum avertere visa est, haudquaquam tamen in apertam similitudinem abiit ante adventum Sancti Epiphani, qui circa Pascha A. D. 394. contubernio & mensa a Johanne episcopo Hierosolymæ exceptus est. Erat vir Sanctissimus Origeni maxime infestus, in quem postmodum coram populo in Anastasi, seu templo Resurrectionis, magna animi contentione peroravit, Johanne, qui aderat, quasi Origenianæ doctrinæ alumno, haud obscure commonefacto, *ne Arii patrem, Origenem scilicet, & aliarum hæreseon radicem, &*

RUFINUS.
Lib. IV. C. III.

*parentem laudare deberet. Vide ejus epistolam inter Hieronymianas pag. 824. Despexit Johannes Epiphanius, eoque a concione per Archidiaconum desistere jussu, haud multo post in æde Sanctæ Crucis contra hæreticos Anthropomorphitas, formam Humanam Deo tribuentes, Origenique propositos, acriter declamavit, Epiphanium, quasi hac contagione infectum, designans: qui subinde concionem undequaque probavit, hæresim a Johanne damnatam & ipse damnans, sed vicissim Origeniana dogmata ab illo damnari postulans. Hæc & alia discordiarum semina Epiphanium in Bethleemi secessum divertere coegerunt, ubi Hieronymo ceterisque solitariis ab Johannis communione divulsis, Paulinianum Hieronymi fratrem, qui annum xxviii. agebat, inconsulto Johanne loci episcopo, ad diaconatus, & deinde ad presbyteratus gradum evehit in cænobio, quod *Vetus* appellabatur, inter Hierosolimam, & proximam Eleutheropolim, ab se olim exstructo. His de causis Johannem ira immodica accensum, & ad Siricium Pontificem hac de re scribere minitantem, Epiphanius epistola valde longa placare studuit, ordinationem in aliena parœcia ab se factam excusans, & reliqua sibi opposita diluens, ipso, ut ab Origenis doctrina abstineret, iterum commonescens. Hæc summam decerpimus ex ejus epistola ex. alias lx. quam Hieronymus in latinum sermonem convertit, & ex duabus Hieronymianis ad Pammachium, & Theophilum Alexandrinum contra Johannem scriptis, nempe xxxviii. alias lxi. & xli. alias lxv.*

II. In hoc magno dissidio, Rufinum Johanni, Hieronymum Epiphanius adhæsisse manifestum est. Rufinum, quem A. D. 387. nondum fuisse presbyterum supra observavimus, hoc A. D. 394. *presbyterum* dici videmus ab Epiphanius in laudata epistola, eodem anno conscripta. Johannes ergo Hierosolymitanus antistes Rufinum intra illud septennium suæ ecclesiæ *presbyterum* ordinaverat. Hieronymus in literis ad Pammachium subsequentibus verbis Johannem increpat, querentem, sibi privatim ab Epiphanius ante concionem publicam non fuisse objecta Origenis dogmata, de quibus palam illum postmodum accusaverit: *ille objecisse se dicit; tu negas. Ille testes profert; tu non vis audire productos. Ille etiam commemorat, ALIUM esse conventum; tu pro utroque dissimulas. Hunc aliam non fuisse a Rufino diversum statim patebit: nam in lib. III. Apologiæ pag. 462. ita explicat quod pridem silentio involverat: ergo pollutus erit Epiphanius, qui tibi pacem dedit, & in suo corde dolum servavit. Cur non illud verius sit quod TE PRIMUM MONUERIT?* In literis ad Pammachium, paulo post locum superius adductum, Johanni sic exprobrat Epiphanius concionem: *quando contra Origenem in Ecclesia tua Papa Epiphanius loquebatur: quando sub illius nomine in vos jacula torquebantur, tu & CHORUS TUUS canino rictu navibusque contractis scalpentes capita, DELIRUM SENEM nutibus loquebamini. Nonne ante sepulcrum Domini, misso Archidiacono præcepisti, ut alia disputans conticesceret?* At vero in lib. III.

Apo-

Apologiæ pag. 461. hæc eadem quæ Johanni exprobraverat, item Rufino exprobrat: *Simulque risum tenere non possum, quod a quodam prudente commonitus, in laudes Epiphanii personas. Hic est ille DELIRUS SENEX, hic est Anthropomorphites* &c. Ergo Rufinus in Ecclesia Hierosolymitana fuerat unus ex *Cboro* Johannis Episcopi, Epiphanium in concione publica nutibus irridente. In epist. xxxix. alias lxi. ad Theophilum contra Johannem, postquam dixisset, ab se, & ab Hilario Picavensis scripta Origenis in latinum sermonem conversa, noxiis inde resectis, sic Rufinum, quo Johannes familiariter utebatur, perfringit; *legat ipse (Johannes) si novit; arbitrator enim cum assidua confabulatione, et quotidiano latinorum consortio, Romanum non ignorare sermonem; aut si certe penitus non imbibit, interpretentur ei qui solent.* Rufinum Johannis partibus studuisse illud etiam ostendit; quod narrat Epiphanius in epistola ad Johannem, ipsum scilicet ab Zenone presbytero & socio Gregorii item presbyteri & abbatis Monasterii Eleutheropolis, percontatum, num Epiphanius quempiam in diœcesi Hierosolymitana esset ordinatus? *Zenon autem dixit, quia quum ei presbyter Rufinus nescio quæ alia transitorie loqueretur, etiam hoc dixerit: putasne aliquos ordinatus est Sanctus episcopus?* Rufinus sub finem prologi in Apologiam Pamphili martyris, fidem Hierosolymitanæ ecclesiæ, cui erat adscriptus, se tenere fatetur: *hæc in Hierosolymis in ecclesia Dei a Sancto Sacerdote ejus Johanne predicantur. Hæc nos cum ipso et dicimus et tenemus.* In fine Apologiæ ad Anastasium Pontificem, se fidem quatuor Ecclesiarum profiteri testatur. I. Romanæ omnium matris. II. Aquilejensis ubi tinctus. III. Alexandrinæ, ubi per sexennium doctus. IV. Hierosolymitanæ, ubi presbyter ordinatus fuerat: *Ego præter hanc fidem, quam supra exposui, idest, quam Romana Ecclesia & Alexandrina & Aquilejensis nostra tenet, quæque Hierosolymis predicatur, aliam nec habui unquam, nec habeo, nec habebo.* Nullum ergo dubium est, quin Rufinus in Ecclesia Hierosolymitana presbyteratum acceperit, atque vel hinc patet mendum Gennadiani Catalogi cap. xvi. ubi *Rufinus Aquilejensis Ecclesiæ presbyter* appellatur. Mondum explodit vetustissimus codex ab *Holstenio* mirifice laudatus, qui nunc est in Bibliotheca Vaticana: ibi enim sic legitur: *Rufinus Aquilejensis presbyter, patriæ, non ecclesiæ, nomine expresso.* Sic etiam habet Jo: Candidus lib. III. Gennadii verba recitans ex codice aliquo MS. Quare mirum non est; si *Rufinus* episcopi sui partes contra Epiphanium sequutus est, sique cum *Melania* laboravit, ut monachos Bethleemitas in pristinam communionem revocaret, dum ab Episcopo Hierosolymitano defecerant, ut Pauliniani ordinationem tuerentur. Hac de re Palladius Heraclidis hæc habet cap. xxxi. *illos etiam quadringentos numero monachos, qui propter Paulinum (sive Paulinianum) se ab ecclesia separabant, sanctæ rursus ecclesiæ reddiderunt, Se de hoc infra*

RUFINUS.
LIB. IV. C. II.

II. Ceterum ab Epiphanio Rufinum Hierosolymæ ad *osculum*, & ad *orationem* admittum, nos docet Hieronymus in libro III. Apologiæ, qui hac pacis & catholicæ communionis tessera eundem gloriarî solitum, etiam testatur. Hieronymus enim ab urbe redux, se in Cyprum contulit, ubi, inquit, *susceptus a venerabili episcopo Epiphanio, cujus tu testimonio gloriaris*. Sane Epiphanius in epistola ad Johannem quantum octo capita hæreseon Origenianæ doctrinæ ad examen vocat, illum obtestans, ut Origenem damnet, eas tamen hæreses ab se recitatas ad constandam horrorem & invidiam auctori, nequaquam tribuit Johanni, & eo minus Rufino: immo ab Johannis communionem, etiam si de eadem doctrina suspecti, se nunquam discessisse testatur, nam & se in sacrificio pro illo precari solitum ait: *Domine presta Johanni ut credat, & eidem hæc obiicit: rumpitis caritatem, quam in vos habuimus in tantum, ut feceritis nos etiam pœnitentiam agere, quare vobis communicaverimus, ita Origenis errores et dogmata descendentes*. Rursus in eadem epistola de Johanne, Rufinoque ejus presbytero sic loquitur: *te autem, frater, LIBERET Deus, & Sanctum populum Christi, qui tibi creditus est, & omnes fratres, qui tecum sunt, et maxime Rufinum presbyterum, ab hæresi Origenis, & ab aliis hæresibus, & perditione earum*. Hæc verba neutiquam probant, Johannem & Rufinum in Origenianam hæresim lapsos credi a Sancto Epiphanio, sed ne labantur optari. Hieronymus in lib. II. Apologiæ, ubi hoc eodem testimonio utitur in Rufinum, negantem se ab Epiphanio, ut Origenistam, potuisse traduci *post osculum, post orationem*, de quibus meminimus supra, id tantum agit, ut illum in Origenianæ doctrinæ suspensionem adducat: quod tunc facillimum fuit, quum hanc notam Chrysostomus ipse, alique sanctissimi viri declinare nequaquam potuerint. Verba Hieronymi, postquam locum Epiphaniæ a nobis jam prolatum, recitasset, ita se habent: *hæc est viri Sancti de te testificatio. Sic ab eo ornatus, sic laudatus incedis*. Tamen Epiphanius Rufinum quidem certe iisdem verbis hæreticum haud magis proclamat, quam Johannem, quam *Sanctum populum Christi*, ei creditum, quamque *omnes fratres*, qui secum aderant. Hos *omnes* æque ac Johannem & Rufinum, Epiphanius ab Origeniana hæresi *liberos* cupit, hæreticos fuisse non dicit.

IV. Epiphaniæ epistolam ad Johannem, per multorum ora volitantem, mirantibus eam ob doctrinam & puritatem sermonis, doctis pariter & indoctis, quum Eusebius Cremonensis, Græci sermonis ignarus, non-intelligeret, Hieronymus, ut homini in suo monasterio versanti morem gereret, raptim celeriterque latinitate donavit, postulatione facta ab eo mutuo, ut domi haberet exemplar; nec facile in vulgus proderet. Idem Eusebius *secularem vitam reliquerat, et a conversatione illa actuum publicorum ad monasterium conversus, Hieronymo adbaserat*, inquit Rufinus Invect. lib. I. Anno tamen et sex mensibus jam elapsis, epistola de Seriniis Eusebii novo præstigio Hierosolymam commigravit, ad

ad manus Rufini, aliorumque Hieronymi hostium : *ista est epistola*, RUFINUS.
LIB. IV. C. II.
quam de cubiculo fratris Eusebii, nummis aureis, produxisti, ut calumniaris interpretem, inquit Hieronymus in lib. III. Apologiæ pag. 461. Hoc veritati propius accederet, si fur epistolam tantum, non etiam nummos Eusebio abstulisset, ut statim visuri sumus. Vt cumque res fuerit, certum est, hinc novam in Hieronymum latrandi materiam ortam, quasi minus sincere epistolam transulisset, quam laudatam video ab Alvaro sæculi IX. scriptore in Vita Sancti Eulogii apud Bollandum to. II. Martii die XI. pag. 92. num. 9. Hanc injuriam ut a se in Italia amoliretur, scripsit epistolam XXXIII. alias CI. *de optimo genere interpretandi ad Pammachium*. Quum inde tamen appareat pseudomonachum non solum chartis, sed etiam *sumptibus* sive nummis furtivos unguis iniecisse, eundem non pretio conductum, sed ut pecuniam potius, quam chartas auferret, facinus *gratuita malitia* perpetrasse credibile est. Nec sane Rufinus pecunias Eusebio auferri iussisset; nec ejus, aut ceterorum magni interesse poterat, epistolam, alias Græce vulgatam, iterum, nec ne, Latine vulgari. Quare monachum chartas non pecunia accepta, sed *gratuita malitia* furatum, CORRUPTOR (nempe Rufinus) *persuadere* nitentur, teste Hieronymo, qui de eodem Rufino etiam hæc addit: *& audet quidam ex eis (monachis) adducto supercilio, et concrepantibus digitis eructare et dicere: quid enim si redemit, si sollicitavit? Fecit quod sibi profuit?* Iisdem ferme verbis Rufinum jam mortuum sub Grunnii nomine carpit epist. XCV. alias IV. ad Rusticum: *adducto supercilio, contractisque naribus, ac fronte rugata, duobus digitulis concrepabat*. Rufinum porro sic, ut Hieronymus refert, locutum, constat, non quasi epistolæ furem a quoppiam reapse redemptum & sollicitatum fateretur: sed ut, etiamsi id verum foret, illud idem, quia proderat, benefactum ostenderet, se ipsum hoc pacto, aut Johannem defendens, quum uterque uno eodemque spiritu ageret. Sed hoc refellit Hieronymus: *mira*, inquit, *sceleris defensio, quasi non & latrones & fures & piratae faciunt quod sibi prodest. Certa Annas & Caiphas seducentes infelicem Judam, fecerunt quod sibi utile existimabant*. Hæc jurgia & motus animorum cogitanti succurrit quod ab Epiphania in eadem, de qua loquimur, epistola ad Johannem, memoratum videmus, quosdam nempe solitos *ultra citroque portare rumusculos, & bis, quæ audierunt, semper addere, ut tristitias et rixas inter fratres concitant*, nimirum inter Johannem, Epiphanium, Rufinum, Hieronymum, ceterosque alterutrius parti studentes. Huc pertinere videtur quod Rufino Hieronymus objicit in lib. III. Apologiæ pag. 439. ejus opera & studio, Bethleemi in cubiculis Sanctæ Fabiolæ senioris, & Oceani, utroque infcio, clam conlocatum fuisse codicem quendam, ab ipsis ante ignoratum: quod tamen facinus in alios regerebat Rufinus; *quis Bethleem de cubiculo fratris Eusebii furatus est epistolam laudatricem tuam? cujus artificio, et a cujus ministris in Sanctæ Fabiolæ hospitio, et viri*
Chri.

RUFINUS.
LIB. IV. C. II.

Christiani et prudentis, Oceani, inventus est codex, quem illi nunquam viderant? An idcirco te exillimes innocentem, si, quicquid tuum est, in alios conferas? Codex fortasse scriptus fuerat in Hieronymum. Sub finem epistolæ sapius laudatæ ad Pammachium, hæc in Rufinum, Melaniam, & quendam alium scribit Hieronymus: hæc non est illius culpa: cujus sub persona alius agit tragædiam; sed Rafini & Melania, Magistrum ejus, qui illum magna mercede nihil scire docuerunt. Is, cujus nomen reticetur, est Johannes Episcopus, de quo, haud nominatim expresso, hæc quoque statim subjungit: nec reprehendo in quolibet Christiano sermonis imperitiam, atque utinam Socraticum illud haberemus: scio quod nescio. Et alterius sapientis: te ipsum intellige. Venerationi mihi semper fuit, non verborum rusticitas, sed sancta simplicitas. Qui in sermone imitari se dicit Apostolos, prius imitetur virtutes in vita illorum, in quibus loquendi simplicitatem excusabat sanctimoniam magnitudo: & syllogismos Aristotelis, contortaque Chryssippi acuminis refringens mortuus consultabat. Ceterum ridiculum si quis & nobis manens inter Crasopes, et Sardanapali delicias, de sola rusticitate se jactet. His verbis, quibus scientiam, mores, & vitæ commoda carpit Hieronymus, omnino congruunt quæ in Johannem aperte scribit ep. xxxviii. alias lxi. pag. 308. certe nec atate, nec scientia, nec vita merito, nec totius orbis testimonio, major illo est (Epiphano). Si etatem, juvenis ad senem scribis. Si scientiam, non se eruditus, ad doctum, licet FAUTORES TUI disertiores Demosthene, acutiorem Chryssippo, sapientiores Platone contendant, & tibi ipsi forte persuaserint. Demum pag. 312. sic illum irridet: repertus est seculi nostri haud grandis homunculus, qui de cunctis Ecclesie questionibus uno lingua rotatu sole elarius coruscaret. Hæc scientiam Johannis: opes vero, mox adducenda ex pag. 314. perstringunt: tu qui sumtibus abundas, & totius orbis religio lacrum tuum est. Jam vero ad Melaniam redeamus.

V. Nobilissimam feminam summis laudibus perinde ac Rufinum, Hieronymus olim ad cælum extulerat. In epist. I. alias xli. & xl. alias v. sanctam dixerat. Epist. xxii. alias xxv. quæ est de obitu Blefillæ hæc scripserat: Sancta Melania nostri temporis inter Christianos vera nobilitas (cum qua tibi Dominus mihi que concedat in die sua habere partem) calente adhuc marito corpusculo, & necdum humato, duos simul perdidit filios. Rem sum dicturus incredibilem, sed teste Christo, non falsam. Quis illam tunc non putaret more lymphatico sparsis crinibus, veste conscissa lacerum pectus invadere? Lacrymæ gutta non fluxit, stetit immobilis, & ad pedes advolata Christi, quasi ipsum teneret, arripit. Expeditus, inquit, tibi servitura sum, Domine, quia tanto me onere liberasti. Sed forsitan superatur in ceteris. Quinimo, qua illos mente contemserit, in unico postea filio probat, cui omni, quam habebat, possessione concessa, ingruente jam hieme, Hierosolymam navigavit. In Chronico novæ Thebe nomine & in epist. xxvi. r. alias xcix. ad Aselam

lam a contentis facultatibus, pignoribusque desertis ut crucem. *Domini sequeretur*, eam commendaverat. Sed postquam vidit, Melaniam Rufinus. LIB. IV. C. III.
 Johann & Rufini causam tueri; tantarum laudum cumulo impoſterum non ſolum abſtinuit; ſed etiam ex Chronico ejus nomen eraſit, ſi Rufino credimus, qui illud teſtatur *lveſtiv. lib. II. pag. 436.* Quum tamen ex omnibus Chronici exemplaribus illud delere nequiverit, adhuc Melaniæ nomen in eo legitur. In epiſt. XLIII. ad Cteſiphontem, poſt Melaniæ mortem ſcripta, ait, Evagrium ad eam, *cujus nomen nigredinis teſtatur perfidia tenebras*, librum ſcripſiſſe, ſic ex nomine Græco *Melaniam* designans. Tamen quadriennio ſerius, nempe A. D. 419. ep. LXXXI. alias LXXIX. Sanctum Auguſtinum nomine Albinæ, Melaniæ junioris, & Piniani ſalvere jubet. Albina erat Melaniæ ſenioris focrus, mater junioris, Piniano in matrimonium datæ.

VI. Rumor contentionis, inter celeberrimos viros cotidie magis ac magis in Palæſtina recrudescens, ad Egyptum uſque pervenit, ubi, ſicut Origeni quamplurimos impenſe addictos exiſtiſſe, monumentis literarum proditum eſt, ita Johannis & Rufini partium ſtudioſos nequaquam deſideratos, inde poſitiſſimum adparet, quod virum faſtigio & celebritate nominis maximum, Theophilum Patriarcham Alexandrinum Johanni & Rufino in hac cauſa adſtipulatum dubitari nequeat. Etenim præterquamquod Theophilus ea tempeſtate Origeni ſavebat, etiam adverſus Anthropomorphytas, Origeniano dogmati oppoſitos, ferebatur, quibus poſtea triennio ſerius, bellum indixit, ut auctor eſt Socrates lib. VI. cap. VI. & X. & Sozomenus lib. VIII. cap. XI. & XIV. Palladius in Vita Chryſoſtomi pag. 151. memorat, literas ab eo ſcriptas ad Siricum Summum Pontificem contra Epiphanium, tanquam hæreticum, & auctorem Schiſmatis, nimirum propter ordinationem Pauliniani. Virum quoque Sanctiſſimum, ut minimum tanquam Anthropomorphytam ab eodem tractum, Socrates & Sozomenus in locis alias indicatis haud obſcure teſtantur. His omnibus cumulum addidit Theophili cum Johanne & Rufino, diſcipulo olim ſuo, amicitia, quorum opinione jamdudum occupabatur. Ex Hieronymi longa epiſtola ad Pammachium pag. 330. diſerte colligimus, Johannem pro ſe ſcripſiſſe ad Theophilum. Quamobrem ſanctus doctor inter cætera graviter expoſtulat, cur ad Alexandrinum Patriarcham, ad quem Palæſtina non pertineret, potius quam vel ad Cæſareenſem metropolitam, cui ſuberat, & cum quo Bethleemitæ ab Johanne ſeparati communicabant, vel ad Antiochenum, totius Orientis Patriarcham literas ſuas perferendas curaret: atque hæc poſtea ſubjungit: *maluiſti OCCUPATIS auribus moleſtiam facere, quam debitum metropolitano tuo honorem reddere. Nec hoc dico, quod præter AMICITIAS, quæ ſuſpicionem generant, quidquam in legatione reprebendam.* Rufinus, qui, ſe in omnibus Theophili ſententiam ſequi jaçtabat, cum sæpe inſtigavit contra Hieronymum, quaſi hic, hoſte quodam Theophili, familiariter uteretur. Immo & epiſtolas Theophili, Rufino prohibente, Hieronymus ſibi

RUFINUS.
LIT. IV. C. III.

sibi non redditas scribit lib. III. Apologiae pag. 455. *meae autem communionis et Papae Theophili nullum alium testem vocabo nisi ipsum, quem a me LÆSUM simulas, cujus epistolas, a me semper datas, etiam eo tempore non ignoras, quo mihi eas reddi prohibebas, et quotidie missis tabellariis, inimicum ejus amicum nostrum, & familiarissimum jactitabas: & ea, quae nunc impudenter scribis, mentiebaris, ut illius contra nos odia concitares, et injuria dolor Fidei fieret oppresso.* Inimicus ille Theophili, quem Rufinus Hieronymo adhaesisse scripsit, erat Paulus quidam, in Aegypto incertae Sedis episcopus: quem ab Theophilo ejectum, Hieronymus in suo monasterio receperat, Rufinus enim ab Hieronymo flagitatus quando Theophili, quem in ore habebat, sententiam sequi, eidemque fidei communionis sociari cepisset, credo, inquit, *quando Paulum, quem ille damnaverat, summo nisu, et omnibus studiis defendebas: quando eum per imperiale rescriptum recipere sacerdotium, quod episcopali judicio amiserat, instigabas.* Ita Rufinus apud Hieronymum paulo ante locum nuper adductum.

VII. His ultro citroque agitatis, res eo pervenerunt, ut *Theophilus*, pacem Ecclesiae Hierosolymitanæ daturus, *Isidorum* presbyterum in Palaestinam, *Johanne* & *Rufino* auctoribus, mittere decreverit. Uno & altero mense ante *Isidori* adventum & circa pascha, quod eodem A. D. 396. contigit die x i i. Aprilis, agente *Archelao*, Comitae Palaestinae, qui anno insequenti 397. praefuit Aegypto, ex codice Theodosiano tom. vi. pag. 351. actum est de pace, inter *Johannem* & *Hieronymum* concilianda. Verbis ex epistola ad *Pammachium* melius, quam nostris, rei veritas explicabitur: *quando per virum disertissimum et Christianissimum Archelaeum Comitem, qui sequester pacis erat, conditus locus fœderis fuit, nonne hoc in primis postulatum est, ut futura concordiae fides jaceret fundamenta? Pollicitus est (Johannes) esse se venturum. Instabat dies Paschae. Frequens monachorum turba convenerat: Exspectabaris in loco. Quid faceres nesciebas. Repente mandasti, agrotare nescio quam. Illo die te non posse venire. Dilato conventu in alterum, & tertium diem ab Archelao, necdum Johannes comparuit, muliercula enim vomere non cessabat, festive inquit Hieronymus. Post duos interim menses ab hoc colloquio, inter utranque partem indicto, nec tamen peracto, *Isidorus* presbyter & legatus *Theophili Alexandrini*, in Palaestinam, animos tanto motu agitados pacaturus, advenit circa Pentecosten. Ejus tamen judicio se Hieronymus ait diffidisse, propterea quod *Isidorus* in *Johannis* partes jam pridem ivisset. Rei testes appellat epistolas contra *Epiphanium* ab *Isidoro* ad *Rufinum* scriptas, ei tamen nequaquam redditas, sed *Vincentio* presbytero, *Hieronymi* necessario. Sic rem pandit, ad *Pammachium* scribens epist. xxxviii. alias lxi. pag. 330. *litera manu ejus (Isidori) scripta, quae ante tres menses legationis, ad nos directae erant, portantes errorem (terrorem legi mavult Petrus Wastelius in Vindictis pag. 533.) Vincentio presbytero reddita sunt: quae usque hodie ab eo tenentur:**

mentur; quibus cohortatur DUCEM exercitus sui, ut super petram fidei, RUFINUS.
Lib. IV. C. III.
stabili persistat gradu, nec nostris naniis terreatur. Pollicetur, se antequam legationis esset ulla suspicio, venturum Hierosolymam, & ad adventum suum, illico adversariorum cuneos proterendos. Et inter cetera his etiam verbis utitur: quomodo fumus in are dissolvitur, & cera ad viciniam ignis liquefit: ita dissipabuntur qui semper ecclesiastica Fidei resistentes, nunc per homines simplices eandem Fidem inquietare conantur. Per ducem exercitus Rufinum designari manifestum sit ex lib. II. Apologiæ pag. 453. ubi de iisdem literis Isidori, hæc in Rufinum proferruntur: ne irascatur is tibi, qui contra Papam Epiphanium ad te epistolas dirigens, hortabatur, ut permaneres in Fidei veritate, & non mutares ullo terrore sententiam: quæ epistola holographa tenetur ab his, ad quos perlata est, nempe a Vincentio presbytero. Hæc literæ sive fortuito, sive dedita opera interceptæ, Rufini cum Alexandrinis commercium contra Epiphanium & Hieronymum, undequaque publicum reddiderunt. Suspicionem eo amplius in Isidorum creverunt, dum literas ab Theophilo ad Hieronymum scriptas, injussu Johannis, Isidorus reddere detrectavit. De hoc in epistola ad Pammachium nos docet Hieronymus, qui rursus in epist. LXXXIX. alias LXII. ad Theophilum, id factum propterea censet, quod Johanni minus quam Hieronymo favere viderentur: quum pacificas & ad concordiam pertinentes per Isidorum presbyterum literas nobis miseris, hinc probamus, quod illas qui pacem falso jactant, reddere noluerint. Hieronymus tamen lib. III. Apologiæ pag. 455. de literis sibi non redditis reum facit Rufinum: cuius (Theophili) epistolas ad me semper datas, etiam eo tempore, non ignoras, quo mihi eas reddi PROHIBEBAS. Sed Wastellius in Vindiciis pag. 535. hac una de causa non redditas censet, quod Epiphanium ejusque studiose vehementer perstringerent, ideoque haud immerito timeretur, ne reddita, Hieronymum, ceterosque monachos acrius irritarent.

VIII. Quum ergo Isidorus ejusdem ac Johannes & Rufinus, doctrinæ haberetur, & apud illos Hierosolymis degeret, non legatus pacis, sed socius Johannis, & adversarius Hieronymi creditus est. Iste Isidorus, qui in cælum suis laudibus tollitur, idipsum infamatur Alexandria, quod tu Hierosolyma: ex quo non legatus advenisse videretur, sed socius, ait Hieronymus in epistola ad Pammachium. Paulo post sciscitatur sine Isidorus adversarius an legatus? Quare hic tribus vicibus frustra Bethleemum profectus, ut Hieronymum cum Johanne in concordiam redigeret, re tandem infecta, discessit, secum Alexandriam ferens ad Theophilum, Johannis epistolam, sive Apologiam, Isidoro præsentem, & multum collaborante, dictatam, ut idem esset & dictator & bajulus literarum, inquit Hieronymus, qui easdem literas, utpote in se mordacissimas, fufe refellit in iis, quas ad Pammachium & Theophilum scribit, unde illarum fragmenta in unum collegit Wastellius pag. 530. 531. Gennadius in Catalogo cap. xxx. eandem Apologiam indicare videtur, ubi ait, Johan-

RUFINUS.
LIV. C. II.

nem *adversus obtreclatores studii sui librum* scripsisse, in quo ostendit *Origenis se ingenium, non fidem sequutum*. Quam porro Theophilus agre tulerit, Hieronymum pacis condiciones per legatum suum oblatas respuisse, satis aperte significavit, dum aliquo tempore ejus literas nullo responso dignatus est. Sed crebra officia, quibus Patriarcham vel voce vel scripto Hieronymus sedulo interpellavit, tandem cor hominis molierunt. Itaque diuturnum silentium rupit Theophilus, Hieronymo tamen de sacrorum canonum observantia monito, quod nimirum episcopo suo Hierosolymitano nequaquam pareret, fratrisque Pauliniani ordinationem ad huc defenderet. Sancti doctoris responsum tom. IV. epist. XVII. alias LXVIII. in nova ejus operum editione, quam haecenus sequuti sumus, plus querimoniae, quam conjunctionis & amicitiae cum Theophilo signa praefert. *Meminerit, inquit, beatitudo tua, quod eo tempore, quo nobiscum TACEBAS, nunquam ab officiis meus sermo cessaverit; nec consideraverim quid tu pro dispensatione tunc faceres, sed quid me facere conveniret; & paulo infra: quod de canonibus ecclesiasticis mones, gratias agimus; quem enim diligit Dominus, corripit, & flagellat omnem filium, quem recipit. Sed tamen scito, nobis nihil aliud antiquius esse, quam Cyrilli jura servare, nec patrum transferre terminos, semperque meminisse Romanam fidem Apostolico ore laudatam, ejus se esse participem Alexandrina Ecclesia gloriatur*. His verbis fortasse innuit, se propter fidem a Johannis communionem recessisse, quasi eam ipse Theophilus parum sequeretur. Postremo illum super *nesaria heresi* (Origeniana) quam in multa patientia gerit, multis Sanctis displicere concludit. In ea, quae statim sequitur, epistola, ait, se accepisse Theophili *scripta emendantia* VETUS silentium.

CAPUT IV.

I. *Schismatis Hierosolymitani finis*. II. *Rufini & Melaniae opera extinctum*. III. *Palladius Historicus & episcopus probatissimus cum Palladio haeretico male confusus*. IV. *Anastasis ades, ubi Hieronymus & Rufinus ad mutuam pacem redierunt*. V. *Rufinus nullius erroris compertus*. VI. *Inter fo: Hierosolymitanam ab erroribus vacuum Hieronymumque perfectam necessitudo integrata*. VII. *Rufinus cum Melania Romam revertitur*. VIII. *Melaniae reditus vera causa exquiratur*.

I. **S**chisma Hierosolymitanum, quod per triennale spacium convalescat, ut solum caelitus tolli posse videretur, tandem A. D. 397. extinctum est. Quo tamen certo auctore, ignoratur, licet Baronius A. D. 393. §. xxxxi. Theophilum, quod pridem obtinere non poterat, demum auctoritate sua obtinuisse, non immerito existimat. Sed quia series temporum in operosis Annalibus non raro luxata fatiscit, ideo exitus magnae hujus controversiae ibidem quadricennii anachronismo laborat,

rat, cujus rei veritas facile ostenditur; nam Palæstinæ altercatio adhuc fervebat quo tempore Sanctus Hieronymus commentabatur in Jonam, ubi quum de corruptione & incorruptione corporum loqueretur cap. II. hæc in literas misit: *hoc illi ad occasionem sua ducunt hæreses, ut sub persona Christi mentiantur Antichristum, Ecclesias TENEANT, ut ventrem pinguisimum nutriant, & carnaliter viventes contra carnem disputent.* Hæc quæ defensores Origenis evidentissime feriunt, iis consonant, quæ alibi a Viro Sancto in Johannem Hierosolymitanum dicta jam memoravimus; verba enim *ut Ecclesias teneant*, episcopos denotantia, ad unum Johannem referenda sunt, contra quem Hieronymus usque ad hunc A. D. 397. certavit. In eum vero nequaquam sic scripsisset statim a pace inita. Porro in præfatione ad eundem prophetam disertis verbis affirmat, se ad *Nepotianum vel pro Nepotiano duos libros* edidisse, qui *Epitaphium* appellantur. Hujus epitaphii epocham A. D. 396. illigari supra in Chromatio lib. II. cap. II. §. II. jam demonstravimus. Quare nonnisi hoc tempore Hieronymus commentabatur in Jonam, necdum cum Johanne Hierosolymitano in concordiam redactus, cujus communioni postmodum restitutus, nunquam scriptis in illum exarsit.

II. Hoc loco prætereunda non sunt quæ de *Rufino* & *Melania* leguntur apud Palladium in Historia Lausiaca cap. CXVII. quoniam non modicam lucem rebus nostris adferre possunt. Hæc sunt ejus verba ex antiqua versione Heraclidis: *illos etiam quadringentos numero monachos, qui propter Paulinum se ab ecclesia separabant, sancta rursus ecclesia reddiderunt.* Baronius, qui hæc recitat A. D. 372. §. XCIX. *Paulinum, Antiochenum Episcopum* hic designari opinatur, quem contra *Meletium*, licet catholicum, ab Arianis tamen ordinatum, in cathedra Antiochena collocaverat Lucifer Calaritanus Episcopus, Sodis Apostolicæ legatus, unde ibi maximum schisma constatum est, quod tamen A. D. 378. Chrysostronus aliique extinxerunt; non vero *Melania*, neque *Rufinus*. Et sane Hierosolymis existisse *quadringentos monachos*, propter *Paulinum* Antiochenum ab Ecclesia Hierosolymitana divisos, omnino incredibile est. Si aliquis unquam fuisset, hunc unum Hieronymum dici oporteret, quem Paulinus presbyterum ordinaverat, ex Baronio A. D. 378. §. LXXII. Sed propter hanc causam Hieronymum ipsum, nedum *quadringentos monachos*, ab Hierosolymitana ecclesia descivisse, non est veritati consentaneum: idque post hætenus dicta ferri non potest. Hinc *Petri Vvasselii* sententiam, a quo ceteroqui in aliis nos discrepare non distemur, hoc loco expansis unis amplectimur, dum is primus omnium in Vindiciis Johannis Hierosolymitani pag. 534. *Pauliniani* apud Palladium, scriptorem Græcum, non *Paulini* legendum esse animadvertit, itaut *Rufino* & *Melania* maxime adlaborantibus, monachi Bethleemitæ, qui, duce Hieronymo, propter ordinationem *Pauliniani* ab Epiphano factam, & ab Johanne improbatam, Ecclesiæ Hierosolymitanæ communionem deseruerant, eidem postremo

RUFINUS.
LIB. IV. C. IV.

coalueriat. Hieronymus hunc numerum monachorum in schismate ventium, generatim innuit his verbis in epistola ad *Pammachium* contra Johannem: *TANTAM fratrum MULTITUDINEM, et monachorum choros, qui tibi in Palaestina non communicant.* Atqui schisma Antiochenum non fuit monachorum.

III. Non me fugit, a doctissimis viris, quorum agmen ducit *Baronius* A. D. 388. §. cvii. *Palladii*, utpote *Rufino* amici, auctoritatem elevari, quasi Origeniana labe corruptus his turbis & ipse interierit, quem propterea *Epiphanius* in fine epistolæ ad *Johannem* Hierosolymitanum, ita perstrinxerit: *Palladium vero Galatam, qui quondam nobis carus fuit, et nunc misericordia Dei indiget, cave, quia Origenis hæresim prædicat & docet, ne forte aliquos de populo tibi credito ad perwersitatem sui inducat erroris.* *Palladium*, quem tunc Hierosolymis fuisse ait *Epiphanius*, aperte fugillat etiam Hieronymus in prologo Dialogi contra Pelagianos: *Palladius servilis nequitia, eandem hæresim instaurare conatus est.* Verum hunc *Palladium*, servilis nequitia hominem, & Pelagianæ hæreseos alumnum, cum ejusdem nominis Helenopolitano in Bithynia Episcopo, Historiæ Lausiacæ auctore, non bene confundi statim patebit. Alter *Palladius* Hierosolymis morabatur A. D. 394. quo *Epiphanius*, præsentem & *Johannis* lateri adhærentem pro hæretico infimulavit in epistola, eodem anno conscripta. Sed *Palladius* Historicus ab A. D. 388. ad A. D. 399. semper in *Ægypto*, *Alexandriæ*, in *Nitria* desertis, atque in *Cellis*, qui locus erat in eadem solitudine, moratum videmus: Initio Historiæ ait, se primum *Alexandriam* civitatem attingisse in secundo senioris *Theodosii* consulatu, quod congruit A. D. 383. At vero illuc semel profectus, nunquam inde discessit ante A. D. 399. quo se *Evagrius* morienti adstitisse testatur cap. lxxxvii. *Evagrius* autem obiit circa festum Epiphaniæ A. D. 399. ex *Tillemontio* to. x. pag. 379. *Melania* & *Rufinus* Romam redierunt A. D. 397. ut infra visuri sumus. Quare *Palladius* non nisi priusquam in *Ægyptum* migraret, sive ante A. D. 383. *Melania*, & *Rufino*, tunc nondum presbytero, Hierosolymis familiariter uti potuit, quod de se testatur cap. v. & cxviii. *Bethleemi* integro A. D. 388. moratus est cum *Possidonio* solitario, quem, sicut interdum viri etiam sancti ab affectibus humanis vacui non sunt, de Hieronymo minus æque loquutum, nos docet cap. lxxviii. Quia vero hic *Palladius* Historicus præter suam cum *Rufino* amicitiam, contra Hieronymum nimis tribuit *Possidonio*, ut ibidem, atque etiam cap. cxxi. palam facit; hinc eundem a *Palladio Galata*, qui ab *Epiphanio* & Hieronymo vapulat, diversum nequaquam fuisse, viri doctissimi facile crediderunt. Ceterum *Palladius* cathedram Helenopolitanam ascendit circa A. D. 400. quo contra *Antonium* Ephesinum Episcopum interfuit Concilio Constantinopolitano, fortasse ordinatus a Sancto *Johanne Chrysostomo*, cui prætenus *Palladii* Origenismus objectus est A. D. 403. in pseudo-synodo ad *Quercum* apud *Pho-*
tium

tium cod. lxx. Idem *Chrysoftomus* in exilium trusus A. D. 404. ad *Palladium* scripsit epistolam cxliii. se suamque causam ejus precibus commendans. *Palladius* ei pro virili opem laturus, Romam advolavit, teste altero *Palladio* in Vita *Chrysoftomi* pag. 26. & ipsomet in Historia Lausiaca cap. cxxi. Pro *Chrysoftomo*, episcopatu & ipse dejectus, multisque ærumnis afflictus, tandem ad Ecclesiam *Asponensem* in prima *Galatia* positam transit, ut auctor est *Socrates* lib. vii. cap. xxxv. Postquam circa A. D. 420. Historiam Lausiacam scripsisset, sic dictam a *Lauso*, in Aula Imperiali cubiculario, cui eam nuncupavit, diem obiit ante A. D. 431. quo in Concilio Ephesino interfuit *Palladii* successor, *Eusebius Asponensis* in Galatia Episcopus. Titulo *Confessoris* ob defensionem invicto animo *Chrysoftomum* merito habetur illustris, cui scriptores æquales spiritum propheticum tribuunt, & Romæ, tanquam *Præsul* maxime catholicus, qualis habitus est in toto Oriente, ab Innocentio I. summo Pontifice exceptus fuit, contenta accusatione *Origenismi*, quamquam Romæ, triennio citius, in *Origenistas* clamatum fuisset. Ibidem hac occasione, se in domo *Melanie* omni officiorum genere cumulatum, seque inde proficiscentem, liberalissime adjutum, testatur cap. cxxi. Hæc & alia, quæ spectant hunc probatissimum virum, fusc & accurate persequitur *Tillemontius* tomo xi. pag. 500. Quare satis patere arbitror, ejus auctoritatem & nominis famam nullo crimine hæreticos posse labefactari, adeoque maxima injuria cum alio *Palladio Galata*, malæ fidei homine, fuisse confusum. Ceterum, sicut multis *Palladiis* circa idem tempus viventibus, facile fuit unum cum alio confari; etenim *Isidorus* Pelusiota plures epistolas ad *Palladium* scripsit, alias *Sanctus Athanasius* ad alium, a quibus alius fuit quoque *Palladius*, quem tangit *Epiphanius*, aliisque auctor Vitæ Sancti *Johannis Chrysoftomi*; ita eidem fato succubuit *Rufinus* noster *Concordienfis*; multis enim *Rufinis* eadem ætate florentibus, cum alio & ipsum immerito coaluisse postmodum ostendimus. Nunc ab omni suspicionis nota purgato *Palladio*, *Hieronymus* & *Rufinus* post tantum dissidium, mutuo se complementes, nos *Hierosolymam* vocant.

IV. More solemnî, in *Anastasi*, post sacrificium Missæ, *Hieronymi Rufinique* animos ad pacem compositos fuisse, nos dubitare non finit *Hieronymus*, qui in libro iii. Apologiæ pag. 466. id prodit his verbis: in *Anastasi*, immolato agno, dexteris junximus. In nova editione pro *Anastasi* perperam legitur *Anastasi* pag. 462. Hæc *Anastasis* fuit ædes, in loco *Dominicæ resurrectionis* a *Constantino Magno* constructa, unde nomen traxit. *Constantinus* enim *Hierosolymæ* duas basilicas in totidem locis erexit, unam in loco *passionis*, quæ *Crux & Martyrium*; alteram in loco *resurrectionis*, quæ proprio nomine *Anastasis* dicta est. Utramque memorat *Hieronymus* epist. xxxviii. alias lxi. ad *Pammachium* adversus *Jo: Hierosolymitanum* pag. 312. nomine, inquit, quam de *ANASTASI pergeretis ad CRUCEM*, & ad eam (Epiphanius)

omnis

RUFINUS.
LIB. IV. C. IV.

RUFINUS.
Lib. IV. C. IV.

omnis atatis & sexus turba consueros, offerens parvulos, pedes descensulans, sumbrias vellens, &c. Ergo ex *Anastasi* ad *Crucis* ædem ibatur. Plura vide apud *Sirmondum* tomo 1v. operum pag. 436. & 704. ubi veterem nummum ANACTACIC Græce inscriptum egregie interpretatur. Adiciam *Cangium* in Dissertatione de Nummis inferioris ævi §. LXVI. & *Henricum Valeium* in epistola de *Anastasi & Martyrio* ad calcem *Eusebii* pag. 304. Edit. I. ubi unam ædem *Anastasi*, a *Constantino* erectam, fuisse contendit. *Adamnanus* lib. I. de locis sanctis cap. 1v. in *Actis Sanctorum Mabilionii Sæculo III.* Parte II. pag. 506. testatur, inter *Anastasi*, & *Martyrium in Calvarie loco* fuisse plateolam. Hanc *Sanciam Anastasi* memorat etiam *Jo: Cantacuzenus* lib. 1v. Hist. cap. xiv. pag. 757. editionis regie, sed in contextu Græco. Hæc de loco, in quo *Hieronymi & Rufini* dissidentes animi coaluerunt: quo sane loco sanctior haberi non poterat. *Hieronymus* ante verba superius explicata, ait pag. 462. *iunximus dexteras, abeuntes profecti sumus, dixeratque ibidem Rufinus: vos nobis pacem proficiscentibus dedistis; etenim paullo post in Occidentem remeavit, quo Hieronymus ad eum scribens epist. XII. alias LXVI. sacramento affirmavit, ex parte sua post reconciliatas amicitias nullum intercessisse rancorem.*

V. *Baronius* A. D. 393. §. XXXII. putat in hac pace errores *Origenis* silentio damnatos. Sed *Hieronymus* bona fide, *Rufinum* nullius erroris compertum agnovit; *Rufinus* vero, se nullum damnassee profiteretur in lib. II. Invect. *nunquam ego sequutus sum errantem; aut alium quempiam, nisi Ecclesiam Catholicam, sequar. Nunquid mea aliqua PROFERRE potes scripta, in quibus me vel in juventute errasse convincas?* Pace firmata, *Paulinianus*, cuius ordinatio discordiæ origo potissima fuerat, in monasterio *Bethleem*, quod *Hierosolymitano* Episcopo suberat, habitare permittis; unde illum postea *Hieronymus* anno insequenti *Stridonem* misit, ut, vendito patrimonio, monasterium ab se constructum, liberaliter sustentaret. De hoc in fine epistolæ LIV. alias XXVI. ad *Pammachium*, sic ait: *nos in ista provincia edificato monasterio, & diversorio propter constructo, ne forte & modo Joseph cum Maria in Bethleem veniens, non inveniat hospitium, tantis de toto orbe confluentibus, turbis obruimur monachorum, ut captum opus deferere, nec supra vires ferre valeamus; unde, quia pene nobis illud de Evangelio contigit, ut futura turris non ante supputaremus expensas, compulsi sumus fratrem Paulinianum ad PATRIAM mittere, ut firmatas villulas, quæ barbarorum effugerunt manus, & parentum communium census, venderet, ne captum sanctorum ministerium deserentes risum maledicis & amulis præbeamus.* *Paulinianum* in *Palæstinam* de patria sua reversum *Rufino Aquilejæ* visum apud *Chromatium* A. D. 399. existimabat *Hieronymus* in epist. II. alias LXVI.

VI. Quod ad *Johannem* Episcopum attinet, concordiam quoque perfectam, cum illo inaitam, nobis suadent verba *Severii Sulpicii* Dia-

logo

logo I. cap. iv. ubi *Posthianus* testatur, parochi munus Bethleemi exercuisse Hieronymum, quem semel invisit, postremoque sex menses cum ipso moratus est: *Ecclesiam*, inquit, *loci illius Hieronymus presbyter regit; nam parochia est Episcopi, qui Hierosolymam tenet*. Hoc largitus haudquaquam fuisset Episcopus homini adversario, sibi que non caro. *Rufinus* Invect. lib. II. pag. 425. *Sulpicio* concinens, ait, Hieronymum *traditis sibi ad discendum Dei timore puerulis*, quod munus parochi est, *partes grammaticas* executum, auctores profanos exposuisse. Posthac Johanni eousque adhæsit Hieronymus, ut A. D. 397. illius innocentiam patefecerit *Theophilo* Alexandrino, querelas in eum excitanti, ut colligere licet ex sequentibus verbis epist. LIX. alias LXX. *super susceptione cujusdam, non debes contra urbis HUIUS (Hierosolymæ) dolere Pontificem, quia nihil tuiq; literis precepisti. Et temerarium fuit, de eo, quod nesciebat, ferre sententiam. Tamen reor, illum nec audere, nec velle te in aliquo ledere*. Bono animo sanctissimi viri Johannes quoque respondit, nam A. D. 404. Bethleemi interfuit amplissimo funeri *Paullæ Romanæ*, ut ipsemet Hieronymus honoris causa testatum reliquit in ejusdem piæ feminæ Epitaphio, sive epist. LXXXVI. alias XXVI. Quam bene Johannes audierit apud Sanctum Augustinum, magnus doctor locupletissime ostendit in lib. II. cap. XI. contra *Petilianum*, ubi ait: *Cathedra tibi quid fecit Romanæ Ecclesie, in qua Petrus sedit, & in qua bodie Anastasius sedet: vel Ecclesie Hierosolymitana, in qua Jacobus sedit, & in qua HODIE JOHANNES sedet; quibus nos in catholica unitate conuicimur, & a quibus vos nefario furore separatis*. *Paulinus Nolanus* epist. XXXI. alias XI. ad *Sulpicium Severum*, & *Zosimus* summus Pontifex epist. IV. ad *Africanos*, in Concitiis *Labbei* to: II. pag. 1561. *Sanctum* ante, & post mortem appellaverant: quod nomen datum aliquando homini hæretico nemo dicere jure poterit, auctore *Baronio* ad *Martyrologium Romanum* cap. VI. I.

VII. Animis utrinque compositis, post vitam tot annos procal a patria institutam, cura in Occidentem revertendi *Rufini* animo insedit. Quare *Melania* seniori, cui a primo in Orientem adventu ferme semper adhæserat, Romam iter meditanti, comes accessit. Hierosolymis discedenti pacem dedit Hieronymus, junxit dexteram, abeuntem profequutus est, quemadmodum lib. II. Apol. pag. 462. *Rufino* fatetur, qui illi hoc exprobraverat, *vos nobis pacem proficiscentibus dedistis*. Sic autem respondit Hieronymus: *pacem dedimus, non hæresim suscepimus; jancimus dexteram, abeuntes profequati sumus*. In epist. XII. alias LXXV. animi sui testem Dominum appellat, post reconciliatas amicitias nullum intercessisse rancorem, ut *Rufinum* læderet. Initio postea lib. II. Apologię non distinetur, ante ultimam cum eo similitatem, ex versione libri *Periarchon* exortam, de qua infra loquemur, se vicissim ab *Rufino* laudatum, ut *verum collegam & fratrem*. *Rufinus* ergo in pristinam necessitudinem cum veteri amico restitutus, salute reddita, acceptaque,
& San-

RUFINUS.
LIB. IV. C. IV.

& *Sancta Melania spiritali in via comes*, teste Paulino epist. xxviii. alias ix. §. 5. in Italiam trajecit. Sed Melaniæ rebus examinandis mihi aliquanto accuratius inhærendum est, quia inde Rufini gestorum veritas pendet.

VIII. *Publicola* Melaniæ filius, adhuc puer, ut dictum est, in prætura urbana relictus, virtutum omnium perinde ac honorum civilium gloria, matre absente, insignis evaserat. Albinam uxorem, nobilissimo Cæjoniorem stemmate ortam duxerat, cujus genefim ex intimis penetralibus vetustatis ab se erutam illustravit Henricus Norisius in Adventoria. Ex hoc Publicolæ & Albinæ conjugio Melania junior, & Publicola item junior prodierunt, ut postea constabit. Melania junior Piniانو clarissimo adolescenti, cujus parens Severus, ex Profopographia Codicis Theod. to. vi. pag. 384. col. 2. A. D. 382, Africæ Italiæque præfuerat, invita nupsit; quippe quæ Melaniæ aviæ literis, virtutumque fama & exemplis ad vitæ sanctioris genus capessendum excitabatur. Demortuis tamen duobus filiis ab se genitis, Publicolæque parente superstite, castitatis servandæ, a conjugè Piniانو, adhuc gentili, venia impetrata, omni rerum terrenarum studio renunciavit. Hæc Palladius, illorum aliquando hospes, in Historia Lausiaca cap. cxix. cui consonant Acta Melaniæ junioris apud Surium die xxxi. Decembris. Melania senior ejusmodi nuncio accepto, ut neptem, in proposito confirmatam, a pravis opinionibus averteret, *navem adscendit, & Casarea navigans viginti dierum spacio Romam venit*, inquit Palladius cap. cxviii. Baronius A. D. 397. §. 111. aliam itineris causam adsignat, Romam nempe Origenismi invehendi studium, cui tamen Melaniæ junioris secessus, apud vulgus obtentu fuerit. Opinioni vero suæ Baronius auctorem non dedit; conjecturis tantum obsequutus est, inquit Huetius in Origenianis lib. 11. cap. 1v. Sect. I. §. xv. pag. 204. Idem Palladius ubi Melaniam seniore *sexaginta annos* tunc natam affirmat, tempora invertit; hanc enim ætatem tantummodo exegerat A. D. 410. quo iterum in Palæstinam itura, ex Urbe discessit. Si autem A. D. 371. quo primum illuc solvit, *viceßimum secundum* ætatis annum Palladius eidem adsignat cap. cxvi. ad stipulante etiam Sancto Paulino episcopo Nolano in epist. xxxix. alias x. §. 8. qui *teneris adhuc annis* viduam, sæculo valedixisse declarat; inde consequens est, A. D. 397. quo in Urbem rediit, non *sexaginta*, sed *quadraginta septem* annos dumtaxat egisse. Adde *tredecim*, elapsos ab A. D. 397. ad A. D. 410. quo illuc remeavit, exfurgunt *sexaginta*. Quare Palladius hac in re *tredecim* annorum prochronismum admisisse videtur.

CAPUT V.

- I. *Rufini & Melaniae Nolam adventus*. II. *Quo tempore acciderit*. III. *Paulini Nolani epistolarum chronologia restituitur, unde Rufini & Melaniae itus & reditus epocha confirmantur*. IV. *Palladius cum Paulino in concordiam redactus*. V. *Paulini Natalium chronologia restituta, & Melaniae Rufinique reditus epocha iterum confirmata*. VI. *Baronii sententia de Rufino, individuo Melaniae comite, defensa*.

I. **D**UM *Palladius* Melaniam e Palaestinae portu Caesareensi Romam continuo venisse, testatur, itineris terminum, non *cursum* praeculis habuit, quippe Neapolim primum adpulit, unde magno, qui occurrerant, procerum cognatorum agmine stipata, Nolam ad Paulinum divertit, ut ipsemet auctor est in epist. xxix. alias x. §. 12. ad Sanctum Severum Sulpicium, cui Paulinus praec gaudio exiliens, tantae feminae laudes mirifica sua eloquentia describit. Sed verba Paulini, quae Melaniae adventum ob oculos ponunt, hoc loco praetereunda non sunt: *reliqua ejus (Melaniae) negotia ac tempora transsilio, & hoc ipsum, quo REMEANS NAVIGAVIT, ut cursum ipsius amuler, transfretabo, quo citius sermonem meum, in ejus ADVENTU exponendo determinem: in quo magna Dei gratia spectator fui. Neapolim urbem, brevi spacio a Nolana, qua degimus, civitate, distantem (sive distantem) advenisse est, ubi filiorum nepotumque occursum excepta, mox Nolam ad humilitatis nostrae hospitium festinavit: quo nobis advenit ambitioso ditissimorum pignorum vallata comitatu. Vidimus gloriam Domini in illo matris filiorumque itinere quidem uno, sed longe dispari cultu. Macro illum & viliori asellis burico (idest breviori equo) sedentem tota hujus saeculi pompa, qua honorati & opulenti poterant, circumfusi Senatores prosequiebantur, carrucis nutantibus, pbaleratis equis, auratis pilentis & carpentis pluribus gemente Appia atque fulgente. Haec Paulinus, qui epistolae §. v. tunica lanea, quam a Melania acceperat, Severum donatum voluit, & epist. xxxi. alias xi. §. 1. memorat partem particulae de ligno divinae Crucis, Johannis Hierosolymitani munere, sibi tunc ab eadem allatam, cujus segmentum atomum (sive frustulum) subello aureolo inclusum, ad Severum transmisit, reliquum in aede Sancti Felicis, ab se constructa, deposuit cum epigrammate, quod legitur epist. xxxi. alias xi. §. xi. Melaniae familia, teste Palladio cap. cxx. habitabat in agris aliquando quidem Siciliae, aliquando vero Campaniae, ubi Nola, ideoque advenienti Melaniae cognatos protinus occurrisse facile intelligimus; illam enim magnifice a suis, Roma consueque profectis, exceptam dicere cum Norisio lib. I. cap. 11. Historiae*

RUFINUS .
LIV. IV. C.V.

Pelagianæ, vetat Melaniæ improvisus post brevem xx. dierum navigationem in Neapolitanum portum non prænunciatus adventus. Hujus certum tempus ex collatis inter se Paulini locis patebit.

II. Paulinus in adducta epist. xxix. alias x. §. 6. ait, *Victorem monachum, Sulpicii Severi tabellarium, seu librigeram, ut vocat epistola præcedenti §. 4. Nolam iis diebus advenisse, quibus Melania ex Palæstina etiam advenerat. Atqui in præcedenti eadem epistola scribit, Victorem, decedente jam hieme, nimirum initio veris, ab se Nolæ susceptum. Ergo huic tempori, navigationi congruo, Melaniæ adventus certo illigatur. Verba Paulini, serum Victoris reditum ad Sulpicium, exultantis, hæc sunt in epist. xxviii. alias ix. §. 3. quod ad te, tardius pacto, rediit (Victor) ne imputes pedibus ejus, qui non pigritia vitio, sed abedientia studio apud nos diutius vestiterunt. Reputa tamen tempus, non quo dimissum eum iudicasti, sed quo misisti; & videbis de placita inter nos retinendi Victoris necessitudine, stare rationem mihi. NON enim AD HIEMEM, ut scripseras, apud nos EXIGENDAM, ADFUIT, sed ut asseruit, de Narbonensi (pago) ubi fratri Postumiano occurrerat, remissus ad te, tunc a te iterum profectus est, quam ad me directus, pervenire potuisses. Jam igitur HIEME DECEDENTE SUSCEPTUM, necesse habui VERNIS MENSIBUS destinere. Et quia brevis spacium videbatur, quod illico solemnitas paschalis concluderet, quam & infirmis per idem tempus fuissem, ut ad rescribendi negotium non valerem, apposui de diebus æstivis moras ejus, ut compensarem tecum, si tantum in eo tui temporis usurparem, quantum tu in eodem occupaveras de diebus hibernis, nudo concedam, ut si autumno pervenerit ad unanimiorem tuam, ut hiemem rursus impendat tibi. Ex his liquet, Paulini epistolarum vulgatum ordinem alicubi esse præposterum, atque adeo illam epistolam, quacum Victor in Aquitaniam ad Severum remitti dicitur, in vulgatis editionibus præponi, quam postponenda illi sit, quæ statim subsequitur, ubi Paulinus Severum de Victore, ab se tunc recens suscepto, certiorum facit. Insuper in hac eadem posteriori epistola, Melaniæ ex Oriente Nolam adventus describitur, postquam Nola Romam profecta jam fuerat. In priori sit sermo de Rufini discessu, quem Paulinus Melaniæ comitem vocat. Quare hæc non prior, sed posterior ordine & tempore, illa non posterior, sed prior censenda est.*

III. Utrique epistolæ, ad Severum datæ, subnecti debet epist. xliii. alias xxxv. ad Desiderium presbyterum, ad quem Paulinus scribit, *Victorem*, ab se cum epist. xxvi. alias ix. ex præscripto Severi in Gallias antea remissum, ut ad *viudemis* dies occurreret, deinde ob subito rerum obices iterum Nolam reversum, *quam hiems navigationem, & itinera meus clauderent: quibus (Victor) impeditus atque REVOCATUS necessitati præstitit LONGAM dilationem, qui præcassinationem, rogatus, negaverat caritati. Quinque mensium spacio ab Junio ad Novem-*

Novembrem A. D. 397. navigationem & itinera metus clausit ob apparatum belli Gildonici, in Africam transmittendum, ut notat Jacobus Gothofredus in Chronologia Codicis Theodosiani pag. cxxvii. Autumni & hiberno receptui *Victoris*, accessit longa ægrotatio, & valetudinis reficiendæ necessitas, quæ illum etiam anno insequenti 398. Nolæ detinuerunt usque ad mensem Junii, quo *Paulinus* una cum ipso *Regemam* petiit, de more celebraturus festum Apostolorum Petri & Pauli; eoque celebrato, *Victor* discessit, ut illum (Severus) si non eodem ANNO quo speraverat, saltem eodem tempore (vindemiæ) quo jusserrat, accursum reciperet, inquit Paulinus. Per has moras *Victoris*, quas in A. D. 397. & 398. cecidisse evidens est, Paulinus plures ad Severum scripsit epistolas DIVERSO tempore, prout impetus festinationum habebat, sicut ipsorum varia lectio monstrabitur. Sic ille ad *Desiderium*. Ex his epistolis duæ jam memoratæ supersunt, a *Victore* una cum aliis & hac *tertia*, in *Gallias* perlatæ. Sed huic *tertiæ* Jo: Baptista Brunus, qui novam operum Paulini editionem accuravit Parisiis A. D. 1685. vim fecit, traxitque invitam ad A. D. 406. quum tamen prodierit A. D. 398. Chiffletius in Melaniæ chronologia disponenda, unius anni metachronismo peccans, datam existimavit A. D. 399. in suo Paulino illustrato Parte II. cap. XIX. etenim cap. XI. reliquas duas jam laudatas epistolas copulavit cum A. D. 398. quo Melaniæ Nolam adventum reduxit, quia non ineunte A. D. 372. sed insequenti ex Urbe in Ægyptum transvectam putavit. Hinc semel admissio chronologica, sæpius imposterum labi necesse fuit. Itaque ordo earundem epistolarum nostra sententia sic est digerendus.

1. Epistola XXII. alias X. ad Severum, data est ipso *vere* A. D. 397. postquam *Victor* Nolam advenerat, & *Melania* illuc Romam profecta fuerat.

2. Epist. XXVII. alias IX. ad Severum, data est *in fine ætatis* ejusdem anni 397. *Victore* ad professionem parato.

3. Epist. XLIII. alias XXXV. ad *Desiderium*, data est A. D. 398. *post festum Apostolorum*, *Victore* in *Gallias* profecturo.

Ergo Tillemontius, & ab eo in nova editione Paulini adjutus Jo: Baptista Brunus, duas priores epistolas A. D. 402. ac *tertiam* A. D. 406. scriptas immerito censuerunt. De prioribus quidem si id verum foret, *Melania* in Oriente navigasset A. D. 377. post jam extinctam persecutionem Ariariorum: quod stare nullo modo potest; nam Paulinus, qui *Melaniam* POST QUINQUE LUSTRA ad se reverfam affirmat, eandem tempore illo *Valentis*, quando ecclesiam Dei vivi, furor Ariariorum, Rege ipso impietatis facellite, persequeretur, fugatis & apprehensis Catholicis, præsto fuisse testatur in laudata epistola XXII. §. II. cui omnino similiter loquitur Palladius cap. CXVII. Hanc procellam A. D. 372. & 373. sævisse, extra omnem controversiam est, ut pridem uberrime ostendimus.

RUFINUS.
LIB. IV. C. V.

IV. Palladius cap. cxviii. *quinque lustra* ad *viginti septem* annos dilatat. Sed ex *Melaniae* itus & reditus epocha, *Hieronymi* & *Paulini* gravissimis testimoniiis suffulta, certum est, exurgere annos tantum xxv. unumque & alterum illum mensem primæ navigationi impensum *ingruente jam hieme* sub finem A. D. 371. quem eundem mensem, *unum & alterum*, Paulinus, rotundo *quinque lustrorum* numero usus, neglexit, Palladius pro *anno toto* accepit, toto etiam A. D. 398. superaddito, quo *Melania*, ipse in *Ægypto* degens, Romam advenisse intellexerat. Sic Palladius necessario explicatus, nequaquam a Paulino dissentit, neque ullis Criticorum castigationibus indiget, e quorum numero est Pagius A. D. 397. §. v. & etiam Baronius anno eodem §. 11. Ad hæc Palladius, in serie temporum minus, quam rerum, disponenda; accuratus, annis xxvii. quos a *Melania* simul & *Rufino* Hierosolymæ sic, ut dixi, transactos enumerat, etiam totos sex illos immiscet, quos Rufinus, annumque *dimidium*, quem *Melania*, in *Ægypti* mora impenderunt. Nec Palladius a Palladio dissentit, dum in uno eodemque cap. cxviii. postquam dixisset, *Melania* xxvii. annos hospites Hierosolymis excepisse, deinde ait, illam *triginta septem* annos ibidem hoc pio munere perfunctam. Etenim priori loco *tenus peregrinationis* ab A. D. 371. ad A. D. 398. respexit, in altero superaddidit *moram & domicilium* a secunda peregrinatione, sive ab A. D. 410. quo ex Italia Hierosolymam remeavit, ad A. D. 420. quo ibidem, ut hinc videmus, vivere desit. Tillemontius, vir alias in explanandis antiquæ historiæ difficultatibus maxime strenuus, quum Hieronymi, Paulini, & Palladii nodos circa *Melaniae* itum, reditum, moramque extricare non posset, nulli conveniens, & sibi minime constans, multis sese ambagibus involvit in notis ad ejus vitam tomo x. pag. 821. quæ hic repetere non vacat, nec præstat, quum ex hætenus dictis ejus chronologicæ hac in re divinationes evanescant, quæque negotium facessere videbantur, planissima fiant.

V. Hæc quæ hætenus dicta sunt, fusius persequi oportuit ad firmandum, Rufini & *Melaniae* reditum nec citius, nec serius contingere potuisse, quam A. D. 397. quo illum magnus historiæ ecclesiasticæ magister Baronius omnium optime consignavit. Verum hæc eadem, ab doctissimis viris minime idoneo tempore consignata, in causa fuerunt, cur & multa alia id genus peccarint, quæ hic raptim ad examen vocabo, ne quempiam fallant, si forte, hoc loco non improbata, silentio præterierentur. Paulinus in sine epist. xxix. alias x. ait, vitam Sancti Martini, olim ab Severo conscriptam, se *Melaniae*, tunc hospiti suæ, recitavisse, quemadmodum prius eam recitaverat *venerabili episcopo atque doctissimo Niceta*, qui ex *Dacia Romanis admirandus* ADVENERAT, nimirum antequam *Melania* advenisset: quæ si advenit ipso vere anni 397. utique *Nicetas* hieme præcedenti advenisse dicendus erit. Quare omnino fallitur Pagius, qui A. D. 397. §. vi. *Nicetam* post *Me-*
la-

laniam advenisse contendit, idest insequenti A. D. 398. Errorem præbuit vulgata chronotaxis epistolarum Sancti Paulini, in quarum XXVIII. alias IX. quum Pagius nullam de *Niceta* mentionem factam videret, hoc sibi sufficere putavit, ut scriptam existimaret priusquam idem episcopus ex Dacia Nolam venisset, nimirum *ante*, non vero *post* epistolam XXI. alias X. Rursus idem Paulinus in laudata epist. XXVIII. §. 6. testatur, se *quædam* canere solitum Natale carmen Sancto Felici, Nolano presbytero, in ejus die festo XIV. Januarii: quæ quidem carmina edi cæpta A. D. 393. quindenarius numerus claudit. Horum Natalium *quineto* Nicetas primum interfuit A. D. 397. & postmodum *nono*: quod prædiit A. D. 401. auctore Baronio A. D. 397. §. XV. In hoc enim Natali IX. quod est Poema XXI. sic Paulinus *Nicetam*, tunc Nolæ præsentem, alloquitur v. 330.

RUFINUS.
LIV. IV. CV.

..... *Dic quæso*, REDISTI?
Tæque ipsum teneo, Niceta, in quo hæcenus ager
Noctes atque dies, animo tabente, pependi?
Venisti tandem, QUARTO mihi REDDITUS anno?

Hæc merito persuaferunt Annalium parenti, *Nicetam* & *quineto*, & *nono* Natali Sancti Felicis, primum A. D. 397. & postmodum quodriennio ferius A. D. 401. Nolæ visum. Sane quum Paulinus verno tempore A. D. 397. Melaniæ secum versanti recitaverit Vitam Sancti Martini: quam *Niceta* Episcopo ante recitaverat, planum fit, *Nicetam* hieme ejusdem anni 397. die XIV. Januarii primum Nolæ fuisse. Sed Pagius A. D. 397. §. VII. ex Chiffletio Parte II. cap. IX. has Paulini Natalium epochas turbat, utque Natale I. ab A. D. 393. avulsam, insequenti anno defigat, Natale XIII. ex A. D. 405. ad A. D. 406. transferre conatur, proptereaquod in eodem Natali XIII. memoratur excidium Radagaisi Regis Gothorum, quod quum evenerit A. D. 405. ideo sequenti A. D. 406. carmen illud a Paulino conditum putat, trahitque Natale I. ex A. D. 393. ad A. D. 394. ita ut, Chiffletio & Pagio auctoribus *Nicetas* non AD. 397. sed 398. Nolæ Natali V. primum interfuerit. Verum hanc sententiam ab alio etiam recoctam amplecti non possumus: quum enim A. D. 405. Gothi Italiani vastantibus, ipsique Romanæ urbi incubantibus, Paulino, alias sui gregis curæ intentissimo, haudquaquam vacaverit consueta die XIV. Januarii hoc suum pacis & quietis opus peragere; postmodum illud peregit transacta hieme, & vere appetente ejusdem anni 405. adeoque Italia ab irruptione Gothorum jam liberata. Si bene auguror, disertim hoc exponit Paulinus initio Natalis XIII. quod una cum XI. & XII. ex Ambrosianis codicibus prædiit. Etenim Sanctus vates hoc modo Natalis XIII. initium auspiciatur pag. 72.

Candida pax, VERNI grata vice temporis, annum
POST HIEMES ACTAS, tranquillo lumine ducit,
Signatumque pio Sancti Felicis honore
SECURIS aperit populis. Gaudere serenis

Men-

RUFINVS.
LIB. IV. CV.

*Mentibus ABSTERSA diri caligine BELLI
Suadet ovans Felix, quia pacis & ipse patronus,
Cum patribus, Paulo atque Petro & cum fratribus almis
Martyribus, Regem Regum exoravit, amico
Namine, Romani producere tempora Regni,
Instantesque GETAS ipsis jam faucibus Urbis
PELLERE.*

Causa latet, cur is, qui hæc in lucem protulit, id sibi licere putaverit, ut contra fidem codicis in primum versum tertiam voculam *latum* de suo intruderet, primigenia explosa, quam ego *verni* fuisse scio, quamque alias luculenter confirmant verba illa in secundo versu; *post hiemes æstas*. Eadem primigenia vocula *verni*, in qua una rei cardo versatur, satis clare in codice Ambrosiano representatur. Sed hoc atque alia id genus quam plurima veterem codicem cum nova editione conferentis, facile patebunt. Porro *verni grata vice temporis, post hiemes æstas* exprimit illud Horatii libro I. Carminum, Ode iv. *solvitur acris hiems grata vice veris*. Hæc ostendunt, Paulinum hoc suum Natale carmen xiiii. non mense *Januarii*, ut alias consueverat, sed mox subsequenti *verno tempore* cecinisse, statim post deletum Gothorum exercitum; cujus clades *biemi* ejusdem anni 405. propterea copulatur. Nec sane ullo unquam anno Paulinus die xiv. Januarii, ideoque *media hieme*, dixisset *post hiemes æstas*. Sed neque ulla fuit causa, cur Paulinus ad infrequentem A.D. 406. hoc suum Natale xiiii. transferre debuisset, ipsumque annum 405. ab Anniversario carmine vacuum dimittere, licet consuetudine die xiiii. Januarii illud canere nequaquam potuerit. Paulinus certe initium hujus Natalis auspiciatur ab Epinio ob Gothos, ante initium Veris hoc eodem A.D. 405. prostratos; ideoque apud Dungalum, qui Paulini Natales xv. enumerat in Responsis ad Claudium Taurinensem in Bibliotheca PP. Lugdunensi tomo xiv. pag. 218. his plane verbis inscribitur: *De Gothorum exercitus cum suo Rege interitu*. Ex his patere arbitror, piissimum vatem statim a Gothis devictis transacto die xiiii. Januarii Natale suum xiiii. ipso vere anni 405. cecinisse. *Quum* ergo Natale v. fixum maneat A. D. 397. Natale ix. A. D. 401. hocque Natale xiiii. A. D. 405. hinc patet *Nictæ, Rufini & Melania* Nolam adventum ex A. D. 397. nullo conatu divelli posse. Cetera optandum, Paulini opera omnia per virum industrium & accuratum rursus editum iri, ad veteres codices diligenter exacta, præsertim vero ad Ambrosianum, & Frisingensem, sæculi x. ævum referentem, quo Pauliniani Natales xii. continentur. Hunc memorat R. P. D. Bernardus Pezius in Dissertatione Isagogica ad tomum I. Thesauri anedotorum pag. xxvii.

VI. Ad Rufinum, quem Baronius vocat *individuum Melania comitem*, redeamus. Rosvveydus in Historia eremitica pag. 444. §. 27. Baronio adversandi potissimam rationem desumit ex silentio Paulini in epist. xxix. alias x. ad Severum, ubi de *Melania* copiose loqu-

quatus, *Rufinum* omnino fileat. Verum si huic argumento nullum pondus inesse, sequeretur, celeberrimam feminam, *solum* ad Paulinum ivisse, quam tamen *amplissimo comitatu* sociatam Paulinus excepit; qui in unius *Melaniae* laudes effusus, ceteros nominatim recensere neglexit. Cum his *Rufinum* exstitisse, jure negari non potest. Iterum praestat Paulinum audire §. 13. *Tagurinum vero nostrum, quod a terra suspensum cœnaculo, una porticu cellulis hospitalibus interposita, longius tenditur, quasi dilatatum gratia Domini, non solum SANCTIS, qui illam (Melaniam) PLURIMI comitabantur, sed etiam divitum illorum catervis, non incapaces angustias præbuit.* Inter hos sanctos, idest laudabilis vitæ homines, unus, idemque præcipuus erat Rufinus, quem in præcedenti epistola, huic jam adductæ, ut ostendimus, postponenda, memoratum videmus; ibi enim Paulinus Sulpicio, veterum Annals ab se postulanti, quibus nimirum in sacra historia texenda uteretur, hoc pacto respondet: *nunc operis tui curam gerens, quo te pro utilitate fidei nostræ inspiciendæ & conferendæ præteritorum temporum rationibus occupatum judicasti, quod de me non habui, de Fratris unanimi opulentiore thesauro petivi, & ipsum adnotationem, quam commonitorii vice miseris, literis meis inditam direxi ad Rufinum presbyterum, Sanctæ Melaniæ spirituali via COMITEM, verè SANCTUM & pie doctum, & ob hoc intima mihi affectione conjunctum. Si ille has, quæ merito te permovent, de annorum sive regnorum, non congruente calculo hiantis historiae causas non ediderit, qui & scholasticis & salutaribus literis (secularibus emendat Baluzius in notis ad præfationem Salviani) Græce & Latine dives est, vereor ne apud alium in his regionibus frustra requiramus. Quod si præsumptioni de se meæ satisfecerit, prima occasione, si Dominusnaverit, transmittam unanimitati tuæ, utcumque mihi super hac ratione rescripserit.* Hucusque Paulinus, qui de homine peregrino, nec sibi alias visq̄, tam singularia prodere non poterat. Sed quia Rufinus, *Sanctæ Melaniæ spirituali via* COMES, nempe cum ea redux e sacro itinere Hierosolymitano, pridem Noxæ fuerat; ideo Paulinus pietatem & doctrinam ejus coram miratus, Severum nunc primum de tanti viri laudibus edocet. De Melania haudquaquam hoc præstat, quia in *anteriori* epistola, quæ ob librariorum incertitiam nunc est *posterior*, id fuisse præstiterat. Idem Paulinus in epistola xl. alias xxvi. §. 6. Rufinum ab se coram de rebus Ægyptiis consultum, non obscure his verbis significat, quibus Psalmi c. versum viii. explanat: *accepi a quodam Sancto, doctissimo viro, & carissimo mihi, qui non solum legendo sed etiam peregrinando multa cognovit, Pellicanum avem esse in Ægypto, vel illis juxta partibus usitatum, proximit Nilo flumini desertis oberrare, serpentibus vesci, in quos dimicando prævaluerit.* Ergo pugnat ut vivat, & victa moritur. *Vicitrix vero & evadit mor-*

RUFINUS. *mortem ; & acquirit alimoniam . Quid autem nycticorax scriptum est ;*
 LIB. IV. C. V. *nycticorax esse verius asserbat , idque probabili ratione videbatur ostendere , quum illam avem hoc loco positam diceret , quam appellamus noctuam , quia secreto noctibus cantus exercent & volatus , & obscuritate tenebrarum , qua fere cuncta caligant animalia , luminetur .*
 Rufinum porro , flagitante Paulino , etiam benedictiones Patriarcharum exposuisse ; iterumque in Palaestinam rediturum , Nolam a Paulino invitatum , postea dicemus .



HISTORIÆ LITERARIÆ A QUILEJENSIS LIBER QUINTUS.

De scriptis a Rufino Romæ editis.

CAPUT I.

- I. *Macarius doctrinam Origenis contra fatum sibi a Rufino rogat exponi.* II. *Macarii professio & studia.* III. *Pineti canobium ubinam steterit, in quo Rufinus Orsejo Abbati Regulam Basilii Magni latinitate donavit.* IV. *Varia de hac Regula proferuntur.* V. *Librum primum Apologetici Sancti Pamphili pro Origene Rufinus Macario nuncupat.* VI. *Ejusdem Apologetici examen.* VII. *Rufini Dissertatio pro Origene.*



O tandem accedimus, unde Rufino summa invidia constata, quæ illius nomen apud posteros, de re ipsa parum sollicitos, magnopere labefactare visa est. Romam cum *Melania* nondum advenerat, quum *Macarius* quidam, vir primarius, monachus certe, ut postea probabo, contra mathematicos seu Fati adfectores, scripturus, & in quibusdam, tanquam arduis, hæsitans, navim in somnis adspexit, eminens per mare adventantem, quæ

portum occupans, nodos difficultatum abolveret. Quid plura? Vix dum *Rufinus* adparuit, *Macarius* ab eo percontatur, quid de argumento, quod manu versabat, sentiret *Origenes*; hujusque doctrinam sibi orat exponi. Quum labori se subducere *Rufinus*, & quadam ex parte tale aliquid operis ab *Sancto Pamphilo* martyre in Apologetico suo conscriptum subjungeret, hunc eundem *Macarius* sibi in latinum sermonem verti, semel iterumque flagitavit. Quamvis autem id se præstiturum abnueret *Rufinus*, propterea quod ad latinum sermonem tricennali jam pene incuria torpuisset, haudquaquam tamen quin *Macario* auscultaret, facere potuit. Quare de *Sancti Pamphili Apologetico* pro Origene, mox de libris *Periarchon* in latinum sermonem transferendis cogitavit, interjecta propria dissertatiuncula de adulteratione librorum *Origenis*, ut

C c

ab eo,

RUFINUS .
 LB.V. CAP. I.

ab eo, quem male audire didicerat, invidiam amoliretur. Hæc breviter præfari visum est, antequam distinctius & latius singula percurramus. Eadem narrat *Rufinus* Inveſtiva I. uti vulgo inscribitur, verius inscribenda *Apologia*, ad Apronianum contra epist. xli. alias lxxv. S. Hieronymi ad Pammachium & Oceanum.

11. Admonet me hic locus, priusquam ulterius procedo, ut raptim agam de hoc *Macario*, quandoquidem omni ævo memorandæ controversiæ originem præbuit. Rosvveydus in notis ad Sanctum Paulinum recte monuit, alium ab eo non videri, ad quem Nolanus antistes scripsit epistolam XLIX. alias xxvi. ubi illum enixe sollicitat, ut auxilium esse velit *Secundiniano*, naufragam navim cum mercibus ex Sardinia adveſtis, a procuratore Postumiani Senatoris repostulanti, qui eam in Brutorum litore occupaverat: quique iudicem provincialem declinaturus, Romam aufergerat. Palam est, hunc eundem esse *Macarium*, quem Palladius in Historia Lausiaca cap. cxxiii. inter eos recenset, qui Pinianum Melaniæ junioris maritum, in Campaniæ & Siciliæ agris agentem, sacræ exercitationis causa conveniebant. *Similiter etiam*, inquit Palladius, *quidam, nomine Macarius ex Vicaria*. In codice Græco legitur *αὐτὸς βραχίλιος* nempe *Exvicarius*, seu vicaria præfectura defunctus. Hanc phrasin illius exemplis illustrat Rosvveydus in Onomastico pag. 1059. unde apparet lapsus Abrahami Ortellii in Thesauro geographico, ubi Palladii *Vicariam*, locum quempiam esse existimavit, quum sit nomen officii. Ortellii lapsum correxit Bollandus pag. 90. tom. I. Januarii. A Sidonio lib. I. epist. iii. *Vicarianus apex*, ab aliis *Vicarianus honor*: & *Vicariana dignitas* passim; aut etiam *Vicaria* absolute dicebatur, ex Sirmondo ibidem in notis. Præfecti prætorio Italiæ tres *Vicarii* fuerunt. I. Romæ. II. Italiæ. III. Africæ. Primi dispositioni Picenum, Valeria, Campania, Brutii, & Avellinates suberant, ex Cod. Theodosiano lib. ix. tit. xxx. quibus equorum usus lib. v. & lxxviii. lib. xii. tit. I. de Decurionibus, ubi consule Gothofredum. Ad, si lubet, Blondellum de Primatu pag. 917. & Norisium in Dissert. de Synodo v. cap. x. Hac prima Romæ *Vicaria* functus fuerat *Macarius*: unde habemus cur Paulinus *Secundiniani* navim ab eo deprecaretur. *Vir fide, eruditione, nobilitate, & vita clarus* dicitur a Rufino lib. I. Inveſt. qui, eo, uti diximus, etiam atque etiam rogante, Sancti Pamphili & Origenis Opuscula in latinum sermonem convertit, eidem Macario triplici prologo inscripta, ubi *virum desideriorum, & fide lissimum* FRATREM appellat: quo vocabulo ejusdem secum professionis, nempe *monachum*, tunc fuisse designat. Certe idipsum prodit his verbis Gennadius in Catalogo cap. xxviii. *Macarius monachus scripsit in urbe Roma adversus Mathematicos librum: in quo labore, orientalium quaesivit solatia scripturarum*, nempe Origenis & Pamphili. Huc alluserat Sanctus Hieronymus in Apologetico I. contra Rufinum: *ergo nisi de Oriente venisses, eruditissimus vir haberet adhuc inter Mathematicos, & homines Christiani quid contra fatum differerent, ignorarent.*

varent. Paulo inferius navim, quæ Rufinum advexerat, in somnis a Macario visam, irridens: *tua navis*, inquit, *Romana urbi, revelatione, promissa, aliud pollicetur, & aliud efficit. Mathematicorum venerat solvere quaestiones, & solvit fidem Christianorum.* Rursus epist. xcvi. alias xvi. ad Principiam, carpens Rufinum & Macarium, licet utriusque suppresso nomine: *tunc librorum τῆς ἀρχῆς infamis interpretatio; tunc discipulus δῆσος, & vere nominis sui, si in talem magistrum non impigisset, tunc nostrorum διδασκαλῆς contraditio, & Phariseorum turbata est schola.* Sub nomine δῆσος, quod *beatum* significat, *Macbarius* latet, qui Græce idem sonat, & Sanctis adnumeratur apud Bollandum tom. I. Januarii pag. 90. Nomine vero *Mathematicorum* eo tempore non *Astronomi*, sed *Haruspices*, *Genethiaci*, & quos nunc *Astrologos* judicarios dicimus, accipiebantur, qui passim apud Christianos pessime audiebant, quod omnia a Fato & Stellis derivantes, divinam providentiam & liberum hominis arbitrium penitus elevarent. Horum fallaces divinationes & impia deliramenta, quibus & ipse aliquando fuerat addictus, rejicit Sanctus Augustinus in Confessionibus lib. vi. 1. cap. vi. eosdemque explodit lib. v. de Civitate Dei cap. I. & 11. Ad hæc cap. xlv. de diversis quaestionibus, eos eleganter his verbis pingit: *non eos appellarunt Mathematicos veteres, qui nunc appellantur, sed illos qui temporum numeros motu cæli ac siderum pervestigarunt. Adversus eos autem, qui nunc appellantur Mathematici, volentes ætus nostros corporibus caelestibus subdere, & nos vendere stellis, ipsumque pretium, quo vendimur, a nobis accipere, nihil brevius & verius dici potest, quam eos non respondere nisi acceptis constellationibus.* His consona habet lib. 11. de Doctrina Christiana cap. 21. In libro autem 1x. Cod. Theod. integer titulus xvi. est contra maleficos & mathematicos. In istiusmodi ergo homines fati adfertores scribenti Macario suppetias tulit Rufinus labore *orientalium scripturarum*, ut ait Gennadius, nempe latina interpretatione Apologix Sancti Pamphili pro Origene, & hujus opere de Principiis.

11. Celebre erat eo tempore in agro Romano monasterium *Pineti*, in quod Macarius, aliique monasticæ vitæ professores, ipseque etiam *Rufinus*, Deo vacaturi, secederant. *Rufinum* certe, vixdum ab Oriente reversum, illud cœnobium intrasse, colligimus ex ejus præfatione ad Regulam Sancti Basilii, de qua postea. Sed viri docti disputant, ubinam gentium steterit iste *Pineti* locus. Norfius in Historia Pelagiana lib. I. cap. 11. in fine, *locum Romæ suburbanum* appellat, eundemque *extra portam Angelicam primo ab urbe lapide stetisse* opinatur. Post Tillemontium to. xii. pag. 310. & to. xiv. pag. 127. alio abiit Johannes Mabillonius in libro I. Annalium Ordinis Sancti Benedicti §. xv. *Pinetum* enim aliis in Sicilia, aliis prope *Rhegiam* Julii statuentibus, ipse locat in opido *Classensi* prope Ravennam, ratus idem ac cœnobium Sanctorum Johannis & Stephani, quod Sanctus Gregorius memorat in lib. vii. epist. xvi. 11. Hi omnes *Pineti* monasterium in ora maritima agri Roma-

RUFINUS.
LIB. V. CAP. I.

ni quærere neglexerunt, ubi illud disertis verbis ponit Rufinus, dum se *adventantem de partibus Orientis, & desiderantem jam fratrum consuetam consortia*, in illud ingressum affirmat. Rufinum ergo Hierosolyma reducem, necdum Romam ingressum, *fratrum* (idest monachorum) *consuetam consortia* in monasterio Pineti primum exhilararunt. Ejus postea situm graphice delineavit in epistola jam laudata ad Ursejum, loci Abbatem, qui in pervetusto codice Sanctæ Crucis in Hierusalem *Ursacius* appellatur: *superpositum angusto arenosi tramitis dorso, hinc atque hinc passivi maris unda circumluit. Rara tantummodo latentes locos eminus arguit Pinus, ex qua & Pineti clarum nomen saculo dedit*. Si Pinetum maris unda circumluebat, ergo maris incumbibat, & procul ab Urbe aberat. Hoc neque *Pineto* extra portam Angelicam, neque Classeni opido congruit. Si *rara pinus latentes locos* arguebat, ergo juxta *Pineta* Ravennæ esse non potuit, ubi non *rara* sed *frequens* eminet pinus. Denique quid multis opus? Inter Campaniam & Romam *Pinetum* stetit colligitur ex epist. XLVII. olim XLVIII. Pontii Paulini, qui A.D. 398. Cerealem, Nola Romam ad Sanctum Petrum redeuntem, licet incertus, an Rufinum esset visurus, tamen Rufino tunc in *Pineto* degenti illum commendat: *etsi*, inquit, *incertum mihi fecit* (Cerealis) *quod AD TE perreçturus foret*. Rufinus ergo extra Urbem inter Nola & Romam tunc morabatur, ut propterea eum invisere cupienti, a via Romana non nihil esset declinandum. Paulinus addit, se, epistolam Rufino reddendam, Cereali dedisse: *itaque chartula damnum SI TE FORTE NON VIDISSET, quam officii, sicut credimus si te viseret, præoptantes capessere, commissimus epistolam istam non casui, sed fidei. Credimus enim in Domino dirigendam ad te viam sermonis ac filii nostri*. Quare Paulinus dubius hærebat, num Cerealis Romam veniens, ad Rufinum in ipso itinere diverteret, an potius epistolam suam ad illum extra iter esset misurus. Atqui Cerealis ad Rufinum non tulit, sed præmisit epistolam, ut ipsemet Rufinus testatur in ea, qua librum II. de Benedictionibus Patriarcharum ad Paulinum direxit, ubi & locum nominat, in quo tunc morabatur, *Pinetum* scilicet. Malo hoc verbis Rufini explicare: *communem quidem filium Cerealem NONDUM videram. Sed is conscius quid mihi doloris infligeret, si reddere moraretur literas tuas, PRÆMISIT eas ad me*. In fine sic ait: *quia autem Quadragesimæ diebus, in monasterio PINETI positus, hæc rescripsi ad te, etiam fratribus, qui aderant, ineptias meas celare non potui*. Rursus in præfatione lib. III. Periarcho sic Macari, & VICINIUS monebas, & amplius vacabas, etiam ego amplius operabar. Hos vero posteriores duos tardius explicimus, dum AD NOS ab extrema & ultima parte Urbis rarior exactior

acce-

accedis. In editionibus Hierothei, Erasmi, & Grynæi, orbis pro urbis RUFINUS. Terracinenfis in Sanctuario Bonini Mombratii tomo I. litera C. ibi enim LIB. V. CAP. I. circa finem hæc leguntur de Sanctis martyribus Felice & Eusebio: *quorum corpora, die jam præclaro, jactavit mare ad littus juxta PINETA.* Hinc fatis patere arbitror, monasterium *Pineti* stetitisse in agro Taracinenfis juxta mare; atque huc Macarii monachi somnium respexisse, cui contra fatum scribenti, *per soporem navis quedam ostensa est eminus adventare per pelagus, quæ quum portum fuisset ingressa, nodos sua hæstationis absolvaret,* teste Rufino Apologiæ lib. I. pag. 360. quippe quæ in littorale monasterium *Pineti*, Macario monacho, tunc ibi degenti, adpellere visa est. In hocce monasterio constitutus Rufinus, uti jam dixi, Basilii Magni Regulam latinitate donavit, obsequuturus Ursejo Abbati, ab se percontanti quænam in Oriente *Servorum Dei* haberetur observatio, quæ animi virtus, quæ instituta servarentur in monasteriis. Eo libentius paruit Rufinus Ursejo pollicenti, quod per universa occidua partis monasteria si hæc Sancti & spiritualis viri (Basilii) sancta & spiritualia innotescerent instituta, omnis ille *Servorum Dei* profectus, qui ex hujusmodi institutionibus nasceretur, eidem quoque *Rufino* ex eorum vel meritis, vel orationibus aliquid gratiæ, vel mercedis afferret. Sic Rufinus in epistola ad Ursejum, quem rogat in fine, ut una cum ceteris, qui Regulam legerit, illius sit memor, alijque monasteriis exemplaria præbeat, ut secundum instar Cappadociæ omnia monasteria eisdem & non diversis institutis vel observationibus vivant.

IV. Promissa *Ursacii* sive *Urseji*, ac vota Rufini inania non ceciderunt, ad hanc enim Basilii regulam, latini juris factam, Itali & reliqui Occidentales vitam & mores suos composuerunt, notante Mabillonio in *Annalibus* lib. I. §. XIIII. *Rufinus* triennio serius in *Hist. lib. XI. cap. IX.* hoc præclarum industriæ suæ monumentum sic memoravit: *transfudimus in latinum Basilii præterea instituta monachorum, optantes, si poterimus, & Dei favor adjuverit, eorum (utriusque Basilii) plura transferre.* Isthæc Regula, omnium, quas Occidentales imitari studuerunt, celeberrima, nos monet, ut quædam minus obvia de ea proferramus, quæ in Rufini interpretis laudem maximam cedunt. Magnus Basilii monasticum institutum in Oriente variis regulis Græce editis illustravit, & ad perfectioris disciplinæ normam excoluit. Has accurate recenset Benedictus Haestenius in *Disquisitionibus monasticis* lib. I. Tract. IV. *Disquisit. XI.* Quæ nulla suspitione laborant, hæc sunt.

1. *Regula fufius disputata.*
2. *Regula breviores.*
3. *Constitutiones monastica.*
4. *Regula in latinum sermonem conversa.*

Hanc postremam in tres ducentasque interrogationes divisam, *Rufinus* noster ex Basilii fufioribus & brevioribus regulis contexuit, quemadmodum

RUFINUS.
LIB. V. CAP. I.

dum ob oculos ponit Hugo Menardus in notis ad Concordiam Regulæ a Sancto Benedicto Anianensi Abbate initio sæculi IX. confectam, ubi pag. 56. in translationem Rufinianam utranque Basilii regulam, fusius & brevius disputatam migrasse observavit. Eam vetustissimus codex MS. Bibliothecæ Sancti Germani a Pratis in ducentas interrogationes, totidemque responsiones iisdem subiectas, divisam complectitur. Sed in editione Holsteniana tres aliæ interrogationes superadduntur. Vir doctus & pius Edmundus Martene, in Commentario ad Regulam Sancti Benedicti pag. 897. censuit, Basilium ipsum ex utraque Regula sua, breviori & fusiori, tertiam confusse, quam *Rufinus* latinam reddiderit. Non alius tamen, quam *Rufinus* & conslavit, & latinam reddidit. Ejus interpretatio ordinem regularum, quem Basilianæ præferunt, neutiquam servat, sæpe enim *Rufinus* non tam interpretem, quam paraphrasten agit, multis etiam de suo intextis, ut censet Haestenus lib. II. Tract. I. Disquisit. IX. Hinc factum est, ut quotiescumque Basilianæ regulæ segmenta recitantur in Anianensi Concordia, in qua Sancti Benedicti Regula cum aliorum Patrum XXV. Regulis committitur; toties Menardus eadem segmenta ad utranque Basilii Regulam, & ad interpretationem *Rufini* summa diligentia exegerit, unde liquido apparet, dubitari non posse, quin Anianensis in sua Concordia *Rufini* interpretatione usus fuerit, quod Menardus præcipue prodit ad cap. III. §. 3. pag. 115. Benedictus Anianensis quo promptius hæc Rufini interpretatio pateret, eam suo Codici Regularum inseruit. Hunc Fabius Chifius apud Ubios Apostolicæ Sedis Apocrifarius, & postea summus Pontifex Alexander VII. iussu viri, sæculorum memoriæ dignissimi, Francisci Cardinalis Barberini senioris ex membranis Colonienfibus descriptum A. D. 1643. misit ad Lucam Holstenium, cujus tandem cura prodiit Romæ apud Vitalem Mascardum A. D. 1661. in 4.º & mox Parisiis apud Ludovicum Billaine A. D. 1662. in 4.º Eandem Regulam, a *Rufino* in Italia vulgatam Sancti Benedicti ævo antonomastice dictam fuisse *Regulam Sancti Basilii* notat Haestenus, tum quod ejus summa, teste *Rufino*, in Oriente observaretur, tum quod, ipso interprete, non sine magno omnium plausu, Occidentali Ecclesiæ primum innotuisset, in plerisque etiam monasteriis usu deinde recepta, quemadmodum illam statim sua cura receptum iri, Ursejus *Rufino* sponderat. Viros sanctissimos hanc præ oculis habuisse constat; non solum enim Magnus Benedictus eam per familiarem habuit, discipulisque suis commendavit cap. LXXIII. suæ Regulæ, ubi plurima ex hac *Rufiniana* mutuatum nos docet Anianensis Concordia; Sed Gregorius Turonensis in Historia Francorum lib. X. cap. XXI. testatur celebratam in monasteriis a Sancto Aredio institutis. Eam laudat Anonymus in Vita Sancti Eugendi, qui floruit initio sæculi VI. in Actis Sanctorum Ordinis Benedictini sæculo I. pag. 576. ubi etiam pag. 253. alius auctor scribit, Sanctum Droctoveum ad Basilianam Regulam a Beato Germano informatum. Sæculo VI. Sanctum Filibertum hanc

hanc ipsam lectione assidua frequentasse testis est auctor ejus Vitæ in Sæculo II. pag. 819. Ex ea Smaragdus testimonia profert in Commentario ad Regulam Sancti Benedicti, eandemque memorat Innocentius II. Summus Pontifex apud Gratianum Causa xviii. Quest. II. cap. xxvi. Ad hæc auctor præfationis in opera G. L. Sancti Basilii *Parisiis* impressa apud *Michaelem Sonnum* A. D. 1617. in folio sic loquitur de Regula, quam *Rufinus* expressit: *exstat etiam asceticorum librorum epitome vel certe Regularum fufius expositarum, quam latinitate donavit Rufinus Aquilejensis, ac librum de Institutis monachorum appellavit, eaque Colonia una cum ceteris Rufini operibus seorsim edetur, præsertim quom ordinem Regularum non servet, quem Basilii opera præferunt.* Isthæc editio Colonienfis nunquam visa est. Fronto Ducæus ibidem tomo II. pagina 28. col. 2. in notis ad Regulam fufius disputatam, inseruit emendationes latinæ versionis *Rufini* ex duobus Mss. codicibus Puteanis. Rufinianam Regulam primus typis vulgavit Johannes Franciscus Brixianus monachus Congregationis Sanctæ Justiniæ in libro cui titulus: *Quatuor primum approbatæ religiofis quibusque vivendi regula. Venetiis apud Lucam Antonium Junctam A. D. 1500. in 4.º* Hanc editionem postea renovatam vidimus Parisiis apud Johannem Petit 1519. in 4.º ubi tamen qui in codicibus Mss. est *Ursejus*, mendose appellatur *Ursarius* fortasse *Ursacius* dicendus. Monachus Brixianus adnotavit in fine, hanc regulam in suo fonte apud Græcos amplio-rem, & in ordine accuratorem haberi, eamque *se cum aliis ejusdem Basilii diversis tractatibus*, Rufino interprete, propediem Latinis donaturum. Addamus testimonium Damiani de Sancta Maria in præfatione operum Sancti Basilii Græce editorum Venetiis apud Stephanum de Sabinio A. D. 1535. in folio, ubi Casparem Contarenum Cardinalem alloquens, Regulam a *Rufino* translata, *fragmenta, & diminutum libellum* appellat. Cum epistola ad Ursejum accessit operibus Sancti Basilii pag. 337. Coloniae apud Eucharium Cervicornum latine editis A. D. 1531. in folio, ex interpretationibus Jo: Argyropili, Georgii Trapezuntii & Raphaelis Volaterrani. Accessit etiam Regulæ Sancti Benedicti, Commentario illustratæ per Johannem Cardinalem a Turrecremata pag. 537. editionis Colonienfis apud Geruinum Calenium A. D. 1575. in folio. Prosper Stellartius in libro, cui titulus: *Fundamina & regula omnium ordinum*, edito *Duaci per Baltassarum Bellerum* A. D. 1626. in 4.º pag. 138. aliam Basilii regulam attulit. Sed Lucas Holstenius in epistola MS. ad Fabium Chisum die vi. Junii A. D. 1643. exarata testatur, germanam veramque *Rufini* interpretationem præ ceteris eam se reperisse, quæ laudatur in Concordia Benedicti Anianensis, cujus Codici Regulam seorsum inseritur. Hinc ad membranas Colonienfes, olim ex a utographo Sancti Maximini Trevirensis descriptas, ubi Rufiniana Regula primo loco legebatur, adamussim expressam Holstenius vulgavit in to. I. Codicis Regularum: *Statuta monachorum Sancti Basilii Episcopi Casariensis*

RUFINUS :
LIV. V. CAP. I.

RUFINUS.
LIV. V. CAP. I.

riensis inscribitur in pervetusto codice membraneo Bibliothecæ Sanctæ Crucis in Hierusalem in folio pag. 177. una cum prologo *Sancti Rufini presbyteri* ad Ursacium . Carolus Cointius in Annalibus Ecclesiasticis Francorum tomo VI. A. D. 821. §. XXVI 111. agens de Holstenii Regularum codice, labitur, putans, Chisium, nonnisi postquam ad pontificatum adscendisset, apographum suum, olim Colonix descriptum, cum Holstenio communicavisse. Illud enim jamdudum, scilicet A. D. 1643. communicaverat, ut nos ex ipsis Holstenii epistolis hac de re ad Chisium scriptis collegimus. Regulam Basilianam a *Rufino* explicatam, & in Gallis ante A. D. 651. quo Sanctus Gislenus Atheniensis in Belgio sibi Sedem elegit, usu receptam, illuc fortasse pertulit Sanctus Maurus, Magni Benedicti discipulus, & Sancto Aredio æqualis, ut monet Cointius in tomo III. A. D. 651. §. VII. qui etiam mox accuratam & egregiam profecto analyfin ejusdem Regulæ exhibet, unde nobis vir doctissimus per singula eundi laborem ademit. Hæc de primo Opere, quod a *Rufino*, in Italiam reverso, scriptum comperimus. Sed Macarius ad alias lucubrationes denuo nos vocat. Apud Gratianum hæc Basilii Regula, *instituta monachorum*, dicta ex *Rufini* interpretatione laudatur 26. Q. VII. cap. VIII. Item Dist. II. cap. I. de Pœnitentia. Nunc de *Pamphili Apologia* pro Origene agamus.

V. Eam *Rufinus* in *Macarii* nomine comparere voluit. Sed quia Originem ejusque studiosos male audire noverat, invidiam ab se amoliri conatus est proximo ad Macarium, *virum desideriorum*, ut femel & iterum vocat, nempe alterum Danielem. Non dissetur quin sibi res ipsa *offensam maximam compareret eorum, qui se lesos putant ab eo, qui de Origene non aliquid male senserit. Et quamquam non suam de eo sententiam, sed Sancti martyris Pamphili Macario seiscitanti explicaret*, ait tamen, se non ambigere, *futuros, qui & in eo lesos se putent, si aliquid pro eo & alieno sermone proferat*. Ipsos tamen deprecari se ait, *nihil presumpto vel prejudicato animo agere; sed quoniam ad judicium Dei venturi sumus, non refugiant scire quod verum est, ne forte ignorantes delinquant, considerantes, quia falsis criminationibus percutere fratrum infirmorum conscientias in Christum peccare est. Ed ideo* (subjungit *Rufinus*) *non accommodent criminatoribus aurem suam, nec ab alio discant alterius fidem, maxime quum coram experiri sit copia, & oris sui confessio, quid vel qualiter unusquisque credat, ostendat. Sic enim scriptum est: quia corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem & ex verbis suis unusquisque justificabitur, & ex verbis suis condemnabitur*. Hæc præfatus, & lectore in iis, quæ Origeni contraria apud illum inveniuntur, misso ad *brevem Assertionem*, ut vocat, de *Adulteratione librorum Origenis*, quam Sancti Pamphili Apologiæ statim subjecit, Fidei suæ tesseram profert, contra præcipuas hæreses Origeni impactas, omnino pugnantem.

1. Se credere profitetur, quod Sancta Trinitas coeterna sit & ænis natura, uniusque virtutis atque substantia, 2. Quod

2. *Quod Filius Dei in novissimo tempore homo factus est, & pro peccatis nostris passus est: & in ea ipsa carne, in qua passus est, resurrexit a mortuis; propter quod & resurrectionis spem humano generi tribuit.*

3. *Carnis (inquit) resurrectionem non per aliquos praestigias, sicut nonnulli calumniantur, dicimus; sed hanc ipsam carnem, in qua nunc vivimus, resurrectionem credimus, non aliam pro alia, nec corpus aliud, quam hujus carnis dicimus. Sive ergo corpus resurrectionem dicimus, secundum Apostolum dicimus; hoc enim nomine usus est ille: sive carnem dicimus, secundum traditionem symboli confitemur. Stulta enim adinventio calumnia est, corpus humanum aliud putare esse quam carnem. Sive ergo caro secundum communem fidem, sive corpus secundum Apostolum, dicitur quod resurget, ita credendum est, sicut Apostolus definiit; quia quod resurget in virtute, resurget & in gloria, & incorruptibile resurget & spirituale corpus, quia corruptio incorruptionem non possidet. Salvo ergo his prerogativis futuri corporis vel carnis, resurrectionis carnis credenda est integre atque perfecte, ut & natura carnis eadem servetur, & incorruptione spiritualis corporis status & gloria non infringatur, sic enim scriptum est. Sic de Fide sua Rufinus circa Trinitatem, Incarnationem, & corporum resurrectionem, quibus nullam difficultatem iure moveri posse consentit Tillemontius tomo XII. pag. 206. Rufinus omnia his verbis claudit. *Hac in Hierosolymis in Ecclesia Dei a Sancto Sacerdote ejus Johanne predicantur: Hac nos cum ipso dicimus & tenemus.* Post emissam hoc pacto Fidei suae regulam, eorum, qui contra credunt, communionem damnat, secum vero sentientibus pacem adprecat: *siquis, praeter haec vel credit, vel docet, vel a nobis aliter credi, quam exposuimus, putat, anathema sit. Nostra ergo Fidei documentum siquis habere vult, habeat ex his. Si quidem aut legimus, aut hujus fidei nostra facimus rationem, secundum Apostolum probantes omnia, quod bonum est tenentes, ab omni specie mala nos abstinentes. Et si qui hanc regulam sequuntur, pax super illos, & super Israel Dei, amen.**

VI. His peractis subsequitur Apologia Pamphili martyris pro Origene, interprete Rufino, quemadmodum in editionibus vulgatis inscribitur, quanquam ea primum dumtaxat librum, & loca nonnulla ex illis sex libris separatim decerpta continet, quibus Pamphili Apologiam constituisse proditum est. Martyr invictus eam Caesarem Palaestinae in carcere clausus cum aliis Fidei Confessoribus scripsit, ut Eusebius, Pamphili in eodem carcere socius, testatur in libro de Martyribus Palaestinae cap. XI. & Photius cod. CXXVII. cujus haec sunt verba: *lecti sunt Pamphili martyris & Eusebii pro Origene libri sex; quorum QUINQUE sunt a Pamphilo in carcere, praesente etiam Eusebio, elaborati.* SEXTUS vero postquam jam martyr ferro, privatus vita, ad unice desideratum Deum migravit, ab Eusebio est absolutus. Photius totum opus recenset, perinde ac utrunque auctorem haberet, utiturque verbis in multitudinis numero usurpatis, ajunt, addunt, commemorant &c. In fine iterum scribit: Ori-

RUFINUS .
LIB. V. CAP. I.

genis autem Apologiam, ut diximus, Pamphilus & Eusebius, communi carcere inclusi, conscripserunt. Uterque operas contulit in condenda hujusmodi *Apologia*, quam opido elaboratam & longam fuisse, discimus ex Eusebio in Hist. Ecclesiastica lib. vi. cap. xxxv. & ex Socrate lib. III. cap. vii. ac etiam ex ipso Photio, qui nono Christi sæculo totam legit. Idem auctores nos docent, *quinque* priores libros non ab uno Eusebio, sed a Pamphilo simul & Eusebio, *sextum* ab uno Eusebio post Pamphilum martyrio coronatum, compositos. Hinc factum, ut *quinque* priores libri modo *Pamphilo*, modo *Eusebio* indiscriminatim tribuerentur; *sextus* unum semper *Eusebium* auctorem prætulerit: primo tamen unum *Pamphilum*, non etiam Eusebium auctorem habente, ut postea constabit. Univerſi operis argumentum fuit defensio Origenis a multis criminatibus, quibus ejus doctrina impetebatur; nonnulli enim Origenianis scriptis intelligendis impares, alii mentis pravitate, multi etiam sinistro affectu præcepti, in Origenem ferebantur, itaut etiam sacrarum literarum studiosos, Origeniana Opera læsticantes pro hæreticis conclamarent, quanquam alias innocentie & pietatis laude conspicuos. Plurimi insuper damnatores Origenis non solum quicquam ex ejus operibus nunquam legerant, sed linguam Græcam, qua Origenes scripserat, penitus ignorabant. Nec deerant qui quum ex ejus lucubrationibus, omnem, qua pollebant, eruditionem haussissent, ne id ceteri animadverterent, doctrinam, auctoremque simul verbo & scripto execrabantur. Sic *Pamphilus* in Apologia sua, quam, ut Photius testatur, Confessoribus ad metalla Palæstinæ damnatis, direxit; propterea quod rumoribus & maledictis in Origenem excitatis faciles aures adcommodare viderentur. Constat porro tota propemodum locis integris & testimoniis Origenis præter exordium, quod est veluti epistola ad Confessores jam memoratos. Hæc in antecessum; de his enim infra sermo adhuc recurret. In hac Pamphili Apologia memoratur liber Origenis de *Oratione*, qui tandem Græce prodiit Oxonii e theatro Sheldoniano A. D. 1685. in 12.^o

VII. Rufinus translationi Apologiæ S. Pamphili a se absolutæ, dissertationem adjunxit, quam in prologo *brevissimum libellum* vocat, estque ejusdem Apologiæ pars, ab uno Rufino tamen composita, & Macario pariter nuncupata. In hac Rufinus ea, quæ in Origenianis libris Pamphili Apologiæ contraria inveniuntur, ab hæreticis fuisse corrupta, variis argumentis ostendit. Rufinus istud opusculum de *Adulteratione librorum* Origenis, in duas partes secuit. In prima ostendere nititur ejus libros ab hæreticis fuisse corruptos. Hanc in rem exempla utriusque Clementis, Romani & Alexandrini producit, & Dionysii pariter Alexandrini, quorum scripta eandem aleam subierant. In altera parte Origenem ipsum etiam nunquam supersitum, in literis suis de corruptione operum suorum, conquestum pertendit. Harum etiam literarum partem adducit, præcipue quam scripsit ad Alexandrinos *contra eos, qui libros ejus, adhuc eo*

videntur.

vivente, adulteraverunt. Ad hæc observat, nonnullis Patribus Latinis & Græcis idem illud infortunium accidisse. His expositis, hæc addit: *si ergo & Origenes talia ab hæreticis & malevolis, se esse perpeffum, in epistola sua, propria voce conqueritur, & multis aliis catholicis viris tam vivis, quam defunctis eadem acciderunt, similefque fraudes scriptis eorum probantur illata; quæ tandem animi obftinatio est, in aquali causa non aquali uti venia; sed ex eisdem accidentibus, aliis excusationis reverentiam, aliis infamiam criminationis intendere?* Ita Rufinus, qui neque illud silet, acerrimos Origenis hostes, Origenis esse plagiariorum, hoc scilicet pacto satis cavisse ratos, ne sua furta detegerentur: *quin potius (subjungit) aperienda est hoc in loco veritas latens, non enim possibile est tam iniquo iudicio uti quemquam hominum, ut de causa aquali non aqualiter sentiat. Sed quod auctores obreclationum ejus bi sunt, qui vel in ecclesia disputare latius solent, vel etiam libros scribere, qui totum de Origene vel loquuntur vel scribunt. Ne ego plures ipsorum furta cognoscant, qui utique, si ingrati in magistrum non essent, nequaquam criminofos viderentur, neque simpliciores quofque ab ejus lectione deterrent.* His tangere voluit Hieronymum, ut recte monuit Grynaeus in tomo I. operum Origenis pag. 781. editionis, quam postea memorabo. Ea, quæ sequuntur, Epiphanium carpunt, quanquam Hieronymus lib. II. Apologiæ pag. 417. utraque contra unum Epiphanium ab Rufino prodita interpretatur: *denique quidam ex ipsis, qui, se, velut evangelizandi necessitate per omnes gentes & per omnes linguas, habere putat, de Origene male loquens, sex millia librorum ejus se legiffe, quamplurima fratrum multitudine audiente, confessus est, qui si utique, ut ipse dicere solet, pro cognoscendis malis ejus, ipsos legebat, sufficere poterant ei decem libri ad cognoscendum, aut viginti certe, vel quamplurimum triginta. Sex millia autem libros legere, non jam velle cognoscere est, sed totam pene vitam suam disciplinæ ejus & studiis dedere. Quomodo ergo merito iste audiendus est, quum eos culpat, qui instructionis suæ causâ perpauca ejus, salva fidei regula, atque integra pietate legerunt?* Hoc loco perspicuum est, a Rufino Epiphanium carpi, de quo sic Hieronymus in lib. II. Apologiæ in Rufinum pag. 405. *ne me mittas ad sex millia librorum ejus (Origenis) quos legiffe beatum Papam Epiphanium criminari.* Rursus lib. II. pag. 461. *hic est ille delirus senex, qui sex mille Origenis libros, te præfente cantavit, qui omnium gentium linguis prædicationem sibi contra Origenem injunctam putat, qui ideo eum legi prohibet, ne alii ejus furta cognoscant.* In epist. xxxix. alias lxxi. pag. 337. ad Theophilum, arguit Johannem Hierosolymitanum, quod Epiphanio objecerit, *sex millia librorum Origenis ab eodem perlecta; sex mille Origenis tomos non poterat quisquam legere, quos ille non scripsit, facillimè credo testem hujus sermonis, quam auctorem esse mentitum.* Hieronymus tamen epist. xli. alias lxxv. ad Pammachium & Oceanum pag. 346. de libris ab Origene scriptis hæc habet: *mille & eo amplius*

RUFINUS .
LIB. V. CAP. I.

*tractatus, quos in Ecclesia loquutus, edidit. Innumerabiles præterea commentarios, quos ipse appellat tomos, & quos nunc prætereo, ne videar operum ejus indicem texere. Quis nostrum tanta potest legere, quanta ille conscripsit? Petro Halloixio in Origene defenso lib. IV. pag. 334. haudquaquam incredibile videtur, eum sex millia librorum, scripsisse, modo recensentur singulæ Homiliæ, parvi tractatus, dialogi, epistolæ, & apologiæ, non autem libri grandiores, ut nunc vulgo intelligimus; quum Theodorus Mopsvetenus supra decem millia librorum scripsisse tradatur apud Pelagium II. Pontificem in epistola ad Eliam Aquilejensem, & etiam apud Facundum Hermianensem lib. VIII. cap. I. Quid quod ipsumet Epiphanius, qui Hæresi LXIV. scripta Originis infinita fuisse testatur, postea §. LXIII. illum sex millia librorum scripsisse affirmavit? Concinit auctor epitaphii Originis, pervetustus, quod postmodum proferemus; ait enim, Origenem tot libros scripsisse, quot hominibus legio constat. Eam sex millibus peditum, & sexcentis equitibus constituisse exploratum est. Dissertationem suam his deinde verbis claudit Rufinus: *sufficere hæc ad ostendendum qualiter de Originis libris sentiendum sit, puto; quod omnis, qui non contentioni sed veritatis studium gerit, facile his tam evidentibus assertionibus adquiescat. Quod si quis in contentione sua permaneat; nos talem consuetudinem non habemus; definitum enim est apud nos, si quando eum (Origenem) legimus, secundum Sancti Apostoli comunionem, tenere quæ bona sunt, si quid autem inventum fuerit in his, quod cum Fide Catholica non consonat, hæc & ab hæreticis suspicamus insertum, & tam ab illius sensu, quam a nostra Fide dicimus alienum: in quo etiam fallimur, nihil, ut opinor, periculi hujusmodi errore incurrimus: nam & ipsi, Deo juvante, permanemus illæsi vitando ea, quæ suspecta habemus & improbamus. Et accusatores Fratrum non inveniemur apud Deum, quia Diaboli proprium esse hoc opus dicitur accusandi fratres; unde & Diabolus a eriminando nomen accepit. Simul & maledicorum sententiam, quæ a regno Dei separat eos, qui tales sunt, declinamus. Sic Rufinus.**

CAPUT II.

I. *Rufinus latine vertit priores libros duos Origenis de Principiis .*
 II. *Ejusdem versionis conspectus .* III. *Totius operis idea .* IV. *Benedictiones Patriarcharum Pontio Paulino duobus libris explanat .*
 V. *Rufini & Paulini hac de re epistola amœbae .* VI. *Editiones & codices librorum de Benedictionibus Patriarcharum .* VII. *Rufinus libri tertii & quarti Origenis de Principiis versionem absolvit .*

I. **M**acarius scriptorum Orientalium maxime avidus, quam in Sancti Pampbili *Apologia* libros *de Principiis* identidem memorari observasset, ab *Rufino* flagitavit, ut eos Romanis auribus adcommo- daret . Quocirca *Rufinus* in his quoque *Macario* obsequuturus, Latinos fecit libros IV. Origenis *de Principiis*, sive *de Potestatibus*, ut dici posse in *prologo* existimavit . Hanc tamen versionem uno tenore haudquaquam absolvit ; sed postquam proœmium *duosque* priores libros Latino donasset, amicorum impulsu in aliis conscribendis operam posuit, ut postea dicemus . Hęc *Rufiniana* translatio, tota quanta est, prostat inter varia opera Origenis, studio Constantii Hierothei Canonici regularis Sancti Salvatoris, Latine edita *Venetis apud Lazarum Soardum* A. D. 1514. in folio, unde eam cum ceteris, ut videtur, *Erasmus* traxit in suum priorem tomum Origenis Operum, quorum Latine editioni immortuus, eam absolvendam reliquit Beato Rhenano *Basilicæ apud Frobenium* A. D. 1536. duobus tomis in folio . Hęc editio auctior lucem adspexit *Basilicæ* similiter apud *Frobenium* A. D. 1551. & postmodum A. D. 1557. variis operibus locupletata, quæ Laurentius Humfridus alii- que in Latinum sermonem transtulerant . Inde sublatis erroribus, & pas- sim additis notulis iterum exprimentam curavit Jo: Jacobus Grynæus *Basilicæ apud Eusebium Episcopium* A. D. 1571. in folio . Hęc editio primis quatuor præstat . *Hierotheus* in proœmio suarum Castigationum, quas Antonio Contareno Patriarchæ Venetiarum nuncupatas, libris Pe- riarchon præposuit, hanc de toto volumine sententiam pronuntiavit : *in ea, velut enchiridio, principia Christianæ Religionis consulit ; de om- nibus præcipuis, de Deo, de Patre videlicet, filio, ac Spiritu Sancto, de divinis mentibus, de mundo, de anima, & de aliis disputatur : qui- bus tractandis bis contingit obscuriorem sententiam fieri, vel quod mate- ria ea sit, ut ait Rufinus, in qua toto tempore vitæ suæ desudantes philoso- phi, invenerunt nihil ; vel illud Horatianum evenit ; brevis esse labo- ro, obscurus sermo .*

II. Perspicuum est, inter omnia opera Adamantii, notissimum fuisse hoc *de Principiis*, ut notat Petrus Daniel Huetius in Origenianis lib. III. cap. III. sect. I. §. II. pag. 266. In illo enim Origenes principia credendo- rum

RUFINUS .
LIB. V. CAP. 41.

rum in religione stabilire conatur . Sed omnium una fuit sententia , hos libros summa obscuritate & difficultate laborare . *Rufinus* ipse , præco alias Origenis , hoc sincere profitetur subsequentibus verbis in prologo ad Macarium : *sunt revera alias & obscurissimi & difficillimi : de rebus enim ibi talibus disputat , in quibus philosophi omni sua ætate consumpta , invenire potuerunt nihil . Hic vero nosse quantum potuit , id egit , ut Creatoris fidem , & creaturarum rationem , quam illi ad impietatem traxerant , ad pietatem converteret .* Sed illud est auditu molestius , omnes posteriorum sæculorum hæreticos ex hoc eodem volumine , Græce tamen scripto , contra veritatem arma sumisse . Nimirum Origenes in hoc opere humanas rationes & philosophiam Platoniam magis , quam Verbi Dei scripti & traditi auctoritatem sequutus , tentare potius fortasse voluit , quousque posset hac methodo perveniri , quam exprimere quid ipse vere sentiret . Quare hostes Origenis in libris Periarchon arguendum potissimum insudarunt : eosdemque Pamphilus martyr in Apologia sæpe numero appellat , propterea quod Origenis adversarii in hos unos potissimum accusandos incumbere . De Didymi in eos Commentariis postmodum loquitur . Eusebius lib. v. 1. Hist. Eccl. cap. xx 1. eos testatur Alexandriæ fuisse conscriptos , nimirum ante A. D. 231 . Quid speciatim ipsi contineant , breviter adnotat Photius cod. cviii. *Rufinus* Hieronymusque certatim latinos reddiderunt ; Hieronymi tamen translatio jam dudum interit , neque Græcus codex amplius reperitur , saltem in bibliothecis Europæ . Quare nobis standum est versioni latinæ , cujus auctor Rufinus in prologo ad Macarium fatetur , se præcipue cavisse , ne ea , quæ in libris Origenis discrepantia inveniuntur atque contraria , proferret , ratus , hæc eadem non ab Origene scripta , sed ab hæreticis superaddita , quemadmodum se abunde ostendisse arbitratur & in Apologetico Pamphili , & in suo libello de *Adulteratione librorum Origenis* . Hinc ait : *scubi ergo nos in libris ejus aliquid contra id invenimus , quod ab ipso in ceteris locis pie de Trinitate fuerat definitum , velut adulteratum hoc , & alienum , aut prætermisimus , aut secundum eam regulam protulimus , quam ab ipso frequenter invenimus affirmatam .* Græci codicis loca , ab antiquis auctoribus recitata , in Rufini versione desiderari animadvertit Huetius . Illud maxima admiratione dignum Tillemontio videtur in to. III. pag. 578. edit. II. Hieronymum , Origenis palam jam factam acerrimum hostem , adhuc tamen in epist. II. alias ciiii. pro solutione cujusdam gravis & præcipuæ questionis , Paulinum Nolanum misisse ad libros Periarchon , quos nuper , inquit , *Pammachio nostro jubente interpretatus sum* . Rufinus in prologo ait , se in hoc studio vertendi libros Origenis , sequi exemplum Hieronymi , qui multa opera Adamantii , ornate magnificeque præfatus , translulerat in latinum , *in quibus quum aliquanta offendicula inveniantur in Græco , ita eliminavit omnia interpretando atque purgavit , ut nihil in illis , quod a Fide nostra discrepet , latinus lector inveniat* . Sed alia ibidem expressa , præte-

prætereunda non sunt: *Nos ergo, inquit, Rufinus, rem ab illo quidem (Hieronymo) ceptam sequimur & probatam; sed non æquis eloquentiæ viribus, tanti viri ornare possumus dicta; unde vereor, ne vitio meo illad accidat, ut is vir, quem ille alterum post Apostolos Ecclesiæ doctorem, scientiæ ac sapientiæ merito comprobavit, inopia sermonis nostri longe esse inferior videatur.* Post hæc prologum claudit suæ translationis, exscriptorem lectoremque obtestatus in conspectu Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, per futuri regni fidem, per resurrectionis ex mortuis sacramentum, per illum, qui præparatus est Diabolo & Angelis ejus, ignem, sic non illum locum æterna hereditate possideat, ubi est fletus & stridor dentium, & ubi ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur, ne addat aliquid, nec auferat, nec immutet; sed conferat cum exemplaribus unde conscripserat & emendet ad litteram, & distinguat, & in emendatum vel indistinctum codicem non habeat, ne sensuum difficultas, si distinctus codex non sit, majores obscuritates legentibus generet. Rufinus hujuscemodi verborum obtusitatis non sane fortuito prolatis diluere voluit præcipua & omnium pessima dogmata, de quibus Origenes accusabatur. Id Tillemontius optime adnotat to. xi. l. pag. 211. Hæc Rufinus diebus Quadragesimæ scribebat in monasterio Pineti A. D. 398. quod testatur in præfationula libri 111. Periarchon, in qua Macarium sic alloquitur pag. 711. tomi I. operum Origenis editionis Gryncæ: *qui legis, memor esto mei in tuis sanctis orationibus, ut & nos effici mereamur amulatores Spiritus. Superiores duos Periarchon libellos, te non solum insistente, verum etiam cogente, diebus Quadragesimæ interpretatus sum. Sed quoniam illis diebus etiam tu, religiose frater Macari, & vicinius monebas, & amplius vacabas, etiam ego amplius operabar.* Duos postea reliquos libros tardius absolvit, quia Romam, & quidem in extremam urbis partem Macarius, a quo urgebatur, post pascha secesserat, quod eo anno 398. contigit die xviii. Aprilis Cyclo solis xv. lunæ xix. litera Dominicali C: *Rufinus in epistola ad Paulinum Nolanum, quæ in vulgatis editionibus prærit librum 11. de Benedictionibus Patriarcharum, idipsum his verbis adstruit: quia autem Quadragesimæ diebus in monasterio Pineti postus hæc scripsi ad te.* In præfatione ad librum I. luculenter affirmat, se, Paulino gratificaturum, in eodem cænobio illud opus eo tempore conscripisse, quo Origeni transferendo operam dabat: *quantum ergo vel me diocritas intelligentiæ nostra valet, vel tempus indulget, vel hi funnt, qui rescripta ad Origenem perurgent, quanta, res tanta, passi potuit, brevitate, pro eo amore, quo considerare nos tibi de omnibus jubes, sine præjudicio eorum, qui melius aliquid sentire possunt, quid nobis de hoc interrim Capitulo videatur exprimimus;* nempe de cap. xix. libri Genesios; ubi Jacob, sive Israel Patriarcha, de singulis filiorum ventura prædicit, quæ Paulinus sibi a Rufino explicari postulaverat.

111. Origenes in præfatione librorum Periarchon æconomiam totius operis

RUFINUS.
LIS. V. CAP. II.

operis delineavit, se dicturum affirmans de Deo Patre, Filio, & Spiritu Sancto, de Anima, de Diabolis, de Mundo, de Scriptura sacra, de Angelis, deque Cœlestibus, an sint animata. In libro I. agit de Deo incorporeo, de Christo ejusque nominibus, de Spiritu Sancto, de animabus rationalibus, deque angelis. In libro II. persequitur argumentum de Mundo, de natura corporea, de Deo, de incarnatione, de Spiritu Sancto, de animabus hominum pecudumque, de angelis & anima Christi, de resurrectione corporum, deque pœnis hujus vitæ & post vitam. In libro III. disceptat de libero arbitrio; de diabolis & peccatis, de Sapientia Dei, de tentationibus, de mundi principio & fine, & de summo bono. In libro IV. de sacris literis, de ratione illas intelligendi, & de Trinitate. Erasmus quæ dura videbantur, suis monitis ad oram positis, castigavit. Hierotheus vero suas ipse Castigationes præmisit. Ante utrumque Didymus Alexandrinus in eisdem Origenis libros *Commentaria* apologetica scribere opus habuit, teste Socrate lib. IV. cap. XXV. quæ Hieronymus lib. II. in Rufinum pag. 143. *breves commentariolos* appellat. His præcipue cœcus ille Didymus in se odium multorum attraxit, unde posterioribus sæculis una cum Origene proscriptus est in Synodo v. aliisque, ut ostendit Norisius in Dissertationis suæ cap. VI. I. Errores Origeni impacti exstabant præcipue in hoc opere *de Principiis*, quod fuit velut isagoge, sive introductio ad Theologiam. Nobis, ut dixi, Græcæ scriptum non superest, Synopsis tamen recitat Photius cod. CVIII. tanquam operis, sæculo nono, quo floruit, exstantis: ejusdemque fragmenta occurrunt cod. CCXXXV. ad hæc in Philocalia, & in Justiniani Imperatoris epistola apud Labbeum tomo V. Conciliorum pag. 672. Locum etiam ex codice MS. adfert Nicolaus Fullerus in Miscellaneis theologicis lib. IV. cap. XII. I. Universum opus, a *Rufino* latine expressum, habemus, qui illud pro virili correxit, declarans in utroque Prologo libri I. & II. se omnia sustulisse, quæ doctrinæ Ecclesiæ contraria videbantur. Nihil tamen secius in eo legimus audaces quidem singularesque sententias, quæ quum ex traditione ecclesiastica eductæ non sint, generatim ab omnibus rejiciuntur, magna Origenis auctoritate nequaquam obstant. Is in hoc opere funditus evertenda suscepit Valentini, Marcionis, aliorumque hæreticorum deliria, qui, ut *causam mali* ostenderetur, *duo principia* excogitaverunt, totidem animas, duplicisque, & inter se diversæ naturæ homines exstare commenti, unos reipsa bonos, alios reipsa malos. Origenes lib. I. cap. V. VI. & VIII. contra statuit, solum Deum, naturam suam bonum & immutabilem esse, omnemque creaturam boni & mali capaceam, mutationi obnoxiam. Rationalis creaturæ imperfectionem, ut mali causam, adsignat. Eam sua libertate male utentem ex propriæ originis perfectione, sua culpa decidere, ostendit. Subinde lib. III. cap. I. statuit pro fundamento liberum arbitrium, quod ratione & scripturis solide comprobatur, omnibus locis respondens, quibus hæretici abutuntur, ut illud evertant. Sed hoc errat, quod lib. II. cap. I. & VIII. creaturam

rum inæqualitatem pro effectu earum meriti accipit. Etenim ipso auctore lib. I. cap. VIII. & lib. II. cap. II. & VIII. Deus ante corpora quendam numerum æqualium animarum creavit, quæ quum pro majori parte peccassent, secundum peccatorum mensuram, qualitatemque, in variis corporibus ad id creatis, ut easdem puniat, velut carceribus includantur, ita ut ex spiritibus puris, Angelorum, Astrorum, atque hominum animæ evadant; Origenes enim censet, Angelos anima & corpore subtilissimo constare, & pro suis quemque meritis varia ministeria subire. Putat astra esse animata, pulchrosque carceres, spiritibus minus reis, quam ii sunt, qui Mundum inferiorem colunt, destinatos. Videatur lib. I. cap. VII. lib. II. cap. VI. Primus omnium spirituum, qui ab initio caritate perfectiori adhæsit Deo, meruit eidem conjungi excellentiori modo, nunquam impostero avellendus: atque hæc est anima Jesu Christi. Ceteri spiritus mutari possunt de bono in malum & de malo in bonum ex lib. II. cap. III. Felicitas beatorum, eos impeccabiles non efficit, ne illi sibi immetipfis, potiusquam Deo tribuant. Ceterum Dæmonem ipsam aliquando inimicitiam Dei abjecturam, ejusque malam voluntatem destructum iri, ut Deus sit totus in omnibus, tradit lib. I. cap. VI. Hoc tamen non eventurum nisi post longam sæculorum seriem, quia post hunc alius erit Mundus, pluresque alii, quemadmodum plures ante fuerunt. Nullum enim fuit tempus sine Mundo, neque ullum erit unquam, ne Deus ociari videatur. Hæc lib. II. cap. I. II. V. & VI. Origenem ex Platonis philosophia, quam optime calluit, has opiniones hausisse discimus ex lib. II. cap. XXI. Certe ex ejus Gorgia, Origenes inter cetera hoc speciosum principium didicerat, omnes pœnas esse medicinales, & pro fine habere correctionem illius, qui eas subit. Hoc quidem pœnis æternis adcommodatus Origenes censuit, ratus hoc pacto justitiam Dei cum ejus bonitate in concordiam facile redigi; quod eruius ex lib. IV. cap. II. Nihil profert, quod sacræ scripturæ testimonio aliquo confirmare non videatur, tamen sæpenumero in sensum violentum tracto. Tres scripturæ sensus optime distinguit, literalem seu grammaticum, figuratum seu allegoricum, anagogicum seu mysticum. Judæorum & hæreticorum errores ostendit, qui nimis secundum literam expressiones figuratas acceperint, & etiam illorum, qui se ubique mysteria invenire opinabantur. Sed in hujusmodi regularum applicatione sæpenumero fallitur, dum sensui mystico nimis tribuit, & literalem nimis negligit: Hi sunt præcipui errores Origenis, ita confirmati & fixi in opere de Principiis, ut ejus corpus & formam constituent. Verum tamen est, ab Origene aliter hæc non proponi, quam dubitanter, & veluti opinionibus, quas judicio lectoris submittit. Primo exponit Fidem Ecclesiæ Catholicæ, quidque generatim illa doceat; de ceteris tanquam de opinionibus problematicis agit, circa quas suas cogitationes magna quadam modestia proponit. Hæc una excusatio adduci potest sententiarum, quæ ejus utique sunt. Ab his enim aliæ fuerunt quas ipse omnino damnavit, con-

RUFINUS.
LIB. V. CAP. II.

questus ab hæreticis scripta sua corrupta fuisse, ut discimus ex epistola, quam Rufinus latinitate donavit. Sed tandem Origenis opera multis erroribus infecta permanerunt, tum illis, quos dubicanter ipsemet proposuerat, tum iis, quos hæretici postea dolose infererunt. Utrique ob auctoris famam Sectatores plurimos nacti, sæculis insequentibus magno strepitu in Ecclesia excitarunt.

IV. Ex his, quæ superius dixi, patet, *Rufinum* in *Pineto* non solum libros *Periarchon*, sed & alios lucubrassè intra illud ipsum tempus, quo, Hierosolymis redux, in Romanis partibus moratus est, nimirum a vere anni 397. ad autumnum anni insequentis 398. in cuius fine, scilicet die xxv. Novembris obiit *Siricius* Pontifex. Ab hoc enim adhuc superseruit, literis formati, de more acceptis, *Rufinus* Roma discessit, ut infra videbimus. Scilicet ad *Rufinum*, religionis & doctrinæ fama percellentem, viris piis & eruditissimis undique confluentibus, ut scripturarum, & auctorum orientalium thesauros, ab eo secum communicatos, mirarentur, is Regulæ Sancti Basilii, Apologiæ Pamphili, suæ Dissertationi de Adulteratione librorum Origenis, & libris *iv.* *Periarchon*, superaddidit duos libros de Benedictionibus Patriarcharum, quos rogatu Pontifici Paulini cognomento *Nolani*, nondum tamen *episcopi*, sed tantum *presbyteri*, confecit. Jam pridem receptum est, ut verba, quæ Jacob morti proximus cap. *xltx.* Geneseos protulit *xii.* filiis, totidem Tribuum auctoribus, quibus omnis Ebræus populus constabat, *Benedictiones* *xii.* *Patriarcharum* dicantur, quamquam, præter *Rufinum*, Ambrosius cap. *ii.* de eodem argumento & Theodoritus in Genesim cap. ultimo observent, eum titulum minime congruere ipsi orationi, per quam Jacob maledicit Ruben, Simeoni, ac Levi. Quamobrem prophetiam potius, quam *benedictionem* dicendam esse Ambrosius affirmat. *Rufinus* ex Urbe epistolam, nunc deperditam, scripserat ad *Paulinum*. In ea obnuncium ad se *Concordia* perlatum de obitu matris, ut infra clarius explicari videbimus, se *Romæ in aestu sollicitudinis*, & *in incerto morarum* esse, amico Paulino indicaverat, illum etiam hortatus, ut Græcis literis perdiscendis operam daret, quod Rufinus Clementis Romani Pontificis translationem, a *Paulino* digestam, non valde probaret. Hæc ex Paulini epist. *xlvi.* alias *xlvi.* qua *Rufini* literas, quamquam breves, sibi magno refrigerio fuisse respondet, ejusque sollicitudine se affectum significat; sperare tamen illius præsentia se denuo exhilarandum; Græcas literas discere se non posse, nisi *dintius* Rufini consortio persuatur, & *plenior* ejus copiam habeat, ut illius opibus discescat. Subinde epistolam hunc finem imponit: *in tempore sane, quo scripta hæc scribebantur, cecidit sub oculis incidens, proposita lectione, Capitulum illud ex Genesi, quo Judas a Jacob benedicitur (xl. x. 8.) Et quia Dominus opportunissimam hanc occasionem dederat, pulsare post tempus fores cordis tui placuit. Ergo, si me amas, immo quia multum amas, rogo, ut scribas mihi, ut intelligis ipsam Patriarcharum benedictionem: & si qua ipse*

ipse scis in eis ardua sensu, & digna cognitione, scire me velis. Specialiter tamen de Capitulo illo Genesios (xli. x. 11. secundum lxx.) in quo ait, alligans ad vitem pullum suum, & ad cilicium pullum asinae suae; quis suus is pullus sit, vel quis asinae pullus? Et cur suus ad vitem, asina vero pullus ad cilicium alligetur? Ita Paulinus, qui eandem quaestionem sibi a Desiderio presbytero dudum propositam indicat epist. xl. l. 11. alias xxxv. §. 3.

V. Quamvis Rufinus, ut dictum est, libris Periarchon vertendis Operam daret, paruit tamen amicissimo capiti, librumque primum Jacobi Vaticinii de *Benedictionibus Juda*, ad Paulinum direxit, epistola modestae & bonae frugis plena eidem praemissa; unde nonnulla huc transferam: *quanto magis, inquit, ego me tibi excuso & minus idoneum ad responsum eorum, quae sciscitavis, adfirmo, tanto tu instantius percontaris, & difficiliora perquiris, ac velut lenti bovis visio deprehensio cunctantes armos & retrorsum terga cedentia, stimulis pertinacioribus perfoedis. Ait etiam de re ipsa: quod utique & otii & temporis non parum quaerit, &, ut fidelius dicam, quod mentem Spiritu Sancto illuminatam deposcit.* Notandum est porro, de se Rufinum, Christiano more, in scriptis suis, modeste admodum & demisse ubique sentire. Hoc video animadversum etiam Tillemontio tom. xii. art. 84. pag. 210. Paulinus vix dum accepta Rufini explicatione, per *Cerealem* ex Urbe Nola Romam revertentem, rescripsit epistolam xlvii. alias xlviii. in *Pinetum* ei deferendam. In hac postquam Rufinum rogasset, ne ex Italia remeaturus ad Orientem, eo invitato discederet; etiam postulat, ut *Benedictionem* xii. *Patriarcharum*, cujus (inquit) jam principium mihi, exposita circa personam *Juda* prophetia, triplici, ut iussum est, interpretatione conscriptis paginis, edidisti, per reliquos filios distributam digneris exponere, ut ipse per te fiam conscius veritatis, & magnae gratiae ac laudis auctorem habeam, si his (Desiderio presbytero) qui de me supra me (judicantes) propter operis (difficultatem) consulendum me putaverunt, divina potius, & tuo spiritu, quam de meo sensu inepta, respondeam. Rufinus Quadragesimae diebus ex *Pineto* ad Paulinum misit quae postulaverat, nempe librum ii. in *Benedictiones* reliquorum xi. *Patriarcharum*. Hoc totum opus memorat Gennadius in Catalogo his verbis cap. xvii. *differuit (Rufinus) & benedictionem Jacob super Patriarchas triplici, idest historico, morali, & mystico sensu.* At error supinus irrepit in *Isidori* Catalogum cap. iv. ubi haec leguntur: *Paulinus presbyter explicuit in benedictionibus Patriarcharum triplici intelligentia genere, libellum satis succincta brevitate compositum.* Cum *Isidoro* facit *Honorius*, de more illum exscribens lib. ii. cap. cxvii. Viden, *Paulino* cuidam presbytero Opus tribui, quod *Rufinus* rogatu magni illius Pontii Meropii Paulini, postea Nolani episcopi, scripserat? Idem *Isidorus*, cumque eo Aubertus Miræus in schollis hunc *Paulinum presbyterum* cum ejusdem nominis *diacono* & notario Sancti Ambrosii Mediolanensis, improvidè miscue-

RUFINUS .
LIB. V. CAP. II.

runt. Error, quoad opus *Rufini*, suboluit Casimiro Oudino in supplemento Bellarminiano pag. 61. & Tillemontio to. xii. pag. 126. Auctor de xii. Scriptoribus, Isidoro & Hildefonso subjectus, ignorasse videtur, quifnam esset *Paulinus*, ad quem *Rufinus* librum direxit, ait enim cap. v. *Tyrannius Rufinus scripsit ad QUEMDAM Paulinum presbyterum de benedictionibus Patriarcharum, triplici intelligentia librum satis succinctum, & clara brevitate compositum.* Mox *Rufinum* sigillat, quod sextam prophetiam de *Dav* non ad *Antichristum*, sed ad Dominum nostrum retulerit: *hic autem, inquit, juxta mysticum sensum ea quæ de Dan filio Jacob scripta sunt, non recte de Domino nostro interpretatur, dum procul dubio ad Antichristum eadem pertinere sanctorum Patrum probat assertio.* Sed quamvis hoc vaticinium a nonnullis, quos recenset, Benedictus Pererius tomo iv. in Genesim cap. xlix. de Antichristo accipiat, certum est tamen in alias sententias a Patribus trahi, quorum octo Pererius adducit: alii enim de *Samsone*, alii etiam de *Messia* interpretantur.

VI. Hoc opus *Rufini* inversum, confusum, nec tamen totum Constantius Hierotheus sub falso titulo *Homilia xvii. in Genesim*, proque factu Adamantii, primus vulgavit cum Origenianis Operibus in Novum Testamentum post Homilias in Psalmos fol. cii. editionis Venetæ apud Lazarum Scardum A. D. 1516. Opus deinde suo Auctori restitutum, sed priori editione ignorata, *Johannes Heroldus* inseruit *Orthodoxographis Theologicis sacrosinæ* tomo II. pag. 1423. unde huc transferam, quæ *Heroldus* de Codice, ex quo opus illud descripsit, initio præfatur, sunt enim lectu maxime digna: *Georgius Pictorius, Vir clarissimus apud Ensibeym medicus excellens, atque de literatura universali optime meritus, quum procul dubio non nisi vel ingenii summis laboribus aut aris impensa insani, libellum hunc Rufini bibliotheca sua, tanquam thesaurum parasset, qua est in literas bonas atque erga amicos humanitate, Domino Henrico Petri, jam sacrarum Auctorum bibliothecam edenti, etiam hunc libellum sponte obtulit: qui quidem Romanorum majusculis literis, iis quidem, quibus Pandectas Florentinorum scriptas vidimus, sine distinctione ulla, ante mille ac plus annos, scriptus erat, veneranda antiquitatis gemma, mehercle pretiosa. Hunc vero, ut solet, temporis injuria, incruentaque Barbarorum misere laceravit, quippe quum de Benedictione Jude, mystica tractatur sententia, tres pagellæ rescissæ ac perdita desiderantur; quarta etsi supervit lacera, quo loco reponendus sit, vix potest divinari. Erat proinde membranula tam tenera, ut teneriorem me vidisse affirmare non ausim: quod quidem tanto plus damni attulit scripto. Equidem ipsum scriptorium atramentum acerbitate sua plures versus erosos ac transparentes reddiderat, ut ex stigmatibus tantum legi possent, nisi si e regione in facie alterius pagina versus versus responderet, tunc utriusque major instabat labor. Accedebat & hoc quod vel pluvia irrorante, qua olim adservabatur, bibliothecam, vel dum huc atque illuc ad ostentationem*

tionem veteris monumenti perfertur, in marginibus totus madefactus fuerit liber, atque membranula tenerrima, quasi glutino concreta, quod ferme singula folia, non nisi lacerarentur, disjungi aut aperiri possent. Sed & hoc tādii devorare volui, ut qualis qualis oblatuſ eſſet, a me deſcriberetur liber: qui quidem finem ſuum non habet, pauca tamen de eſſe ſuſpico. Adhortor itaque ſtudioſos omnes; ut quod huic deſt ſcripto, quacumque occaſione in bibliothecis venari velint, ut tandem & integer theologiſque minus mancuſ offerri poſſit. Idem opus in ſuis Monumentis Sanctorum Patrum Orthodoxographis, Heroldo tamen exſcripto, nec nominato, comparere juſſit Johannes Jacobus Grynaus Baſilæ apud Henricum Petri A. D. 1569. to. II. pag. 1065. Iterumque, ſed prioribus editionibus pariter ignoratis, edidit Laurentius de la Barre cum aliis Rufini lacubrationibus Pariſiſ apud Michaelem Sonnium A. D. 1580. in folio, ſuppletis editionibus Heroldi & Grynai. Sed peculiari animadverſione dignum eſt, Barreum non ſolum, quaſi nunquam antea vulgata edidiſſe Rufini epiſtolam ſeu præſationem libri I. ad Paulinum Nolanum, quam tamen Heroldus & Grynaus pridem ediderant; ſed in ejuſ extremis duabus lineis lacunam eandem reliquiſſe, quæ exiſt in Heroldi, Gryneique editionibus, ubi ſtatim in calce Rufiniæ epiſtolæ poſt verbum probabuntur, lacunæ indicio relicto, ſubſequitur vox mutila -- mis ceteris, in margine vero hæc adnotantur: hic deſunt nonnulla. Barreus ait, ſe Rufiniana ſcripta eruiſſe ex reliquiſ venerabilis monaſterii Montis Dei. Conſonat vetuſtiſſimus codex Cæſareus mille & ducentis ab hinc annis literis majuſculis & abſque ſingularum vocum diſtinctione, exaratus, apud Lambecium in Commentariis de Bibliotheca Cæſarea to. II. pag. 800. Hic enim codex libros II. Rufini de Benedictionibus continet, una cum duabus jam diſtis Paulini & Rufini epiſtolis amœbæis, non ſeparatim, ſed initio ſimul poſitis: quarum poſteriori ad Paulinum uti eſt in Cæſareo codice, deſt integrum folium mox a fine poſt verbum probabuntur. Folium vero, quod poſt lacunam a fine præcedentis folii proxime ſubſequitur, incipit imperfectæ vociſ ultima ſyllaba -- mis ceteris, ut in aliis tribus editionibus jam adductis; unde lacunæ, in omnes poſtea codices diſfuſæ, origo & antiquitas patet. Tantam codicis vetuſtatem fruſtra elevare conatur Carolus Cæſar Baudelotius in ſua utilitate itinere to. II. pag. 127. edit. I. Ex his conſequitur, merito explodi judiciuſ Franciſci Sacchini, quem ſub amici Romani nomine appellat Fronto Ducaus in notis ad epiſt. XLVII. Paulini pag. 833. editionis Plantiniane A. D. 1622. in 8.º ubi a Sacchino cenſeri ait Paulini epiſtolas ad Rufinum non eſſe Paulini, quod ſtiluſ magis affectuſ a quopiam ad ſimilitudinem Paulini, quam genuinus ipſuſmet Paulini videatur. Hæc eadem habet Sacchinuſ in Vita Sancti Paulini pag. 179. Sed enimvero hujus cenſuræ fallaciam & levitatem fatiſ revincunt jam memorati codices, ad Paulini ætatem proxime accedentes, itaut Coteleriuſ in judiciuſ de libris Recognitionum pag. 484. edit. II. ſicum Du-

RUFINUS.
L. II. V. CAP. II.

cænanum passus, *Paulini* epistolam XLVII. non esse indubie auctoritatis pronuntiaverit. Sed Brunum audiamus id refellentem Dissert. I. de Epistolis S. Paulini §. XLVII. pag. 113. non ea sum, inquit, perspicacitate, ut quid discriminis inter eum scilicet, & Paulini stilum, interesse mihi appareat: mihique facile persuaderem, non aliud de illis epistolis dubitandi nonnullis fuisse fundamentum, quam præconcepit in Rufinum odium. Quibusiam enim videtur non potuisse innoxie amari, ex quo orta controversia Rufinum ab Hieronymo abalienavit: cujus tamen causa Augustini & Paulini in utrumque amicitia nullam passa est detrimentum. Sed ex supra allatis luce clarius, has epistolas a Paulino nostro ad Rufinum fuisse scriptas. Sic Brunus, cujus dicta nostris observationibus roborari videmus. Sacchinum præterea nominatim refellit Tillemontius tom. XIV. pag. 710. Recensionem sui codicis post allatum specimen characteris, his verbis claudit Lambecius: *Opera pretium profecto facturus est, si quis præstantissimum hunc, & veneranda vetustate sua admirandum codicem a capite usque ad calcem cum impressis editionibus accurate contulerit.* Edmundus Martenius in Itinere I. literario Parte II. pag. 138. testatur, in Abbacia Murbacensi in Alsatia alium supersesse Rufini codicem de *Benedictionibus* XII. Patriarcharum, mille abhinc annis scriptum, quem utinam vir doctus cum editis contulisset. Quod tamen Martenius non fecit, hoc meo rogatu faciendum curavit Eminentissimus Cardinalis Firaus, quum esset Romanæ Sedis Apocrisarius apud Helvetios, quæque in codice Murbacensi lacunam antiquissimam in memoratis oodicibus implent, hoc loco adscribam. *Probabuntur. Sed cum dicit: non deficiet princeps ex Juda, neque dux de femore ejus donec veniat is, cui repositum est regnum, scilicet & in ipso gentes sperabunt. Quia donec veniat is, cui repositum est, in quo gentes sperabunt, manifeste de Christo dicitur; cogimur sine dubio alium intelligere esse, quam Christum eum, de cujus semine dux non deficiet, donec Christus veniat. Non enim convenit illum Christum intelligi, de cujus semine dux non deficiet donec Christus veniat, qui utique dux in adventu Christi defecit. Et hoc ipsum indicio fuit, advenisse eum, cui repositum est, idest Christum. Quædam referuntur ad Judam, sicut in complurimis ceteris, etiam in hoc capitulo.* In Chronico Centulensi apud Dacherium tomo IV. Epilogii pag. 482. edit. I. notatur fuisse A. D. 831. in Abbacia S. Richarii *Explanatio Rufini de XI. Benedictionibus Patriarcharum in uno volumine.* Hæc dicenda occurrerunt in libros II. de *Benedictionibus*, quos Rufinus in monasterio *Pineti* tempore ipso Quadragesimæ expressit, quo Origeni vertendo studebat, ut superius abunde probatum est. Quare palam fit, nequaquam hoc contingere potuisse post A. D. 398. quia Rufinus ante finem ejusdem anni *Aquilejam* profectus, Romam inde non rediit ante A. D. 408. rumorque, ab ejus versione librorum Origenis excitatus, non quidem post, sed ante A. D. 400. primo precebit. Ergo Tillemontius labitur to. XI. pag. 309. ubi Rufinum A. D. 410. Romam

cx

ex patria reversum, opus de *Benedictionibus* adgressum fuisse arbitratur. Hoc postea to. xiv. pag. 127. vir doctus prioris sententiæ oblitus A. D. 408. illigavit, quum tamen neutri, sed A. D. 398. uti diximus, illigari debeat.

VII. Nunc ad reliquos libros, *tertium* nimirum, & *quartum* Origenis Periarcon, nobis revertendum est. Ex Rufini altera præfatione colligitur, *duos priores* libros, quos in *Pineti* monasterio converterat, per alienas manus volitasse, duobus reliquis nondum conversis, superque illis rumores in interpretem surrexisse. Ipsa quoque præfatio nos docet, eosdem illos duos posteriores libros, ex intervallo, & serius quam priores, fuisse translatos: quo quidem intervallo Rufinus de *Benedictionibus* Patriarcharum, instante Paulino, disseruit. Hinc *duobus* iisdem posterioribus libris Periarcon, tanquam novo operi, novum prologum ad Macarium præmisit, quem non præmisisset, si una cum duobus prioribus, quibus prologum suum ante præmiserat, eosdem vulgasset. Adponam verba ipsa ad Macarium ex Rufini altera præfatione libri III. Periarcon; rem enim, de qua agimus, mirifice illustrant: *qui legis, memor esto mei in tuis sanctis orationibus, ut & nos effici mereamur æmulatos Spiritus. SUPERIORES DUOS Periarcon libellos, te non solum insistente, verum etiam cogente DIEBUS QUADRAGESIMÆ interpretatus sum. Sed quoniam illis diebus etiam tu, religiose frater Macari, & vicinius monebas, & amplius vacabas (forte vocabas, ut legitur in editione Grynæi pag. 711.) etiam ego amplius operabar. Hos vero POSTERIORES DUOS TARDIUS explicuimus, dum ad nos extrema & ultima parte urbis rarior exactor accedis.* Hæc Rufinus de duobus posterioribus libris Periarcon. Rumores ob suam versionem, in Urbe excitatos, mox ita describit: *Verum si meministi quod in præfatiuncula priore commonui, quia indignaturi essent quidam, si nos audissent non aliquid mali loqui; continuo id arbitror persecutum probasti. Quod si in illo opere ita INFLAMMATI sunt hi, qui hominum linguas ad male loquendum excitant, demones, in quo nondum eorum secreta ad plenum nudaverat; quid in hoc futurum putas, in quo omnes eorum cæcæ & occultas vias, quibus humanis cordibus irrepunt, & animas infirmas ac fragiles decipiant; revelabit? Videbis illico perturbata, omnia, seditiones moveri, clamores tota urbe diffundi, ad damnationem vocari eum, qui evangelicæ lucernæ lumine diabolicæ ignorantiæ tenebras fugare conatus est. Verum hæc parvi pendat qui cupit, salva Fidei Catholicæ regula, in divinis eruditionibus exerceri. Illud autem necessario commoneo, quod sicut in PRIORIBUS LIBRIS fecimus, etiam in istis observavimus, ne ea, quæ reliquis ejus sententiis & nostræ Fidei contraria videbantur, interpretaver. Sed velut inserta ea ab aliis, & adulterata præterirem. De creaturis vero rationalibus si quid novi duxisse visus est, quia non in hoc est summa Fidei, scientiæ gratis & exercitii, cum forte nobis adversum nonnulla hæreses tali ordine necessario ref-*

RUFINUS .
LIB. V. CAP. II.

respondendum est; neque in his libellis, neque in superioribus dicta, repetere etiam in his posterioribus voluit; & brevitatis gratia, aliqua ex his rescicare commodum duxi. Postremo æmulos suos carpens, rem ita concludit: si quis tamen proficiendi & non obtrectandi studio hæc leget, rectius faciet, si exponi sibi hæc a peritioribus velit; absurdum namque est poetarum ficta carmina & Comædiarum ridiculas fabulas a Grammaticis exponi, & ea quæ de Deo, vel cælestibus virtutibus, ac de omni universitate dicuntur, in quibus omnis vel paganorum philosophorum, vel hereticorum pravus error arguitur, sine magistro & explanatione aliquem posse discere. Et ita fit, ut res difficiles & obscuras malint homines per severitatem & inscitiam condemnare, quam per diligentiam & studium discere. Huc usque Rufinus. Hæc Periarchon interpretatio existat in latinis Origenianorum operum editionibus, lib. v. cap. 21. §. I. memoratis. In Appendice vero tomi VIII. operum S. Augustini editionis novæ libri II. de Incarnatione Verbi ad Januarium ex Rufiniano Origenis Opere collecti sunt. Jo: Mabillonius in Analectis to. II. pag. 665. testatur in veterrimo codice Corbejensi haberi libros Periarchon (utique ex versione Rufini) quibus præfigitur Origenis epitaphium Mabillonio pag. 660. recitatum, & ab aliquo Origenis studioso confectum. quod nuper pro inedito exhibuit Edmundus Martene in itinere literario to. II. pag. 185. Id tale est.

*Ille ego Origenes doctor verissimus olim,
Quem primum Fidei gratia clara dedit.
Si mihi credere vis, libros tot millia scripsi,
Quot legio missos mittit in arma viros.
Nulla meos unquam tetigit blasphemiam sensus,
Sed probus atque vigil, tutus ab hoste fui.
Sola mihi casum Periarchon dicta dederunt:
His me conjectum undique tela premunt.*

Hoc ipsum sæde corruptum antea protulerat Guido Carmelita in summa de Hæresibus cap. XL. ubi illud Isidoro tribuit. Alius versus quosdam e codice Ambrosiano vulgavit, olim scriptos in Bibliotheca S. Isidori Hispanensis, ut titulus præfert, sed ignoravit, in iisdem versibus jam dictum Origenis epitaphium, alicubi varium, reperiri.

CAPUT III.

1. *Novi rumores in Rufinum ab amicis Hieronymi ob reliqui operis Origeniani translationem excitantur. II. Rufinus matre amissa, ad Hieronymum scribit, cumque Siricii pontificis literis formatis, ex Urbe in patriam Concordiam revertitur. III. Novalia quam solius itineris causa, Mediolano pertransit. IV. Ad illum in patria morantem Hieronymus literas scribit, quæ ei non redduntur. Pauliniani, Eusebii, & alterius Rufini iter ex Palaestina Romam quoto anno contigerit. V. Hieronymus alias literas ad Pammachium scribit contra præfationem Rufini in libros Periarchon. Inde smultas inter utrumque augetur. VI. Rufinus Syrus utraq; Hieronymi literas, Pammachio Rufinoque reddendas, Romam detulit. VII. Harum priores summam recensentur.*

I. **N**ondum rumor ob priores duos libros Periarchon, a *Rufino* translato, bene conquieverat, quum subinde reliqui duo latinitate donati, ignes sopitos denuo excitarent; vix enim interpretationis suæ schedas inemendatas, nec publici juris factas, e manibus labi sivit *Rufinus*, quum Pammachius & Oceanus, viri apud Romanos clari nominis, sed Hieronymi, Augustini, & Paulini Nolani amicitia longe clariores, easdem schedas furtim sibi porrectas, & pravis sententiis clam alicubi incrustatas, ut contendit quidem *Rufinus*, ad Sanctum Hieronymum in Palaëstinam continuo transmiserunt hoc eodem A. D. 398. quo *Rufinus* post Pascha translationem absolverat. Pammachius & Oceanus *Rufini* nomen reticuerunt in epistola de hac re ad Hieronymum scripta, seu quod in exemplari deesset, seu potius, quod Hieronymum, absque alia explicatione, interpretis nomen facile adsequutum existimarent. Sane Hieronymus in responso ad literas, ad se per *Rufinum* eodem tempore scriptas, *ex stilo*, ait, se statim præfationis auctorem novisse. Ergo ejus nomen a scripto aberat. Porro summum virum, zelo alias catholicæ fidei ultro inflammatum, Romani proceres in *Rufinum* bono quidem animo, ut credere malim, concitare studuerunt, quædam minus catholice in ejus translatione exposita, quæque impietatem Origenis monstrare poterant, ab interprete subtracta, causantes. Ideo se, Romanosque omnes novam Periarchon versionem ab Hieronymo flagrantissime cupere, ut interpolata proderet, & male explicata convinceret: utque Hieronymum eo magis accenderent, illius ingenium & Fidem in præfatione Operis sicte laudari addiderunt, quasi ejus nominis fama Rufinus propriam hæresim tegere voluisset putaretur. Sed præstat, verba ipsa brevis alioquin Pammachianæ epistolæ, quæ nunc est XL. alias LXXV. in medium proferre: *Sanctus aliquis ex fratribus schedulas ad nos CUJUSDAM detulit, quæ Origenis volumen, quod*

RUFINUS .
LIV. V. CAP. XL.

Periarebon inscribitur, in latinum sermonem versum tenerent. Et quoniam in his multa sunt, quæ tennitatem nostri ingenii permovent, quæque minus catholice dicta æstimamus, suspicamur etiam, ad excusationem auctoris, multa de libris ejus esse subtracta, quæ apertam impietatem ejusdem monstrare potuissent, quæsumus præstantiam tuam, ut & hoc specialiter non tum nobis, quam universis, qui in Urbe habitant, profuturam opus digneris impendere, ut supradictum librum Origenis, quemadmodum ab ipso auctore editus est, ad fidem, tuo sermone manifestes: & quæ a defensore ejus interpolata sunt, prodas, ut quæ etiam in his scbedulis, quas ad sanctitatem tuam direximus, vel contra catholicam regulam, vel imperite edita sunt, redarguas atque convincas. Sane subtiliter in præfatione operis sui, mentionem, tacito nomine, tuæ sanctitatis expressit, quod, a te promissum opus, ipse compleverit; illud oblique agens, etiam te simili ratione sentire. Purga ergo suspiciones hominum, ne, si dissimulareris, consentire videaris. Hæc ad Hieronymum Pammachius & Oceanus, dum inter eum Rufinumque præteritæ similitatis ob causam Origenianam cicatrices vix coalescerant.

II. Rufinus hoc eodem tempore in patriam profecturus, literas ex Urbe ad Hieronymum scripsit, quibus & se diutius quam animo destinaverat, Romæ mansisse, & Concordiæ civitate matrem suam vitam sanctam, significavit, *spiritualium tamen parentum* (Chromatii & Eusebii) desiderio ad patriam revocatum, quem alioqui matris amissæ luctu illuc accedere prohiberetur, ne scilicet maternæ domus adspectu dolorem propius augeret, quem procul a patria, animo difficulter premere poterat. De Hieronymo etiam oblique conquestus est, quasi, eo non infcio, mortuus Romanorum subisset. Hæc *Rufini* epistola intercidit. Adhuc tamen Hieronymi ad Pammachium & Oceanum, ipsumque Rufinum responsa supersunt, nosque infra quæ in iis continentur, singulatim recensere conabimur, inde historiam Rufinianam illustraturi. Rufinus hæc interim annum & eo amplius Romæ & Pineti moratus, ad Venetiam nostram properaturus, vasa colligit, literasque formatas, publicas fidei tesseras, nonnisi Catholicis, in alienam parociam abeuntibus, per episcopos dari solitas, ab Siricio Pontifice de more impetrat. Eas postmodum a Rufino prolatas colligimus ex Hieronymo in lib. III. Apol. ubi ait pag. 459. *Siricii in Domino dormientis proferi epistolam.* Et infra pag. 462. *tale quid & contra Papam Anastasium disputas, ut, quia Siricii episcopi habes epistolam, iste contra te scribere non poterit.* Apertius hoc ipsum pandit in epist. XCVI. alias XVI. ad Principiam; quod est epitaphium Marcellæ: *petunt* (Rufinum innuit) *& impetrant Ecclesiasticas epistolas, ut communicantes discessisse videantur. Nec mæltum tempus in medio, succedit in Pontificatu vir insignis Anastasius.* Siricium Sanctissimum virum inique culpari, quasi homini hæretico literas communicatorias impartiri non dubitaverit, suo loco apparebit. Rufinus ergo Roma discessit

A. D.

A. D. 398. ante diem xxvi. Novembris, quo Siricius diem obiit, ex Daniele Papebrochio in Propylæo par. I. pag. 59. & ex Pagio ad eundem annum §. 11. aliqui non *Siricii*, sed *Anastasi* literas communicatorias protulisset. Baronius eodem A. D. 398. §. 1. ubi Siricium ait demortuum die xxii. Februarii translationem aliquam hoc die & mense quidem, sed anno insequenti 399. peractam pro die emortuali accepit. V. Bolland. Febr. to. 11. l. p. 282. Spacium verbis illis Hieronymianis denotatum, *neq. multum tempus in medio menses* aliquot fortasse complectitur ante demortuum Siricium, eique suffectum Anastasium. Hic enim mox die v. Decembris, quæ in diem Dominicam incidit, ordinatus est, ex Pagio A. D. 398. §. v. & A. D. 402. §. xvi. Itaque *Rufinus per molliissimum Flaminia iter*, ut ait Hieronymus initio libri 11. Apologiæ, Mediolanum primo contendit, ubi Simplicianus Ambrosio, die v. Aprilis elapsi anni 397. terræ mandato, in cathedra Mediolanensi successerat, ut Auctor est Mabillonius in Museo Italico to. I. par. 11. pag. 115. Rufinus lib. I. suæ Apologiæ, ab Eusebio Cremonensi interpretationem suam libri Periarchon falsatam contendens, impiam sententiam in suas schedas intrusam, sibi per eundem Eusebium Mediolani recitatam conqueritur: *quum, inquit, hujusmodi sententiam apud Mediolanum (Eusebius) recitaret, & a me quæ exigebat, falsa esse dicerentur, interrogatus a quo accepisset exemplaria, respondit, matronam quandam sibi dedisse.* Eusebius, qui in præterito dissidio inter Hieronymum Epiphano faventem, & Rufinum Johannis Hierosolymitani studiosum, palam, ut dictum est, Hieronymo adhæserat, postea Romam, priusquam Rufinus hinc discederet, ex Oriente pervenerat. Ejus iter adventumque accurate designant hæc verba Hieronymi in libro 111. Apologiæ pag. 462. *Paulinianus & Eusebius POST ANNUM vestra navigationis profecti sunt.* Rufinum initio veris A. D. 397. Nolam adplocuisse probavimus. Quare Eusebius, qui verno tempore, navigationi congruo A. D. 398. in Italiam transmisisse videtur, ineunte æstate ejusdem anni 398. Romæ jam aderat, ubi Rufinum suæ communionis & consortii participem habuit, priusquam uterque, hic Concordiam, ille Cremonam iturus, Mediolanum proficereetur. Hoc ipsum Rufinus testatur in lib. I. suæ Apologiæ. *Si hoc, inquit, in meis literis (Eusebius) invenisset, & vere scrupulum aliquem ex ipsi lectione cepisset, quum me, sicut ipse nosti, Romæ positum, haberet præsentem, continuo utique perquisivisset, & ipsa ad me scripta detulisset, quippe qui usque ad ipsum tempus etiam VIDERE ME, & SALUTARE, & in oratione COMMUNICARE solitus erat.* De Eusebio Cremonensi Rufinum hic loqui, nos dubitare non sinunt hæc verba Hieronymi contra Rufinum in lib. 11. Apologiæ: *vociferare & clamita per plateas; non est meus liber; & si meus est, schedulas inemendatas Eusebius furto abstulit.* Matronam, quæ Rufini schedas tradidit Eusebio, a quo postea Pammachius & Oceanus eas ad Hieronymum transmittendas, acceperunt, fuisse Marcellam, aperte colligitur ex ejus epitaphio, ut di-

RUFINUS . cam inferius . Hieronymus commentarios suos in Jeremiam & Mat-
 thæum eidem Eusebio nuncupavit .

III. Norisius Cardinalis ubique *Rufinum* exagitans, Mediolanum hæreses suas disseminandi causa petiisse scribit in Historia Pelagiana lib.I. cap. II. ut *Venerium* ejusdem Urbis Antistitem in suas partes traheret . Inde postmodum Aquilejam se contulisse, ut *Origenianis delirii patrum etiam solum locupletaret*, & *Chromatio*, alteri Italiae metropolitæ, *novorum dogmatum virus instillaret*, ac pro *Catholica Fidei rudimentis*, quæ ante triginta annos ab eodem, tunc presbytero edoctus fuerat, ingratis profecto vices rependens, impiissimis erroribus sanctissimum juxta ac doctissimum senem imbueret . Neque vir summus tam atrocia in *Rufinum* sine ullo teste dixisse contentus, hæc statim subjungit : *quis autem heic hominis conatus non execretur, qui uno fere tempore tres primarias Italiae Ecclesias, Romanam, dein Mediolanensem, postremo Aquilejensem Origenianæ Sectæ adjicere petulantissime pertentavit* ? Sed vir disertissimus falsam opinionem induisse mihi videtur . Nolim tamen, ut, dum opinionem non probo, ipsi mihi olim benevolo insultare videar . Hoc enim piacularè . *Venerius* in cathedra Mediolanensi non sedit ante A. D. 400. quo *Simplicianum* locum implevit . Hic autem *Ambrosio* successerat, ut dixi, & constat ex *Bollandiani* operis continuatoribus in Exegeti præfixa to. VII. Maji . *Simplicianum* vero, *Gaudentium Brixiensem*, & *Chromatium Aquilejensem*, sanctissimos æque ac doctissimos viros, quos ea tempestate *Rufinus* utique invisit, *Origenianis* erroribus faciles aures accommodare potuisse, absque tantorum præfulum injuria dici nequit, præcipue quum nemo ex illis unquam *Rufini* consuetudinem fugerit, sed ipse in singulorum perpetua communione vixerit . *Beatum Gaudentium*, *Sancti Philastrii* discipulum & in cathedra successorem, *Rufinus* pridem in Oriente noverat, ejusdemque postea rogatu factum videbimus, ut *Clementis* *Recognitiones* ex Græco in Latinum sermonem transfulerit . Istud iter per *Insulas* *Rufino* in patriam suam reversuro, fuit proprium & naturale, ut sic loquar, non indirectum, minus proprium, & ob secretas causas, homini ex Urbe Roma in Venetiam inferiorem ituro, susceptum . Tunc enim, *Ferraria* & *Venetis* nondum conditis, triplici via *Aquilejam* perveniri poterat .

Prima litorali, *Arimino* *Ravennam* ibatur, unde *septem maria Altinum usque* navigabantur, ut ait *Antoninus* in *Itinerario* . *Altino* postea iter erat *Concordiam*, *Aquilejam* . Illo ævo supra *Bononiam Palus* intercedebat, quæ a *Vibio Sequestro Padusa Gallia*, a *Pado dicta*, appellatur .

Secunda via mediterranea, *Arimino Casenam* ducebat . Inde *Faventiam*, *Forum Cornelii*, *Bononiam*, *Mutinam*, *Regium*, *Parmam*, *Fidentiam*, *Placentiam*, *Laudem*, *Mediolanum*, *Bergomum*, *Brixiam*, *Veronam*, *Vicetiam*, *Patavium*, *Altinum* protendebatur .

Tertia, item mediterranea, *Arimino Bononiam*, *Mutinam*, *Vicum*
 Ser-

Serninum & Varianum, Montem Anianum, Ateste, Patavium, Altinum sternebatur. Hæc ex probatissimis Tabulis itinerariis Antonini & Peutingeri. Rufinus ex his tribus communibus Viis *secundam*, ut sibi commodiorem, delegit.

RUFINUS.
LIB. V. CAP. III.

IV. A. D. 399. ad Rufinum in patria morantem scripta fuit, non tamen reddita, Hieronymi epistola XLII. alias LXXI. in qua vir Sanctus illi respondet epistolæ, quam Rufinus Roma discessurus anno elapso ad eum scripserat. Ait, statim ex elegantia latini sermonis, quo noster epistolam scripserat, sibi quod Rufinus significaverat, patuisse, illum nempe *diu Romæ versatum*, quum linguæ latinæ, cujus in diuturna peregrinatione oblitus quodammodo fuerat, assuevisset: quod scilicet non nisi longo tempore fieri poterat: *diu*, inquit, *te Romæ moratum, sermo proprius indicavit*. Se non ambigere, ait, quia amor *spiritualium parentum* ad patriam revocaverit, quem matris defunctæ luctus ab ejusmodi itinere averterat, ne magis coram doleret quod absens vix ferre poterat. Conscientiæ deinde suæ testem Dominum quum appellasset, *post reconciliatas amicitias nullum intercessisse rancorem, quo quempiam laderet*, hæc statim subjungit: *vera amicitia quod sentit, dissimulare non debet. Præfatiuncula librorum Periarcbon ad me missa est (nempe a Pammachio & Oceano) quam ex stilo intellexi tuam esse (nomen enim Rufini aberat) in qua oblique, imo aperte ego peto. Qua mente sit scripta, tu videris: qua intelligatur, & stultis patet. Poteram & ego, qui sapissime figuratas sententias declamavi, aliquid de te, veteri artificio repetere, & tuo te more laudare. Sed absit a me, ut quod reprebendo in te, imiter. Quin potius ita sententiam temperavi, ut & objectum crimen effugerem, & amicum, quantum in me est, nec lasus laderem. Sed obsecro te, ut si deinceps aliquem sequi volueris, tuo tantum judicio sis contentus. Aut enim bona sunt quæ appetimus, aut mala. Si bona, non indigent alterius auxilio: si mala, peccantium multitudo non parit errori patrocinium. Hac apud te amice potius exposulare volui, quam laceffitius publice deservire, ut animadvertas, me reconciliatas amicitias pure colere, & non juxta Plautinam sententiam, altera manu lapidem tenere, panem offerre altera.* Hæc ad Rufinum Hieronymus subiratus ob suspiciones a Pammachio & Oceano sibi injectas, quasi falsis & subdolis Rufini laudibus in hæreticorum patrocinium traheretur; quamquam Rufinianæ translationis errores omnino silet. Sub finem epistolæ ait, fratrem suum Paulinianum, qui anno elapso 398. cum Eusebio Cremonensi, ad patriam Stridonem iturus, in Italiam trajecerat, nondum illo anno 399. quo hæc scribebat, ad se reversum; se putare tamen ab Rufino visum Aquilejæ apud Chromatium metropolitam. Addit insuper, se quendam alium presbyterum Rufinum per Romam Mediolanum misisse, atque orasse, ut ipsum Rufinum nostrum, ad quem scribit, suo animo & obsequio videret. Quisnam fuerit iste Rufinus, & quanto veritatis dispendio celeberrimi scriptores illum cum nostro conflexerint, postmodum disceremus; heic tantum

RUFINUS.
LIB. V. CAP. III.

tantum dixisse contenti, ejus iter adventumque Romam evenisse hoc eodem anno 399. *biennium* scilicet postquam nos ter inde discesserat. Id probant hæc verba Hieronymi lib. III. Apol. pag. 462. *Paulinianus & Eusebius* POST ANNUM *vestræ navigationis profecti sunt*. *Rufinus in causa Claudii* POST BIENNIUM *missus*. Nos fugit hæc *caussa Claudii*, ob quam Rufinus alter ex Syria Mediolanum properavit, ubi aula Cæsarea tunc aderat. Gravissima tamen fuerit, quum Hieronymus *pro periculo capitis alieni* illud iter contigisse testetur. His in argumento sinceræ cum nostro Rufino amicitia memoratis, epistolæ hunc finem imponit: *ceterisque amicis eadem significavimus* (nempe ut Rufinum ejus nomine saluarent) *ne mordentes invicem, consumamur ad invicem*. *Jam tua moderationis est & tuorum, nullam occasionem impatientibus dare, ne non omnes similes mei invenias, qui possint figuratis laudibus delectari*.

V. Hieronymus una cum hocce responso ad *Rufinum*, aliud quoque ad Pammachium & Oceanum responsum misit, ubi Rufini præfatiunculam fusius refutavit, se ab Origeniano dogmate alienum ostendens; novæque librorum Periarchon ab se adornatam versionem, adjunxit. In hac tamen epistola vir sanctus Rufini interpretis nomini ubique pepercit, in quo mitissimi erga Rufinum animi specimen dedit, quod Romani nequaquam voluissent. Hinc factum, ut quæ, ex eorundem votis, Hieronymi epistolæ deerant, ipsi vivæ vocis veluti commentario in vulgus sparserint, nomen Rufini palam eo magis exosum reddituri, quo Hieronymi auctoritas illum gravius premere videbatur. Vide librum III. Apologiæ Hieronymianæ pag. 467. Immo quia epistola Hieronymi ad Rufinum, de qua supra mentionem fecimus, paullo mitior videri poterat, ipsi nequaquam reddita est, ut hoc pacto altera ad Pammachium per urbem volitans, Rufinum vehementius læderet. Itaque Rufinus de eadem epistola, ad se quidem scripta, non tamen reddita, post simulatam jam eruptam, sero tandem ab suis amicis Romanis edoctus, putavit, eandem ab Hieronymo tunc recens, non olim, quamquam tamen sub falsa nota temporis, jamdudum elapsi, fuisse conscriptam; idque non fortuito, sed dedita opera factum censuit, ut ipse nimirum gravius incusaretur, quasi molestiæ Hieronymi, pari modestia respondere nolisset. Verum Hieronymus crimen non reddita epistolæ in amicos Romanos his verbis refundit in libro I. Apologiæ pag. 363. *Ego ille moderatus in epistola publica* (ad Pammachium) *qui diligenter cavi, ne quid in te dictum putares, scripsi ad te STATIM brevem epistolam, exposulans super laudibus tuis: quam quia Roma non eras, amici mei tibi mittere NOLUERUNT eo quod te dicerent cum Sodalibus tuis indigna nomine Christiano de mea conversatione jactitare: cujus exemplum, huic volumini subdidi, ut scias quantum dolorem quanta moderatione necessitudinis temperavi*. Rursus lib. III. Apol. pag. 468. *novum eras, novum quoque me putas fluxisse mendacium, ut epistolam ad te meo nomine componerem, quasi olim scriptam, quo bonus esse videar & modestus: quam tu nunquam omnino susceperis*. *Hæc res per facile præ-*
bari

bari potest. Multi Romæ ejus exemplaria habent ante hoc circiter TRIEN- RUFINUS.
Lib. V. Cap. III.
NIUM, qui tibi eam mittere noluerunt, scientes qua de meo nomine ja-
titaves, & quam indigna homine Christiano ac nefanda confingeres. Ego
scripsi nesciens quasi ad amicum. Illi non reddiderunt ei, quem inimicum
noverant, parcentes & meo errori & tuæ conscientia. Et sanè argu-
mentaris, quod sitalem tibi epistolam scripseram, non deberam curva
te in alio libello (nempe in epistola ad Pammachium & Oceanum) mul-
ta mala scribere. Hic est totus error tuus, & hac justa querimonia,
quod qua nos in hæreticos dicimus, tu in te dicta confugis; & nisi illis
pepercimus te putas esse violatum; non enim Rufinus in jam dicta epistola
ad Pammachium & Oceanum, nominatim appellabatur.

VI. Quum Hieronymus illo ipso tempore, quo ad Pammachium & Rufinum literas misit, Rufinum alterum in causa Claudii Mediolanum miserit, qui Rufinum nostrum ejus verbis salutare debuerat, ominari licet, illum eundem Rufinum utramque epistolam superius memoratam ad Pammachium tulisse: a quo postmodum prima, Rufinum sugillans, in vulgus sparsa; altera Aquilejam ad Rufinum neutiquam missa. Pammachium certe his verbis innuit Hieronymus, Rufinum alloquens: *tibi eam mittere NOLUERUNT, Aquilejam scilicet, sive Concordiam.* Rufinum illum alium, Hieronymi necessarium, a nostro diversum, tunc Romæ apud Pammachium, Hieronymi pariter necessarium, nostrique hostem, mansisse, luculenter nos docent Acta Concilii Carthaginienfis apud Sanctum Augustinum in libro II. de Peccato originali cap. III. ubi hæc referantur: *Cælestius: dixit Sanctus presbyter Rufinus Romæ, qui mansit cum Sancto Pammachio: Ego audivi illum dicentem, quia tradux peccati non sit.* Hoc post Siricii obitum Rufinique nostratis discessum in patriam, sub Papa Anastasio evenisse, testatur initio sui Commemoratorii Marius Mercator: *hanc, inquit, ineptam & non minus inimicam re-
futa fidei questionem (quia tradux peccati non sit) sub sanctæ recorda-
tionis Anastasio Romanæ Ecclesiæ summo Pontifice Rufinus quondam, na-
tione Syrus, Romam primus invexit.* Ergo hic Rufinus, natione Syrus, ex Syria pridem Romam & Mediolanum missus, Pammachio hospiti suo responsum Hieronymi contra Tyrannium Rufinum nostrum natione Italum cum nova translatione librorum Periarcon reddidit, epistolamque ad eundem Rufinum Aquilejam transmittendam: cui tamen a Pammachio nequaquam reddita est. Huetius lib. II. cap. IV. sect. I. §. XI. ait, ideo non fuisse transmissam, quia *per ceterarum moras serius Romam delata fuit.* Non reddita epistolæ veram causam accipe. Ob diremtam inter utrumque gratiam, post novam ab Hieronymo paratam librorum Periarcon interpretationem, ejus amici epistolam suppresserunt.

VII. Sed præcipua capita Hieronymianæ epistolæ ad Pammachium recensemus. Hieronymus diluere satagit Rufinianam præfationem librorum Periarcon, in qua ipse, ut ornatus & magnificus Origeniano-
rum operum interpret & præco, ad sidera extollitur; Hanc laudem Ale-
xandriæ

RUFINUS .
LIB. V. CAP. III.

xandriæ & Romæ a *Rufino* alias *sparfam*, contumeliæ loco se habere fatetur: *Schedula* (sic orditur Hieronymus ,) *quas misit honorifica me affecerunt contumelia, sic ingenium predicantes, ut fidei tollerent veritatem.* Ait se Origenem duobus in locis laudasse, in præfatiunculis Homiliarum in Cantica, & libri de Nominibus Ebraicis; nusquam tamen de Origenis *dogmate* se ibi loquutum: *laudavi*, inquit, *interpretem, non dogmatistam, ingenium, non silem; philosophum, non Apostolum.* Quod si volunt super Origene meum scire iudicium, legant in *Ecclesiasten Commentarium; replicent in epistolam ad Ephesios tria volumina, & intelligunt, me semper ejus dogmatibus contraisse.* His consona etiam infra repetit, & in epist. XXXIX. alias LXII. ad Theophilum. Hæc tamen excusationes non multum arrident doctissimo Abrincensi Episcopo, *Rufini* alias haudquaquam studioso, in Origenianis lib. II. cap. IV. Sect. I. §. XVII. quum enim Commentarios in Ecclesiasten & in Epistolam ad Ephesios magniloquus Doctor, Adamantii scitis inferferit, eadem vix semel refellit; immo ne Origenem quidem auctorem laudat: quæ si tunc pro falsis habuisset, utique censura notasset: *nam quod dicunt* (inquit Hieronymus in prologo libri II. Commentariorum in Micheam) *Origenis me volumina compilasse, & contaminari non decere veterum scripta* (quod illi maledictum vehemens esse existimant) *eandem laudem maximam duco, quum illum imitari volo, quem cunctis prudentibus & vobis placere non dubito.* In præfatione ad librum de Nominibus Ebraicis, neminem ait, nisi imperitum negare, Origenem post Apostolos Ecclesiarum esse magistrum. Hieronymus deinde in epistola totus in eo est, ut, contra *Rufinum*, ostendat, se temere non laudasse Origenem, magnorum virorum exempla sequutum, a quibus auctores, quanquam alias erroribus scatescentes, propter ingenium laudari tamen potuerunt: *Sic*, inquit, *beatus Cyprianus Tertulliano magistro utitur, ut ejus scripta probant: quumque eruditi & ardentis viri deleclerent ingenio, Montanum cum eo, Maximillamque non sequitur. Fortissimos libros contra Porphyrium scribit Apollinaris; Ecclesiasticam pulchre Eusebius Historiam texuit, dum tamen alter in mysterio Incarnationis erravit, Verbum, non animam, sed solam carnem, adsumsisse somnians, alter impietatis Arii propugnator existiterit.* Postea subjungit: *dum essem juvenis miro discendi ferebar ardore, nec juxta quorundam præsumptionem ipse me docui.* Hic manifesto *Rufinum* carpit, quem sine magistro se literas Græcas didicisse gloriatur, Hieronymus etiam alibi tradit. Itaque ait, se Apollinarium Laodicensem, Didymum, & etiam Baraninam Judæum audivisse: omnia ab se Origenis scripta esse perlecta, itaut ejus tamen errores diligenter caverit. Queritur, suas literas olim ad Didymum, quasi ad magistrum scriptas, a quodam (*Rufino*) prolatas fuisse, quanquam nihil præter honorem & salutationem continerent. Postremo illud urget, se nunquam fuisse Origenistam, sique fuit, se jam esse desinere. Hinc reliquos (*Rufinum*) ad se imitandum hortatur; &, impense laudato

laudato Adamantio, illiusque erroribus explosis, ea omnia despicit, quæ de adulteratione librorum ejus *Rufinus* scripto tradiderat; Apologiamque sub nomine *Pamphili martyris* ab Rufino vulgatam, non Pamphili, sed Didymi, vel alterius factum esse contendit. Hieronymus hanc epistolam scribens, ait: *centum quinquaginta anni prope sunt, ex quo Origenes mortuus est Tyri*. Illum A. D. 253. fato sanctum ostendit Tillemontius to. III. Artic. xxv. pag. 548. & 753. Annis 253. ex sententia Hieronymi adde alios 150. & habebis annos epochæ Christianæ 403. secundum quidem Hieronymum, qui Eusebii ab se latinitate donati calculos sequitur. Hæc epocha quum Dionysianam nostram *biennium* antevertat, ut alibi notavi, deme illud *biennium*, & supererit annus 401. Quare particula *prope* in hoc centum & quinquaginta annorum spacio, secum aliud biennium aufert, unde habemus annum vulgarem 399. quo suam epistolam scripsit Hieronymus. Eandem epocham sic paulo infra confirmat: *cur post quadringentos annos docere nos niteris, quod ante nescivimus? Cur profers in medium, quod Petrus & Paullus edere noluerunt?* His verbis innuit ab initio æræ Christianæ tunc annos 400. jam elapsos, & 401. in cursu fuisse. Deme *duos*, quibus epocha Eusebiana nostram vulgarem superat, & habebis annum Dionysianum 399.

RUFINUS.
LIB. V. CAP. IV.

CAPUT IV.

- I. *Apronianus ad Rufinum mittit exemplar Hieronymianæ epistola in vulgus sparsa. Varia de Aproniano & ejus gente proferuntur.*
- II. *Rufini Apologia contra Hieronymi epistolam.*
- III. *Ejusdem Apologia libri I. synopsis, objectiones dogmaticas continens.*
- IV. *Rufinus se omnino catholicum, & ab hæresibus Origeni impactis, vacuum sese demonstrat.*
- V. *Apologiae liber II. enucleatur.*
- VI. *Varia in Hieronymum a Rufino congesta.*
- VII. *Hujus brevior Apologia ad Anastasium.*

I. **P**ammachius, Oceanus, ceterique Rufini æmuli Hieronymianæ epistolæ exemplaria, in illius dedecus, continuo per manus hominum spargenda curarunt, Romanis, ut sit, in contraria studia interrim scissis, quippe aliis Hieronymo, aliis Rufino faventibus. Pro Rufino præcipuus cum *Macario* eminuit *Apronianus*. Hic epistolæ apologiarum Aquilejam ad amicum transmisit, quo ex patria sua *Concordia* apud *Cibernetium* secesserat. Erat *Apronianus* ex gente *Turcia Asteria Aproniana*, Romæ post sæculorum memoriam nobilissima, quam trabes Quirinales, Urbanæ præfecturæ, militaresque & palatinæ dignitates numerosa annorum serie decoraverant. Sed splendidissima martyrum purpura longe illustriorem reddiderat; nam *Rufina* & *Secunda* sorores, ex hac eadem familia, pro Christiana religione mortem oppetierunt A. D. 257. die x. Julii. Hunc *Apronianum Rufinus* ex cultu ido-

G g lorum

RUFINUS .
LIB. V. CAP. IV.

lorum ad Christi fidem traduxerat, quem ideo in singulis prologis operum, quæ eidem inscripsit, *filium suum* vocat, qua phrasi, eodem sensu a Sancto Paulino mox usurpanda, Rufinus ostendit, se Fidei Christianam eum peperisse, quanquam subinde etiam *Melania* senior catechesi Apronianum instruxerit, teste Palladio in Historia Lausiaca cap. cxix. ubi ait de nobilissima femina Romam reversa: *ibi quidem quum esset, beatissimum viram maximam astimationis clarissimum Apronianum, qui erat Gentilis, catechesi instituit, persuasitque, ut contineret etiam cum sua uxore, ejus autem sororis filia, Avita nomine.* Hinc patet, *Avitam* ex *Melaniae* sorore, cujus nomen nos fugit, ortam fuisse. Idem Palladius cap. cxxxiv. *Aproniani* filiam, *Eunomiam* memorat: *vidi etiam beatam Avitam cum ejus marito Aproniano, & eorum filia Eunomia.* Sed piis conjugibus fuit etiam filius *Turcius Asterius*, qui una cum patre baptismi gratiam suscepit, teste Paulino in Natali xlii. ver. 260. ubi de *Pintiano*, quem ipse *Paulinus* Christo genuerat, deque *Asterio* sic canit.

*Eminet hic proprio mihi filius in grege primus,
Ast aliud mihi par lumen in Asterio est,
Quem simul unanimes vera pietate parentes
Infantem Christo constituere sacrum.
Ut tamquam Samuel primis signatus ab annis
Cresceret, in Sanctis votus, alente Deo.
Prima puer, Christi sub nomine, murmura solvit,
Et Domini nomen prima loquela fuit.
Jamque parente Deo regnis caelestibus ortus,
Sidereo pariter nomine & ore micat.
Hunc puerum & fratrem fecit pia gratia patri,
Nam pariter sancto flumine sunt geniti:
Quos natura gradu diviserat, vos Deus almo
Munere germanos in sua regna vehit.*

Aproniani rogatu multa Græcorum scripta Rufinus latinitate donavit; Homilias Origenis in Psalmos xxxvi. xxxvii. xxxviii. Gregorii Nazianzeni Apologeticon, Homilias vii. Basilii Magni, ac Xysti sententias, hasque singulas lucubrationes brevi epistola, seu prologo, ut ipse ait, *Aproniano filio suo* nuncupavit. *Avitam* quoque Aproniani uxorem ab Rufino *filiam* dici videbimus, propterea quod utrunque conjugem Jesu Christo genuisset. Heic me ad alia properantem sistit claræ memoriæ Cardinalis Norisus penitioris antiquitatis scrutator diligentissimus, qui in Cenotaphiis Pisanis Dissertatione iv. cap. ii. §. i. dum gentem *Turciam Asteriam Apronianam* prisco suo splendori restituit, *Apronianum* nostrum cum aliis *Apronianis* junctim enumerans, pene indictum abire finit. Idem videtur ac *Turcius Secundus Asterius Apronianus*, A.D. 776. Sacerdos Collegii xv. Virorum sacris faciendis apud Onuphrium Pavinium in Commentariis ad librum ii. Fastorum pag. 302. qui *Norifio* natus

natus videtur ex altero *Aproniano*, qui præfuit Urbi, Juliano imperante ^{RUFINUS.}
 A. D. 363. nam tempora congruunt, titulusque *Viri clarissimi*, quo eum ^{LIB. V. CAP. IV.}
 Palladius ornavit. De eo sic cecinit Paulinus in Natali XIII. v. 157.

Apronianum Turcia gentis decus,
Ætate puerum, sensibus canis senem,
Veteri togarum nobilem profapia,
Sed clariorem Christiano nomine;
Qui mixta veteris & NOVI ORTVS gloria
Vetus est Senator Curia, Cbristo NOVVS.

Aproniani majorum Stemma præstat hoc loco explicare.

A. D. 311. *L. Turcius Secundus Apronianus*
Consul incerti anni.
 Ex Panvinio ad Fastos libro 111. pag. 296. Grutero
 pag. CCCCLXXVI. 7. & Norisio Dissert. 1v. ad Cenotaphia
 Pisana pag. 433.

A. D. 339. *L. Turcius Apronianus*
Præfectus Urbi.
 Ex iisdem & Indiculo Præfectorum Urbis apud Ægidium
 Bucherium in Commentario de Doctrina temporum
 pag. 240.

A. D. 363. *L. Turcius Apronianus Asterius.*
Corrector Tuscia & Umbria & Præfectus Urbi.
 Ex iisdem.

A. D. 376. *L. Turcius Secundus Asterius Apronianus*
Sacerdos collegii xv virum sacris faciundis.
 Ex Panvinio ad Fastos lib. 111. pag. 302. & ex Norisio
 pag. 435. A Rufino & Melania Seniore ad Christi fidem
 conversus A. D. 397.

A. D. 397. *Uxor Avita, sororis ejusdem Melaniæ filia.*
 Ex Palladio in Historia Lausiaca cap. cxix. & ex Paulino in
 Natali XIII. v. 230.

RUFINUS.
LIB. V. CAP. IV.

A. D. 398.

Ennomia.

Ex Historia Lausiaca cap.
cxxxiv. & ex Paulino
in Natali xlii.
v. 232.

I *Tuvcius Asterius Apronianus,*
Una cum patre baptismi gra-
tiam suscepit.
Ex Paulino in Natali xlii.
v. 270.

Hæc de Aproniano, Rufini necessario exposui, quia virum nobilitate, doctrina, & veritatis agnitæ gloria spectatissimum, scriptores pene silentio præterierant.

II. *Rufinus*, accepto exemplari epistolæ Hieronymianæ ad Pammachium, ratus, quæ contra se scribebantur, haudquaquam sibi negligenda, ad cudentum responsum continuo animum adplicuit. Hoc responsum intercidisse arbitratur *Huetius* in Origenianis lib. II. cap. IV. §. XVIII. & *Caveus* in Historia sua literaria: in quo errore versari videtur etiam *Dupinus* tom. II. Bibliothecæ, dum *Rufini* *Invectivas* perperam distas, quæ omnium manibus teruntur, contra *Apologiam*, non vero contra Hieronimi *epistolam*, scriptas censuit. Sed *Rufinus* *epistola* ipsi *Apologiam* opposuit, quæ sub falso nomine *Invectivarum* adhuc supersert. *Epistola* initio quum dixisset Hieronymus: *omitam personas; rebus tantum & criminibus respondebo; neque enim cause prodest maledicentibus remaledicere, & adversarios talione mordere*, hoc idem subsequens verbis *Rufinus* carpit sub ipso limite suæ *Apologiæ*: *quia ergo initio hujus Invectivæ suæ* (sic vocat Hieronimi epistolam) *promittit se omissurum personas, & rebus tantum & criminibus responsurum; utrunque autem falsum est; nam cui respondeat crimini, quod nullus obtendit? quomodo autem omissit personas, quum interpretem librorum toto Invectivæ suæ textu indefinenter inculset & laceret?* Hæc *Rufinus*, qui etiam in libro II. ait, se Hieronymi *Epistolæ* respondere: *apud nonnullos, inquit, fratrum, etiam hanc nobis inurere conatus est maculam, & nunc iterare per LITERAS.* Hæc *literæ* sunt epistola ad Pammachium. Multa alia consulo prætereo, quando ex his abunde constat, *Rufini* responsum ad Hieronymianam *Epistolam*, nequaquam intercidisse, ut viris doctis creditum est. In duos libros *Apologiam* suam dispescuit *Rufinus*, quam postea *Librarii Invectivarum* odioso nomine inscripserunt; nam in lib. I. ipsemet diserte *Apologiam* vocat: *conveniens puto, inquit, huic Apologia nostræ inserere, &c.* Et non multo ante finem ejusdem lib. I. *concludam Apologia nostræ primum volumen.* Quid? Quod ipsemet Hieronymus in lib. II. suæ *Apologia* pag. 453. idem affirmat: *de carnis resurrectione quid sentias, jam in Apologia tua didicimus.* Quemadmodum vero *Librarii Invectivarum* nomen *Rufinianæ Apologiæ* indiderunt, ita non solum

solum Rufinus Hieronymi Epistolam contra se scriptam *Invektivas & Invektionem* vocat; sed Hieronymus ipse in lib. III. Rufini *Invektivas* appellat. Noster sic initio Apronianum alloquitur: *perlegi scripta tua, Aproniane, fili carissime, quæ ab amico & fratre bono (Hieronymo) de Oriente ad virum nobilissimum Pamvacium missa, transmisisti ad me. Recordatus sum sermonis prophetici, qui ait: filii hominum dentes eorum arma & sagitta & lingua eorum machæra acuta. Verum ad hæc vulnera, quæ infliguntur ex lingua, inter homines medicus pene nullus est: & ideo converti me ad Jesum, cælestem medicum, qui mihi antidotum potentissimum dedit de Evangelii sui pyxide prolatam, quæ vim doloris spe futuri apud se justis examinis, solaretur. Potio ergo ipsa, quam temperavit Jesus, hæc erant verba: beati, inquit, estis quum vos persequanti fuerint & dixerint adversum vos omne malum, mentientes. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in cælis. Sic enim persequentium sunt & prophetas, qui erant ante vos. Hoc se medicamento contentum, de reliquo ait silere decrevisse, sed respondendi ex parte sibi justam necessitatem imponi, propterea quod nisi hæreseos crimen sibi ab Hieronymo impactum repelleret, apud multos fama sua in magno discrimine versari diceretur; quare, inquit, compellor contra votum meum & propositum respondere, ne forte reticendo, videar crimen agnoscere, quamvis Christiano cetera crimina silendo depellere, exemplo Domini, gloriosum sit. Sed tamen hoc, in Fide, si fiat, maximum scandalum generat. Primus Apologiæ liber dogmaticis criminationibus refellendis plerumque versatur. Hunc Rufino auspiciari placuit ab initio epistolæ, ubi Hieronymus scripsit: *Omittam personas, rebus tantum & criminibus respondebo: neque enim causa prodest maledicentibus remaledicere, & adversarios talione mordere.* Rufinus verbis a me superius adductis, quum utrumque falsum esse dixisset, ommissa, ut ait, *omni ironia, & hypocrisios tergiversatione, quæ Deo execrabilis est, se, licet incantis verbis, & oratione incomposita, responsurum profitetur, veniam imperitiæ suæ a legentibus sibi concessum iri confidens, quia, inquit, non alios accusamus, sed nosmetipsos a maledicis purgare contendimus, & ideo studemus, ut non tantum in nobis sermo, quantum veritas luceat. Illud ante omnia Hieronymum vere dixisse fatetur, nimirum, se non reddere maledictum pro maledicto, hoc satis verum esse contendit; non enim pro maledicis sed pro benedictis & laudibus convicia & maledicta queritur sibi restitui. Hoc ipsum argumentum identidem urget, se in Hieronymo eloquentiam & studium in Græcis interpretandis laudasse, neque se illius unquam fidem lævisse contendens. Veniam ab eo deprecatur, siquid asperius, aut incomitius diciturus est, quia, inquit, imperitum hominem ad respondendum lacessivum, quem sciret non posse per multam dicendi & eloquentiæ copiam id agere, ut is, quem lesum vellet ac vulneratum, nec vulneratum videatur esse nec laesus. In summa, qui obiectas depellere a se maculas cupit, necessitate sibi ref-**

RUFINUS . *responsionis imposita, cogitare jubet, non quam eleganter & ornate, sed*
 Lib. V. Cap. IV. *quam vere respondeat.*

ii. Quoniam Hieronymus initio epistolæ suæ hæc verba protulerat : *quasi siue me hæretici esse non possint, Rufino hæc eadem in præcipuum suæ disceptationis argumentum repetere placuit. Quare contra omnes hæreses, sibi præcipue, & Origeni, affectas, sacratissimam & perpetuo servatam Fidei suæ regulam statim exponit, utque suum dogma de Trinitate, & de Carnis resurrectione catholicum esse tueatur, proprium Aquilejensis Ecclesiæ morem, ab se cum baptismo susceptum, aperit, in undecimo Symboli Apostolici articulo, ubi carnis resurrectionem profitemur, pronomen *hujus* adjungentis, ut errorem exploderet affirmantium, non in propria carne sed alieno in corpore homines resurrecturos. Sed quandoquidem ipsa res aptius, quam Rufini verbis, explicari vix potest, eadem heic ex parte recitabimus : ego, inquit, sicut & ipse (Hieronymus) & omnes norunt, ante annos FERE TRIGINTA in monasterio jam positus (Aquilejæ) per baptismi gratiam regeneratus, signaculum fidei consequutus sum per sanctos viros Chromatium, Jovinium, & Eusebium, opinatissimos & probatissimos in Ecclesia Dei Episcopos, quorum alter (Chromatius) tunc presbyter beatæ memoriæ Valeriani (Aquilejensis Metropolitæ) alter Archidiaconus, alius diaconus, simulque pater mihi & doctor fidei fuit. Illi ergo sic mihi tradiderunt, & sic teneo, quod Pater & Filius, & Spiritus Sanctus unius deitatis sunt, unius substantiæ, coætæna, inseparabilis, incorporæ, invisibilis, incomprehensibilis Trinitas, & sibi soli, ut est, ad perfectum nota : quia nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius : & Spiritus Sanctus est qui scrutatur etiam alta Dei, & ideo caret omni visibilitate corporeâ ; sed intellectuali illo deitatis oculo videt Patrem Filium & Spiritus Sanctus, sicut Pater videt Filium & Spiritum Sanctum ; nec est prorsus ulla in Trinitate diversitas, nisi quod ille Pater est, & hic Filius, & ille Spiritus Sanctus ; Trinitas in personarum distinctione, unitas in unitate substantiæ, & quod unigenitus Filius Dei, per quem a principio omnia quæ sunt, facta sunt, sive visibilia, sive invisibilia, in novissimis diebus carne & anima humana suscepta, homo factus est, & passus est pro salute nostra. Et tertia die susceptata illa ipsa carne, quæ posita fuerat in sepulcro, resurrexit a mortuis & cum ipsa eadem carne glorificata, ascendit cælos, unde & expectatur venturus ad judicium vivorum & mortuorum. Sed & simili modo vobis quodque spem resurrectionis dedit, ut eodem ordine, eadem consequentia, pari eademque forma, qua ipse Dominus resurrexit a mortuis, nos quoque resurrecturos esse credamus, non nubes aut auras teues, ut calumniantur ; sed hæc ipsa, in quibus nunc vivimus, vel morimur, nostra corpora recepturi. Nam quomodo verum erit, quod resurrectionem carnis credimus, nisi in ea vere & integre carnis natura servetur ? Absque illis ergo prestigiis, veræ & integræ carnis hujus nostræ, in qua nunc su-*

sanus, resurrectionem fatemur. Ita *Rufinus* ex symbolo Fidei catholicae: RUFINUS.
LIB. V. CAP. IV. quod una cum sacramento baptismi se animo imbibisse testatur. Ceterum symboli dogmata ita urget, ut ex antiquæ in Ecclesia disciplinae publico & notissimo documento suam Fidem plenius tueatur; majores enim nostros Aquilejenses gratiam baptismi suscepturos, per se quidem adultos, infantes vero per compares, palam & publice, fidelium populo audiente, symbolum reddidisse, multis veterum testimoniis, & *Rufini* etiam in Expositione symboli, ostendit vir doctus *Geoverbartus Elmenborstius* in notis ad *Gennadium* de Ecclesiasticis dogmatibus cap. lxxiv. pag. 173. illud *Gennadii* explanans: *baptizandus conficitur Fidem suam coram Sacerdote*, nimirum *Episcopo* ejus sacramenti ministro ordinario. *Rufinus* hæc omnia nequaquam dixisse contentus, resurrectionis articulum ab se luculenter & sine ulla ambege explanatum, adhuc amplius explanat, *singulari*, inquit, & *præcipuum Ecclesia nostra* (Aquilejensis) *mysterium pandens*. Etenim quum omnes Ecclesiæ post peccatorum remissionem, dicant statim CARNIS resurrectionem, Aquilejenses nostri, prænomine addito, dicebant, HUIUS carnis resurrectionem. Sed heic quoque verba ipsa *Rufini* præstat audire: *Sanctæ Aquilejensis Ecclesia, Dei spiritu, futuras adversum nos calumnias prævidente, ubi tradit carnis resurrectionem, addit unius pronomini syllabam, & pro eo quod ceteri dicunt CARNIS RESURRECTIONEM, nos dicimus HUIUS carnis resurrectionem, quo scilicet frontem, ut mos est, in fine symboli signaculo contingentes, & ore, carnis HUIUS, videlicet, quam contingimus, resurrectionem fatentes, omnem venenatæ adversum nos linguæ calumniandi aditum præstruamus*. Hoc idem postea in explicatione symboli, *Rufinum* accurate enarrantem audiemus, & insuper omnes hæreses Origeni adscriptas, clare damnantem. Mox omnia jam recitata, isthoc emphatico epiphonemate concludit: *estne aliquid hac confessione plenus? Est aliquid ista expositione perfectius? Sed nihil, ut video, profuit nobis tanta hac cautela Spiritus Sancti*. Hæc de articulo resurrectionis in propria, vera, & palpabili, sed incorruptibili carne humana, quæ ossibus & membris suis constet, latius adhuc persequitur, ut ab se quamcumque ambiguitatis & suspicionis umbram amoliat, quasi humanum genus in alia carne & corpore, quam humano, resurrecturum credidisset, aut crederet. Expositis quæ Fidem suam de Trinitate, Incarnatione, Resurrectione, secundo adventu, & futuro judicio Salvatoris nostri spectabant, gradum facit ad suam interpretationem librorum Periarchon. Arguebatur Origenes, quasi omnes peccatores, & ipsum etiam Diabolum restitutum iri tradidisset, animas quoque ante creatas esse, quam corpora, easque cælo deductas & corporibus insertas. Ad hæc *Rufinus*, se nihil, ait, pro Origene agere, nec Apologeticum pro ipso scribere, *sive enim stat apud Deum, sive lapsus est, ipse videt*: cogi tamen ejus meminisse, quod dum Origenes arguitur, ipse a Hieronymo non jam oblique, sed palam macrone distri-

RUFINUS .
LIB. V. CAP. IV.

Eto feriatur . Cur interpretationem suam adorsus fuerit, se *paucissimis* & *verissimis* absoluturum declarat, licet apud Apronianum, quem alloquitur, quique rem bene norat, hoc supervacaneum fortasse videtur; tamen, inquit, & *ignorantes convenit noscere, simul etiam quia & hoc non solum ipse* (Hieronymus) *sed & omnis schola ejus* (Paminiachus, Oceanus, Marcella, Eusebius) *jaciat de nobis, quod quum aliter promiserimus nos in præfationibus translaturus, aliter fecerimus in opere . Ideo non solum ipsi, sed & aliis respondebimus, quibus vel proprius livor mentem, vel criminatio aliena conturbat . Hæc produnt, Rufino ex Urbe significatum, multos contra illum signa contulisse . Occasionem ergo suæ translationis deberi pandit Macario, in urbe notissimo, non sibi, quasi nimirum opus malo animo interpretandum delegerit, quod neque ipse (Hieronymus) neque alius quis veterum interpretum delegisset . Sic vero crimen suum Macarii umbone defendit: *vir, inquit, fide, eruditione, nobilitate, vita clarus Macarius, quum opuscula adversus factum vel mabesim haberet in manibus, eaque utili & necessario labore componeret, in aliquantis vero, quia erat perdifficilis materia, de divinæ providentiæ differere dispensationibus hæsitaret, per sporem, sibi a Domino tale aliquid dicebat ostensum: quod navis ei quadam demonstraretur eminus adventare per pelagus, quæ quum portum fuisset ingressa, nodos suæ hæsitationis absolveret . Exurgens vero quum de visu sollicitus cogitaret; nos supervenisse ajebat in tempore: quibus continuo & opuscula sua & ambiguitatem indicavit & visum . Subinde Macarius ab Rufino sciscitatus, quid de talibus sentiret Origenes, breviter sibi ejus, de singulis quibusque sententias, orat exponi . Rufinus rem factu esse difficilem caussatus, addidit, *Sanctum tamen Pamphilum martyrem quadam ex parte tale aliquid operis conscripisse in Apologetico suo . Macarius continuo id sibi postulat in latinum verti, nihil Rufini excusationem moratus, onus propterea detrectantis, quod usum hujuscemodi operis non haberet, & se ad latinum sermonem tricennali jam pene incuria torpuisse affirmaret . Perstitit tamen Macarius deprecans qualicumque sermone notitiam sibi tantum eorum, quæ cupiebat, ostendi . Quare tandem Rufinus, precibus & adjurationibus Macarii compulsus, utrumque opus absolvit, in præfationibus fidem suam exponens, protestatus se ita credere, sicut *Fides catholica est* . Singulis, de quibus in iisdem præfationibus lectores monitos voluit, repetitis, sum Fidei documentum inde habendum esse contendit; ejus salva ratione, se legere, differere, interpretari secundum illud Apostoli: *omnia probantes, quod bonum est tenentes, ab omni specie mala nos abstinentes* . Neque se ab aliis admonitum vel coactum hæc modo dicere, quæ ante non fenserit, quum priusquam ab ullo appeteretur, hæc de sua fide præfatus fuerit, itaut prima confessionis suæ vox omnem contrarii dogmatis suspensionem procul avertat . In libris Periarchon interpretandis ait se cavisse, ne illa proferret, quæ Origeni ipsi essent contraria, non quæ ab aliis discrepa-***

rent,

rent, quemadmodum in præfatione se facturum sponponderat : quæ de Deo dicuntur, ad Fidem ; quæ de creaturis ad rationem pertinere declarat . Se nihil sui protulisse ; Origenem, ut Apostolum, aut prophetam haudquaquam laudasse ; Fidem suam præmisisse, quæ in omnibus cum ecclesiastica confessione concordet . In interpretando, se Hieronymi exemplum sequutum, suumque propositum palam etiam designasse . Dum mala ex translatione sustulit, bona reddidit, nihil suum addidisse . In quodam loco interpretando, quæstio habebatur in Valentinianos & Anthropomorphitas, Deum corporeum dicentes, & humanis cum membris habituque describentes ; heic *Rufinus*, naturam Dei, nulli visibilem esse sic affirmavit ; *aliud quidem est videre, aliter noscere . Videri & videre corporum est, nosci & noscere, intellectualis natura est .* Hoc amplius prosequutus, de iis conqueritur, qui ad insidiandum sibi de Oriente transmissi sunt, (heic designat Eusebium Cremonensem) qui, ut ait, *non solum per-versi intelligentia, verum etiam verborum aduiterio conati sunt infamare .* Ait se nequaquam loquutum de comparatione Patris aut Filii, sed de ipsa deitatis natura, num ei aptum visibilitatis vocabulum videretur, seque hæreticis respondisse, qui Deum visibilem, quia corporeum, dicunt ; visio enim proprie corporis est . Quare Origenes visionem appellationem, tanquam suspectam refugiens, melius putavit in natura deitatis, nempe inter Patrem & Filium, illo sermone uti, quem ipse Dominus definit : *nemo novit filium, nisi pater, neque patrem quis novit nisi filius*, hoc pacto ad excludendam occasionem hæresibus, notionem potius in natura deitatis, quam visionem dicens ; quum visio occasionem aliquam hæreticis præbere videretur . *Notio* autem inter Patrem & Filium servat indissociabilem veritatem, præcipue Evangelii auctoritate accedente . Ingenuè fatetur, se verba, in Græco incautius fortasse posita, declinavisse, quod ratio, quam exposuit, contra hæreses utilis videretur . Hoc tamen iudicio legentium relinquit, eorum scilicet, quorum animus ab invidia, favore, & odio sit vacuus . Non videri id sibi crimini vertendum, quanquam fortasse otiosum, ubi invisibilitatis æqualitas inter Patrem & Filium & Spiritum Sanctum confirmatur . Ulterius in schedas suas impia verba, quod supra tetigerat, intrusa fuisse conqueritur . Hoc ut clarius pateat, utranque lectionem heic junctim representabimus .

RUFINUS .
LIB. V. CAP. IV.

I.

*Verba genuina Origeniana
versionis Rufini .*

Quod si requiris a me , quid etiam de ipso unigenito sentiam , si , ne ipse quidem visibilem dicam naturam Dei , qui naturaliter invisibilis est ; non tibi statim vel impium videatur esse , vel absurdum ; rationem quippe dabimus consequenter .

Ob hoc facinus , ut ait , *in ecclesia inauditum* , acerrime invehitur in Eusebium & Marcellam , neutro tamen pro modestia sua , nominatim expresso . Errore scribentis , aut lapsu sermonis deprehenso , schedas corrigi & emendari voluisset , non falsa interferi , *ut vita fratris infamaretur* . Quum falsam hujusmodi sententiam Mediolani sibi recitaret Eusebius , & ab se quæ legebat , falsa esse diceretur , *interrogatum a quo accepisset exemplaria* , respondisse significat , *matronam quandam* (Marcellam) *sibi dedisse* . De ea *Rufinus . quæcumque illa est* , nihil se dicere scribit , sed sui eam & Dei conscientiæ derelinquere . Sibi vèro Dei testimonium , Macarii & Aproniani sufficere , qui schedas autographas necdum completas , ab initio legerint , & etiamnum assumptum illud adulterinum servet : *quia sicut Filius non videt Patrem , ita nec Spiritus Sanctus Filium videt* . Hoc postquam non solum se nunquam scripserit , sed & ab alio falsatum indicasset , anathema dicit neganti , *quod non ita videt Filius Patrem . sicut Pater Filium , & non ita videt Spiritus Sanctus Patrem & Filium . sicut videt Pater Filium & Spiritum Sanctum* . *Videt enim* , inquit , *& verissime videt , sed ut Deus Deum , & lux lucem ; non ut caro carnem ; sed ut Spiritus Sanctus , non corporeis sensibus , sed virtutibus Deitatis . Siquis hæc negat sit anathema in æternum* . Ex his aperte colligitur , illud assumptum Rufinianæ translationi superadditum , non , ut interpreti , sed , ut Origeni , hæreseos crimen impingeretur , quasi nimirum illud idem in Græco repertum , *Rufinus* ab latina versione rescuisset . Hoc produunt verba Rufini : *memini sane , quod aliquis eorum , quum argueretur falsasse hæc , respondit mihi , in Græco ita haberi , me autem in latino immutare voluisse* . Hac sententiam negat extare in codice Græco ; & quando etiam extaret , se nequaquam culpandum , si ab interpretatione sua illam rescuit , quum in præfatunculis suis diserte sponderit , *se omisurum* , quæ catholicam religionem offenderent , utpote per hæreticos Origenianis scriptis inserta , vel etiam

II.

*Verba adulterina Origeniana
versionis Rufini .*

Quod si requiris a me , quid etiam de ipso unigenito sentiam , si , ne ipse quidem visibilem dicam naturam Dei , qui naturaliter invisibilis est , non tibi statim vel impium , vel absurdum videatur esse , quia sicut Filius Patrem non videt , ita nec Spiritus Sanctus videt Filium .

etiam ab ipsomet Origene incaute quidem, non consulto prolata. Se propterea nihil absque pronisso vel ratione fecisse. Pergit ostendere, in quatuor libris, ab se latinitate donatis, ubi sparsim de Trinitate per singulas paginas disputatur, nullum alium repertum locum, ei similem, quem produxerat. Quare si per omne librorum corpus nusquam sit illa differentia Trinitatis, dici non posse, uno solo capite hæresim ab illo confirmatam fuisse, qui eam mille capitibus expugnauerit. Addit, si in schedis suis illud vere repertum fuisset, ipsummet Rufinum tunc Romæ præsentem, & cum Eusebio in oratione communicantem conveniri debuisse, deque errore moneri, ut scripta nondum edita emendarentur: si hoc, inquit, in meis literis invenisset, & vere scrupulum aliquem ex ipsa lectione cepisset, quum me, sicut ipse nosti, Romæ positum, haberet præsentem, continuo utique perquisisset, & ipsa ad me scripta detulisset; quippe qui usque ad ipsum tempus etiam videre me & salutare; & in oratione communicare solitus erat. Contulisset sine dubio mecum de his, quibus videbatur offendi. Inquisisset quomodo a me fuisset prolatum, quomodo haberetur in Græco. Certe etiam hoc gloriæ sufficere sibi putasset, si visus fuisset in discipulis nostris vel scriptis fecisse aliquid per se emendari. Aut si furor animi non tam emendare errorem, quam proferre in publicum compulisset, sine dubio nunquam elegisset absentem lacerare, quem potuisset gravius confutare præsentem. Sed istum quia falsi conscientia deterrebat, ad me quidem cujus erant, scripta quæ volebat criminari non detulit, sed per domos, per matronas, per monasteria, per singulos quoque fratrum circumfert, quo solo possit conturbare auditum. Et hoc fecit sub ipso tempore, quo confestim ex urbe discederet, nec vel comprehensus facti sui redderet causas. Eusebium carpit, quod iussu Hieronymi magistri sui, per totam Italiam, turbas sibi excitaverit, conturbaverit ecclesias, aures Sacerdotum, sive Episcoporum polluerit, Rufini modestia, tanquam conscientia abutendo. A discipulo ad magistrum transit, cui objicit novam librorum Periarchon interpretationem ab illo adornatam, omnibus, quæ ipse, ut improbabilia prætermiserat, eidem insertis: ut Romani, inquit, per ipsum cognoscant Origenis mala, & ignorent bona; scripserat enim Hieronymus aliquando ad Vigilantium: per me Latini cognoscunt omnes Origenis mala, & ignorant bona. Ægre fert, se in hæreseos suspicionem adduci, inaccessibiliter mitti Canes, qui se per urbes, per vicos, per iter quoque transeuntem, callumiarum latratibus infestentur. Tandem ad Hieronymum ipsum orationem suam convertit, qui jamdudum, ut ecclesiarum magistrum in decem locis laudavit Origenem, tunc nondum hæreticum. In hoc presus Hieronymum, quem semper magistrum appellat, exagitare non cessat, censuram immitem exercens in ejus commentarios jampridem emisos super epistolam Sancti Pauli. Sed quum Sixtus Senensis in Bibliotheca lib. vi. Annot. 287. & sequentibus, singulas Rufini accusationes cum Hieronymi responsonibus diligenter adduxerit, eas indicasse sufficiat.

RUFINUS.
LIB. V. CAP. IV.

IV. Postquam dogmaticis objectionibus, ut ait, immerito sibi im-
 pactis, in priori suæ Apologiæ libro respondit, in altero varia in Hie-
 ronymum congerit. Dolet primo loco jactari, *confædervatos esse quos-
 dam Origeni ad perjurium, & istud mysticæ traditionis arcanum, ab-
 sconditum esse in sexto Stromatum*. Negat & pernegat, se scire quid sint
Stromatum libri, ab Origene scripti, seque illos unquam legisse. Ab
 omni perjurio se alienum profitetur, & secus sententibus anathema di-
 cit his verbis: *omnis qui docet quacunque ex causa pejerandum esse, ego
 dico quod alienus sit a Fide Christi, & ab ecclesie unitate catholica*.
 Hinc transit ad criminandum Hieronymum, varias ex ejus scriptis sen-
 tentias decerpens, quas perperam, vel incaute prolatas esse non
 dubitat, nempe in libris de Virginitate, Christianorum gradus &
 ordines lacerasse: Ciceroni, Porphyrio, & Barabbæ Judæo operam
 dedisse, neque illorum lectionem abjecisse, postquam in somnis ad
 tribunal Judicis raptus, se illam impostero abjecturum sacramen-
 to affirmasset. De his tamen se judicium omnè suspendere profitetur;
*quia de anima hominis res agitur, de perjurii crimine, de negotio-
 nis Christi sacrilegio, non potest facilis haberi condemnatio*; atque
 hinc declarat, absentes nec reos, nec interrogatos, non debere
 facile condemnari; qua in re causam suam agens ita concludit:
*quævis ergo omnes libelli ejus hoc testentur, & supersina de hoc mea
 videatur assertio, tamen utendum aliquo speciali testimonio est, ne
 minus plenum his, qui forte ejus scripta non legerunt, videatur esse quod
 dicimus*. Adversarium graviter increpat, quasi Porphyrio introductore
 ad logicam uti maluerit, quam illo, qui introducit ad Patrem. Ei cri-
 mini vertit, quod per monachos Oliveti quamplurimos Ciceronis dialo-
 gos in ipsius Rufini cellulis larga mercede sibi describendos curaverit:
 quod de Bethleem Hierosolymam veniens, codicem cum dialogo Plato-
 nis a M. Tullio latine redditum, ad describendum dederit: in monasterio
 Bethleemico partes grammaticas exequens, Virgilium, Comicos, Ly-
 ricos, & Historicos auctores pueris, ad discendum Dei timorem sibi tra-
 ditis exposuerit. Verba, quibus tactus fuerat, quasi se ipsum docuisset,
 vocat responsione vix digna; Hieronymum doctores suos e Synagoga
 mercat (hocque illi sæpius exprobat) se vero majorem & verio-
 rem obtreftationem promeritum, non quod sine magistro didicerit, sed quod
*magis inter multos & præclaros magistros diu moratus, nihil dignum eo-
 rum vel magistero vel institutionibus haberet*. Ipsum Hieronymum, addit
 Rufinus, non totos triginta dies Alexandria, ubi erat Didymus, commo-
 ratum, & tamen gloriari præceptorem habuisse Didymum. Se ibidem
*sex annis causa Dei commoratum, & iterum post intervallum aliquot
 aliis diebus, ubi Didymum aliosque Didymo non inferiores audierit,*
 quos Hieronymus ne de facie quidem noverit, ut Serapionem, Meni-
 tem, Paulum Petri martyris discipulum, utque Macarium, Isidorum,
 & Pambum, omnes amicos Dei, qui eum hæc docuerint, quæ ipsi a Deo
 didicissent.

didicissent. Hæc non sine rubore se retexere, non quod suo ingenio magistris, sed magis quod suum ingenium magistris defuerit. Hieronymo rursus irriso, quod Barabbæ Judæo, & Porphyrii scriptis nimiam operam dederit, non solum Origenem, effuse olim ab illo laudatum, sed & multas ejus Homilias in latinum versas ostendit. Se non mirari quæ in se egerit, quum Ambrosium, ut Origenis & Didymi plagiarium, quamquam suppresso nomine, spreverit, & Origenem, ut Apostolum, dogmatistam, & Ecclesiarum magistrum laudibus in cælum tulerit; se habere Hieronymi epistolam, in qua Ambrosius carperetur; eam nolle tamen se publicare ante tempus, quia *secretiora quædam* contineat. Ob doctrinam & Sanctitatem Ambrosio laudato, juxta hunc, se *pulicem* vocat: non debere conquiri, si post tantum virum ipse Rufinus carpatum, quem tamen Hieronymus in epistolis ante laudaverat, & in *Chronicis Florentio & Bonoso pro vitæ nobilitate* conjunxerat. De isdem Chronicis Hieronymum Melaniz nomen erasisse, cum *actus suos vidisset districtioris disciplina femina displicere*. Se nec Hieronymum, nec alium errantem unquam sequutum, sed in *virtute Christi Ecclesiam Catholicam* sequi, neque ulla sua scripta proferri posse, in quibus vel in juventute errasse convincatur. Hieronymum in Origenis scriptis interpretandis multa sustulisse, idemque a se actum: *Scripta mea*, inquit, *nulla exstant, in quibus error meus aliquis corrigendus sit*, Hieronymi vero multa esse contendens. Illum antea damnasse modum interpretandi *verbum de verbo*, & postea in interpretandis Origenis libris Periarchon hanc ipsam normam, licet inutiliori sermone sequutum. Hieronymum vero in nova sua interpretatione *verbum de verbo* transtulisse, eosque arguere, qui Origenem hæreticum designant, dum tamen aduersus eos agit, qui Origenem Catholicum defendunt, quando ipse Rufinus ab eo non culpatur, quod Origenem hæreticum sed catholicum fecerit. Ad Apologeticum pro Origene Pamphilo martyri abjudicandum non satis esse affirmare: *non credo, quia martyris sit*. Hoc, inquit, *si velimus de omnibus scriptorum dicere libellis, quæ erit in singulis probatio, si dicam: non est verum; quia Stromatum libri, quos dicit, Origenis non sunt. Unde ipsius esse probantur? Non ex similitudine styli, quia qui falsum facere vult; hunc potest imitari*. Ad respuenda scripta Pamphili proferri debuisse, quæ reprehensione digna viderentur; & *tunc unusquisque legentium vidisset quid ibi esset absurdum, quid consequens, quid iniquum, quid certe contra Apostolicas regulas*. Sed concessio etiam (quod tamen nequaquam concedit) Apologiam pro Origene, non esse martyris Pamphili, sed *cujuscunque unius de ecclesia*, non suis verbis usum auctorem, ita ut vis libri ab auctoris merito pendeat, sed ex Origenis libris exempla posuisse, & *quid de singulis sentiat non suis defensoris verbis, sed ejus ipsius, qui accusabatur ostendere*; itaut non excusantis auctoritate, sed suis dictis Origenes defendatur, ideoque supervacaneam esse de auctore questionem, ubi defensio talis est, quæ auctore non egeat.

RUFINUS.
LIB. V. CAP. IV.

V. Hieronymus dixerat, *quis prudentiam, vel quis Sanctorum agredi voluit in latinum vertere quod tu ausus es? Ego ipse saepe rogatus a multis, non feci*. Ad primum respondet Rufinus, *non continuo qui Sanctus & prudens est Latinus, eum lingua Græca notitiam sufficienter habere, nec sanctitati ejus detrabi, cui deest peregrinæ linguæ notitia: aut iterum, non continuo si scientiam quis habet Græci sermonis, etiam voluntatem interpretandi habere, aut etiam si habet, non statim discutiendum, cur ille, qui pauca interpretatus est, non plura, aut non hæc, sed illa transtulerit*. Ad secundum respondet, non opus fuisse Hieronymum libros interpretari, quorum jam pene omnem continentiam in aliis libris scripserat, licet in *Rufino* tunc reprehendebat, quod ipse ante sub ejus nominis sermone protulerat. Arguit Hieronymi novam Bibliorum interpretationem latinam, ex Ebræo fonte deductam, quum nemo ante id præstitisset, ob venerationem erga veterem translationem Italicam ex *LXXII*. Interpretibus derivatam, quam Apostoli ecclesie Christi tradiderant. Ei crimini vertit quod Sufannæ historiam, tanquam apocrypham, cum trium puerorum hymno absciderit; *LXXII. Virorum per cellas in interpretantium unam & consonam vocem, Spiritus Sancti interpretatione prolatam, translationi suæ, Judæo Barabba adspirante, confectæ, postposuerit*; De Italica etiam versione, hæc quæ scribit, notatu digna nobis videntur: *Petrus Romanæ Ecclesie per viginti & quatuor annos præfuit. Dubitandum non est, quin, sicut cetera, quæ ad instructionem pertinent, etiam librorum instrumenta Ecclesie ipse tradiderit, quæ utique jam tunc, ipso sedente & docente, recitabantur*. Hinc occasionem sumit fuscæ & acriter invehendi in Hieronymum, quod aliam interpretationem ipse confecerit. Frustra ait, illum in hoc confugere ad auctoritatem Origenis, quem ipse condemnet, præterquam quod Origenes nihil, Hieronymus vero omnes Scripturas ex Ebræis transtulisset. De Pammachio, ad cujus literas, sibi contra Rufinum scriptas, Hieronymus respondit, Rufinus modeste loquitur. Ait enim: *nondum dico quæ sit illa aut qualis epistola. Tamen quoniam viri nobilis Pammachii continet nomen, quid fuisset absurdum, si ei tale aliquid respondisses? Frater, non est temere de alterius opere judicandum; nam & tu ipse nosti quid feceris, quando adversum Jovinianum Romam misi libellos. Quum eos quidam aliter intelligerent, quam ego me dictasse memineram; nonne quum jam a plurimis legerentur, & offenderentur pene omnes, cum quibus etiam tu esse putabaris, exemplaria jam de foro, jam de publico subtraxisti, & hæc non ad aliquem alium, sed ad me remisisti; causam pariter, quia multi scandalum pati videbantur, insinuans, quomodo ego Apologeticum denuo descripsi, & quæ aliter intelligebantur, ad intelligentiam rectiorem, prout potui, revocavi. Equum est ergo, ut quod nobis fieri volumus, aliis faciamus. Sicut enim meos libros tibi remisisti, ut a me emendarentur, ita & ad illum suos remitte: & quod culpabile videtur, insinua, ut & ipse se, si in aliquo erravit, emendet*.

det. Tum præterea & nos jam in multis exercuimus ingenium, & multa jam nobis opuscula defudata sunt. Ille (Rufinus) hoc primum PROPE opus adiit, & fortasse compulsus, & nihil mirum, si fluctuavit in primis. Nec occasio derogandi Christianis captanda est, sed emendationis utilitas requirenda. Sic Rufinus ab Hieronymo ad Pammachii epistolam rescriptum voluisset. In anacephalæosi totius Apologiæ, quam statim pertexit, ad Apronianum conversus, iterum de Pammachio sic loquitur: cognoscat etiam per te, fili carissime Aproniane, sanctus vir ille Pammachius, cujus epistolam amicus meus (Hieronymus) in invectione vel accusatione hac sua protulit, in Christi adjutorio non studii, sed innocentia fovendum, nec in causa veritatis studiose agendum esse magis, quam religiose. Præceptum est enim Domini, ut non secundum faciem, sed rectum judicemus judicium. Quia sicut in unoquoque minorum suorum Christus est, qui esurit & sitit & nudus est, & ipse est qui reficitur & induitur, ita in his, qui judicantur injuste, ipse est, qui inique judicatur: & pro his qui odio habentur gratis, ipse diciturus est: odistis me gratis. Inde paullo acrius instat his verbis: quomodo Pammachius æstimat hanc causam & hoc factum suum (instigandi Hieronymum contra Rufinum) in tribunalibus Christi judicandum, quum habeat sua conscientia, quod codices illius (Hieronymi) contra Jovinianum scriptos, qui jam publice legebantur & reprehendebantur, subtraxerit de manibus legentium, & culpantes prohibuerit atque culpaverit, remisit vero ad ipsum auctorem libros suos, insinuans ea, quæ ad reprehensionem venirent, ut vel emendaret, vel rem quoquo modo posset, curaret. Meos vero non codices, sed schedulas imperfectas, inemendatas, furto cujusdam nebulonis & fraude subtrahitas, sibi que delatas, quum me inibi haberet presentem, mihi quidem non offerret, neque conquereretur, sed increpare quidem, aut etiam arguere dignaretur, vel per amicum certe aliquem, aut etiam per inimicum; sed ad Orientem mitteret & instigaret linguam ejus hominis, qui eam mitigare non poterat. Quid contra religionem faceret, si me presentem potius convenisset? Intantum ne colloquio ejus videbamur indigni, ut ab eo nec argui mereremur? Paulo infra veniam petit, si asperius, quam debuisset, causam suam peroravit: nos autem, quamvis necessitate compulsi respondere nisi sumus ei, qui nos amarissima pulsaverat, attamen pro hoc ipso veniam petimus, siquid forte asperius prosequuti sumus, quia Deus conscientia nostra testis est, quod multa plura reticimus, quam protulimus. Penitus autem silere, contra conscientiam criminati, minime potuimus, quum ipsius pene Fidei sue nonnulli jacturam ducerent sententiam nostram. Ex his postremis eruimus, sicut Romani Hieronymum instigavisse ad respondendum Rufino, sic quoque Romanos Rufinum ad respondendum Hieronymo, utriusque partis studiosis discordiarum flammam utrinque spargentibus, bono fine, ut credere par est, quum utrique egregie catholici, offendiacula pertimescerent,

rent,

RUFINUS.
LIB. V. CAP. IV.

rent, & errores averfarentur. Sed quamdiu heic fumus, ab omni profus affectu vacuos undequaque esse non licet: nec mirum, si viri alias sanctissimi & doctissimi, humani aliquid patiuntur, id Deo permittentem, cujus judicia imperfcrutabilia sunt. Rufinus Apologiam pene omnem abfolverat, quum monachus quidam (*si atrem enim appellat*) Roma Aquilejam profectus, currenti calcar addidit dum Apologiam sibi ab Rufino relectam probavit, unum tantum excufationis locum prætermiffum indicans, quem Romæ *audiffet ab obtreciatoribus incensari*, ubi Rufinus in præfatiuncula prima librorum Periarchon, de Hieronymo dixerat: *in his quæ de Origene interpretatus fuerat, nonnulla offendicula esse in Græco, quæ ita tamen interpretando purgaverit, ut nihil in his, quod a Fide nostra difcrepet, Latinus sermo inveniat*. Idem monachus (fortasse Chryfogonus Aquilejenfis, Rufini feftator, cui Hieronymus scribit epistolam IX. alias XI. IV. & quem carpit circa finem libri I.) addidit, a Rufini æmulis fpargi, si ipse versionem Hieronymianam, ut omnis offendiculi expertem probarat, versionem Rufini ergo improbandam, quam ipse omnis offendiculi expertem non reddidiffet. Rufinus tamen respondet, ab se præstitum quod Hieronymus ante præstiterat. Se de ejus scriptis *abfque malitia & calumnia judicaffe: non quid obtreccationi pateret, sed quid prospectus fuerit interpretantis*, aspexiffe in ejus scriptis ab Hieronymo reprehensum quod ipse ante confcripferat. In fine ait, si *Epifcoporum fynodus* libros Origenis damnandos esse decreverit, prius Græcè damnandos, ut latine verfi damnentur; se demum Catholicæ Ecclesiæ sententiam contra eosdem Origenis libros amplexurum. Hæc summam ex utroque libro Rufinianæ Apologiæ recenfere visum est.

VI. Rufinus eodem tempore, quo duos superiores libellos ad amicos Romanos misit, aliam breviorẽ Apologiam pro Fide sua ad Anastasium Pontificem direxit, ut invidiam, sibi apud eundem confatam, dilueret. Septem capita in ea perpendi possunt, quorum priora quinque respiciunt dogmata Origini, ut auctori, Rufinoque ut interpreti, adfcripta. I. Trinitatem. II. Resurrectionem. III. Extremum iudicium. IV. Diaboli damnationem æternam. V. animarum originem. In duobus reliquis capitibus de sua agit latina interpretatione & Fide. Sed præstat ipsa Apologiæ capita singulatim enucleare.

I. Se accepiffe ait, quemadmodum in controversiis de Fide seu de quibusdam aliis, apud Anastasium commotis, sui etiam mentio facta fuiffet; ipsum vero Pontificem, *velut ab incunabulis per Ecclesiasticam traditionis regulas institutum de homine abfente, sibi que bene & in Fide & in caritate Dei cognito, calumniantibus auditum non accommo-dasse*. Tamen se post *triginta annos* parentibus spiritualibus & consanguineis redditum, non posse tam cito illos deserere, ut hanc ob causam labores iterans, Romam peteret. Quare in suæ famæ defensionem se æquum putasse ad Anastasium hæcẽ literas scribere: *non*, inquit, *ut de*

san-

sancta mente tua, quæ velut quoddam Dei sacrarium, aliquid iniquum non recipit, maculam suspicionis abstergerem, sed, ut æmalis adversum me forte oblatrantibus baculum tibi confessionis meæ, quo abigerentur, offerrem. Ita Rufinus in capite I. ubi & se probe notum Pontifici, neque Romam ad causam dicendam se ab illo vocatum innuit; immo neque Anastasium hostibus suis faciles aures præbuisset, clare significat.

2. Fidem suam persecutionis hereticorum tempore, quum in Sancta Alexandrina Ecclesia degeret, in carceribus & exiliis, quæ pro Fide inferebantur, alias probatam, illamque se iterum cuicumque probare paratum. De Trinitate se ita credere, quod unius natura sit, unius deitatis, unius ejusdemque virtutis atque substantia, nec inter Patrem & Filium & Spiritum Sanctum sit prorsus ulla diversitas, nisi quod ille Pater est, & hic Filius, & ille Spiritus Sanctus, Trinitas in personis subsistentibus, unitas in natura, atque substantia. Filium quoque Dei in novissimis diebus natum esse confitetur, ex Virgine & Spiritu Sancto, carnem naturæ humanæ atque animæ suscepisse, in qua passus est, & sepultus, & resurrexit a mortuis, in eadem ipsa carne resurgens, quæ deposita fuerat in sepulcro: cum qua carne simul atque anima post resurrectionem ascendit in cælos, unde & venturus expectatur ad iudicium, iudex vivorum ac mortuorum. Nihil ad Catholicæ Fidei regulas exactius proferri poterat.

3. Ait, se carnis nostræ resurrectionem fateri, integre & perfecte futuram hujus ipsius carnis nostræ, in qua nunc vivimus, non, ut quidam calumniantur, alteram pro hac resurrectionem se dicere, sed banc ipsam, nullo omnino ejus membro amputatò, vel aliqua corporis parte defecta; sed cui nihil omnino ex omni natura sua desit, nisi sola corruptio. Hoc promittere Apostolum; hæc sibi de resurrectione tradita ab his, a quibus sanctum baptismum in Aquilejensi Ecclesia consequutus fuerat, nempe a Sancto Valeriano metropolitano, a Chromatio, & Eufobio; quæ, inquit, puto ipsa esse, quæ etiam Apostolica Sedes tradere & docere consuevit.

4. Se credere profitetur, iudicium futurum, in quo unusquisque recipiat propria corporis, prout gessit sive bona, sive mala; Diabolum etiam æternis ignibus mancipandum, hocque si quis negat, partem cum ipso æterni ignis accipiat, ut sentiat quod negavit.

5. Hinc transit ad quæstionem de anima, de cujus origine quum nondum quicquam definitum haberetur, ait, se expectare iudicium Pontificis: audio, inquit, & de anima quæstiones esse commotas: de qua re utrum recipi debeat querimonia, aut abjici, vos probate. Apud quam plurimos Ecclesiasticos tractatores ait, se de hac quæstione diversa legisset, quæ ad tres omnino sententias redigit. I. Quosdam, per humani seminis tradacem animam diffundi affirmare. II. Alios, a Deo cotidie creari, & formati in utero corporibus infundi. III. Alios denique,

RUFINUS.
LIB. V. CAP. IV.

*factas jam olim quum omnia Deus creavit ex nihilo, & cotidie in corporibus dispensari. Hoc postremum ait sensisse Origenem, & nonnullos alios Græcorum. De se autem ita subjungit: Ego vero quum hac singula legerim, Deo teste, dico quia usque ad præsens certi vel definiti aliquid de hac questione non teneo; sed Deo relinquo scire quid sit in vero, & si cui ipse revelare dignabitur. Ego tamen hac singula & legisse me non nego, & adhuc ignorare confiteor præter hoc quod manifeste tradit Ecclesia, Deum esse animarum & corporum conditorem. Ex his patet, nulli ex tribus sententiis de origine animæ superius adductis Ruffinum inhæsisse, quamvis ejus præexistentiali, ex Origenis, certe non sua, opinione protulerit. Nec solum Ruffinum, sed & alios viros doctrina & sanctitate probatos in hac dubitatione per plura sæcula fuisse, ubere doctrinæ apparatus docet Cardinalis Norisius in Vindictis Augustinianis cap. 1v. §. 111. Petrus Halloixius in Origenis defensi lib. 1v. quæst. 281. aliud esse ait, opinari de rebus dubiis & incertis; aliud illas, ut veras & certas, proferre; aliud item quæstionis alicujus ventilandæ causâ varias in medium sententias adducere. Ad hæc aliud unam aliquam ab ecclesia non probatam nec definitam proponere, illique adhærere. Itaque auctor iste contendit, Origenem de animalibus nullum dogma constituisse, more asserentis, sed conjecturas varias adduxisse instar differentis. Sanctus Pamphilus martyr in Apologia, hoc unum dogma Origenem certo tenuisse testatur: *unius substantiæ omnes animas & immortales & rationales & liberi arbitrii ac voluntatis. Judicandas quoque esse pro his, quæ in hac vita gesserunt, esse itidem factas a Deo, qui universa condidit, & creavit.* Idem martyr pro certo habet, Origenem tractasse de animabus ante corpora existentibus non asserendo, sed inquirendo, tanquam de re, in traditionibus Apostolicis non contenta, necdum ab ecclesia definita. Rufinus, dici non potest, animas compage corporis antiquiores, secundum Origenem, credidisse, si neque hanc, neque ullam aliam de origine animæ sententiam tenere se profitetur, sed hoc unum, quod manifesto tradit Ecclesia, Deum esse animarum & corporum conditorem.*

6. Ait sibi nunciatum contra se ideo disputari, quod quedam Origenis, rogatus a fratribus, de Græco in Latinum transfulerit. Putare se tamen, quod omnes intelligant, hæc pro sola livore culpari. Si aliquid displicet in auctore, id in interpretem non detorquendum; se in Græcis sensibus verba latina dedisse tantummodo. Sive ergo illis sensibus laus, sive culpa inest, neutrum sibi imputandum. Quinimmo etiam illud in præfatiuncula se adjecisse, ut aliquando decideret, quæ non ab Origene dicta, sed ab aliis viderentur inserta, propterea quod de iisdem rebus alibi catholica & contraria dixisset.

7. Rogat Summum Pontificem, ne factionibus & calumniis, ei ob hoc patiat invidiam consistari: quod, inquit, in Ecclesia Dei fieri non licet. *Ubi enim simplicitas tanta erit & innocentia, sibi non erit? Se*
ne-

neque Origenis defensorem, neque assertorem, neque primum inter-
pretem esse subjungit; alios ante se id præstiti, quod ipse postremus
præstiterat rogatus a fratribus. Si jubetur ne fiat, jussionem observari
debere impostero. Si culpantur qui ante fecerunt, debere culpam a
primis incipere. Demum omnia ita concludit: *Ego enim præter hanc
Fidem, quam supra exposui, idest quam Romana Ecclesia & Alexan-
drina & Aquilejensis NOSTRA tenet, quæque Hierosolymis prædica-
tur, aliam nec habui unquam in isto homine (Origene) nec habeo, nec
habebo: & si quis aliter credit, quisquis ille est, anathema sit. Reddent
autem in die judicii rationem hi, qui offendicula & dissensiones & scan-
dala fratribus propter invidiam solam generant & livorem.* Fidem Ec-
clesiæ Alexandrinæ post Romanam recenset, quia sexennio ibidem vixe-
rat, & quia Ecclesiæ Alexandrinæ post Romanam apud omne ævum
prius tanta fuit auctoritas, ut Occidentis Ecclesia communionem illius
maximi fecerit, consuetudinesque servaverit, ut ex Aëstis Concilii
Aquilejensis, A. D. 381. celebrati, ostendit Caspar Barthius in notis
ad Zachariam Mitylenæum pag. 294. Hieronymus in epist. LVIII. alias
LXVIII. ad Theophilum scribit: *Romanam Fidem Apostolico ore lãda-
tam, cujus se esse participem Alexandrina Ecclesia gloriatur.* Gelasius
pontifex in epistola decretali, quam nos aliquando sinceram, & ab in-
terpolationibus vacuum edidimus, de eadem Ecclesia sic statuit: *secunda
autem sedes apud Alexandriam, beati Petri nomine a Marco ejus disci-
pulo, Evangelista, consecrata est.* Huc plane alludit Aneas Parisiensis
initio libri contra errores Græcorum apud Dacherium in Spicilegio to-
mo VII. *quæ sedes, inquit, secunda est a prima Romana, ut canonum
statuta decernunt.* Hæc canonum statuta alia non sunt ab epistola Gelasii
Pontificis. Rufinus post Ecclesiam Alexandrinam memorat Aquilejen-
sem, in qua tunc degebat, & ubi olim Christi fidem acceperat; ultimo
vero loco Hierosolymitanam, ubi diu moratus, & ad gradum presby-
teri evectus fuerat. Utranque Apologiam scripsit Rufinus A. D. 400.
Hieronymus enim lib. I. suæ Apologiæ, eodem anno scriptæ, pag. 377.
hæc habet: *compulsus sum ante BIENNIUM brevi libello tuis contra me
præconiis respondere.* Hunc libellum ad Pammachium scripsit A. D. 398.
ut supra monstravimus. Has duas Apologias subinde tres libellos, & tria
volumina ab Hieronymo dici apparebit.

I. *Rufini utriusque Apologiae synopsis, ad Hieronymum mittitur.* II. *Qui statim ad utramque respondet.* III. *Apologia Origeniana, quam Hieronymus Pamphilus abjudicat, huic martyri vindicatur.* IV. *Quanam Pamphilus scripserit.* V. *Conjectura ad Apologiam Pamphilus abjudicandam excussæ.* VI. *Responsio Hieronymi ad accusationes Rufini.* VII. *Ad alias Rufini accusationes Hieronymi responsa.* VIII. *Relatio Hieronymi Apologiae Rufini ad Anastasium papam.*

I. **R**ufinus utramque Apologiam suam cum amicis Romanis communicavit, qui, secundum votum auctoris, eas nequaquam in vulgus sparserunt; sed *per angulos*, ut ait Hieronymus, suis tantum audientibus ingesserunt. Hieronymus initio libri I. Apologiae id factum ait, ut & *simplicium* corda percuterent, eique pro se respondendi facultatem auferrent. *Rufinus* contra ait, se liberos suos ad eos *tantum* misisse, qui verbis Hieronymi *læsi fuerant, & non ad plures*. Hoc eruitur ex libro II. Apologiae contra Rufinum. Illud non evasit impune; Pammachius enim & Marcella, quum integrum Apologiarum exemplar obtinere non potuissent, saltem hinc inde præcipua illarum capita studiose corrofa ad Hieronymum festinanter perferenda curarunt, fortasse per Paulinianum ejus fratrem, ex Dalmatia Bethleemum redeuntem. Ut acrius ad respondendum incitaretur, istiusmodi etiam synopsis relatio eorum accessit, quæ ab amicis *Rufini* de Hieronymo vulgabantur. Quare vir Sanctus ubi primum ex amicorum literis & Pauliniani ore se maledice traductum accepit, continuo Apologiam in duos libros distinctam pro se elucubravit, eamque ad Pammachium & Marcellam Romam direxit, utrumque enim *Rufinus*, præter Hieronymum ipsum, perstrinxerat. In inscriptione vulgati operis, non *Marcellæ*, sed *Marcellino* hætenus lectum est: quem Tillemontius tomo XI. pag. 247. Tribunal illum fuisse conjecit, qui A. D. 411. præfuit magnæ collationi Carthaginiensi apud Baronium A. D. 410. §. LVIII. Sed Martianus tandem *Marcellam* pro *Marcellino* ex codicibus MSS. restituit, in quibus hanc epigraphen reperit: *Incipit Hieronymi doctoris egregii adversus tres libros Rufini, calumniatoris invidi, defenso missa Pammachio & MARCELLÆ*. Summa Hieronymianæ Apologiae huc reducitur.

II. Ex *Pammachii*, *Marcellæ*, & multorum literis se didicisse, accusari in *scbola Tyranni* (sive ab amicis *Tyrannii Rufini*) quod libros Periarchon in latinum vertisset, quum tamen ipse *Rufinum* accusaret, quod eandem versionem adgredi non dubitasset. Impudentes vocat, qui medicum arguunt, quod venena prodiderit. Id ab illis præstari, ut *Rufinum*, quem, ut *pharmacopolam* Origenistarum non obscure traducit, non *innocentia merito, sed criminis communiione tucantur quasi culpam*

NUMERUS

numerus peccantium minuat, & in personis, non in rebus sit accusatio. Dolet Rufini Apologias contra se scriptas ingeri omnibus audiendas, nec tamen edi, ut, inquit, & simplicium corda percuciant, & mihi facultatem auferant respondendi. Novum esse malitia genus accusare quod prodi timeas, scribere quod occultes. Se figuratas Rufini laudes repulisse, quia sub amici nomine, inimici insidias deprehenderat. Jam vero id sibi Rufinum in Apologia crimini vertere, quod ante in præfatiuncula librorum *Periarchon* semel iterumque laudi verterat, quum post reconciliatam similitatem etiam leves suspiciones fugere debuisset, ne quod fortuito fecisset, consulto facere putaretur. Si auctoritatem suo operi perstruebat, laudare potuisse columnas Ecclesie Hilarium, Ambrosium, Victorinum, Origenis interpretes, quos tamen tacuit, uno laudato Hieronymo, qui se *palmem* vocat. De priori sua epistola ad Pammachium & Oceanum scripta, sic loquitur: *teneo epistolas vestras, quibus accusatum me scribitis esse, & HORTAMINI, ut respondeam criminanti, ne si tacuerim, videar crimen agnoscere.* Ex his colligimus, non unum Pammachium, sed *Marcellam* quoque Hieronymo ad scribendum contra Rufinum stimulos addidisse, præter Oceanum, cuius nomen quanvis exprimitur in Pammachii epistola ad Hieronymum, hic tamen in suis responsis nunquam cum memorat, nec Rufinus vel leviter quidem tangit, cuius rei causa nos fugit. Addit, se jam respondisse, & quanvis læsum; sic amicitia jura servasse, ut se sine accusantis accusatione defenderet, quodque unus *Romæ amicus* (Rufinus) objecerat, a multis in toto orbe inimicis diceret iactitatum, ne homini, sed criminibus respondere videretur, nunquam enim nominatim expressit Rufinum, sed tanquam de pluribus, loquutus est. Alia insuper congerit, ut Rufini laudes sibi jure suspectas fuisse demonstrat, seque apud tacitum lectoris iudicium purgatum reddat, ne prior læsisse videatur. Apologias, quas, Rufino contra se scriptas fuisse didicerat, semel & iterum aspernatur, modo enim ludibrii causa TRES libros *venustate Attica* textos vocat, paullo post responsum illis minatur his verbis: *sed adversus illos libros qui per angulos garriunt, &furtiva accusatione nos mordent, quum (libri illi tres) editi fuerint, & de tenebris ad lucem processerint, atque ad nos vel studio fratrum, vel temeritate amulorum potnerint pervenire, respondere conabor, neque enim magnopere formidandi sunt, quos metuit auctor suus prode, & tantum consederatis legendos esse decrevit.* Mox hæc quoque subjungit: *nec lassisse contentus quasi adversus elingnem semperque taciturnum, TRES elucubravit libros & antitheses Marcionis de meis opusculis fabricatus est.* Hæc antitheses, opus erant, in quo Marcion Vetus Testamentum cum Novo, sive discordiam Evangelii cum lege committere ausus est, aut ait Tertullianus, qui toto libro IV. adversus Marcionem, opus refutandum suscepit. Tres libri a Rufino scripti, quos Hieronymus duobus hujus Apologiae prioribus refellit, sunt utraque Rufini Apologia, quarum prima, in duas libros distincta,

RUFINUS.
LIB. V. CAP. V.

stincta, invadit Hieronymum, *Secundam*, quæ est pro fide ad *Anastasia* Pontificem, Hieronymus, sibi nondum visam, contra se scriptam pariter vocat, quia in ea sugillatur. Sectatores *Rufini* Hieronymo succensebant, quod libros *Periarebon* & ipse vertisset, quanquam, ut *woxius* & *Ecclesiastica fidei repugnantes*, damnaret. His *Bethleemiticus* senex *Pammachium* alloquens, ita respondet: *TUÆ* *mo*, *frater Pammachi*, & *TUORUM* *litera compulerunt, dicentes, illos ab alio* (*Rufino*) *fraudulenter esse translatos, & interpolata nonnulla, & vel addita vel mutata ac ne parvam quidem epistolis haberem fidem, misisti exemplaria ejusdem translationis cum præfatiuncula laudatrice mea.* His lectis & collatis cum Græco, ait se illico animadvertisse, ab *Rufino* interprete meliorem in partem mutata, quæ *Origenes de Patre, Filio, & Spiritu Sancto impie dixerat*; cetera autem dogmata de Angelorum ruina, de animarum lapsu, de resurrectionis præstigiis, de mundo vel intermundis *Epicuri*, & de resurrectione omnium in æqualem statum, vel a *Rufino* ita plene conversa, ut habebantur in Græco, vel de Commentariis *Didymi exaggerata firmiora fuisse posita, ut qui in Trinitate Catholicum legerat, in aliis hæreticum non caveret*. Post *Rufini* translationem & suam inter se comparatas, in *prima*, ait, *laudem auctoris, in secunda vituperationem* contineri. Cur *Origenem* in quibusdam ante laudasset, se docuisse scribit in epistola ad *Pammachium*; tunc interpretationis suæ causam reddidisse, ne scilicet impius, quasi pius *Ecclesiæ* traderetur. Septuaginta libros *Origenis*, ut *Rufinus* aiebat, se in latinum vertisse fatetur, nec tamen de ullo opere suo Romam commotam. *Ego*, inquit, *per tot annos tam multa convertens nunquam scandalo fui*; tu (*Rufine*) ad *PRIMUM* & *solum opus, ignotus prius, temeritate factus es nobilis*. *Rufinus* ante suum reditum in Italiam, nihil unquam in literas miserat, huc tamen reversus ante libros *Periarchon Regulam Sancti Basilii* latine donavit, sed quam *Abbas Pinetensis* privato usui conscripta, nondum passim innotuisset, *Hieronymus primum & solum opus a Rufino* confectum, translationem librorum *Periarchon* existimavit.

III. *Hieronymus Pampbili* Apologiam a *Rufino* latine conversam, totis viribus semel atque iterum invadit, ut magni nominis patrocinio *Origenem* spoliaret. Rationes a *Norifio* in Dissertatione de Synodo v. cap. xii. magnopere exaggeratas, quæ *Apologiam* martyri abjudicant, paucis complectar, additis pro *Pampbilo*, *Rufinoque* responsis, præcipue illis, quæ in *Apologie* suæ Quæst. v. 11. sive pag. 122. operum editionis *Basilienfis* apud *Henricpetrum* anni 1601. edidit *Mirandulæ Comes* *Jos. Picus*, vel *Phœnix*, qui ob eandem etiam *Apologiam* a *Roberto* Cardinali *Bellarmino* *Ecclesiasticis* scriptoribus adnumeratur, ut *vir ingenio & doctrina pro ætate maximus*. Hæc responsa nunc certe *Christianæ religionis* plurimi interfunt, quia *impios nefandosque nostri temporis Arianos, & singulatim Christophorum Sandium, mortalium impudentissimum, tanti martyris præsidio exarant*. Hos enim urit, *Servatoris*

toris nostri divinitatem & *homouſion* in *Apologetico* Patris Antenicæni diſertiffime adſtrui. Hoc idem egregie animadverſit ſtrenuus deſenſor Fidei Nicænæ Georgius Bullus, qui Sect. II. cap. IX. §. 20. pag. 207. iterumque cap. XIII. §. 3. pag. 263. omne ſtudium in eo poſuit, ut opus illud *Pamphilo* vindicaret. Ergo Hieronymum audiamus lib. I. *Apologetice* pag. 357. ſex libros, ut ante jam dixi, *Eusebii Caſareenſis epiſcopus, Ariana quondam ſignifer ſæctionis* (quem tamen ab hoc crimine vindicat Cellerius) pro *Origene* ſcripſit, latiffimum & elaboratum opus: & multis teſtimoniis adprobavit, *Originem juxta ſe Catholicum, iſtè juxta nos Ariantum*. Horum tu primum librum vertis ſub nomine martyris. Et miramur, ſi me domunculum parvi pretii, *Origenis laudatorem velis, quum martyri calumniam feceris. Paucifque teſtimoniis de Filio Dei & Spiritu Sancto commutatis, quæ ſciebas diſplicitura Romanis, cetera uſque ad ſuam integra dimiſiſti, hoc idem faciens in Apologia quaſi Pamphili quod & in Origenis Periarcho translatione feciſti. Si iſte Pamphili liber eſt, de ſex libris quis erit primus Eusebii? In ipſo volumine, quod tu Pamphili ſimulas, ſequentium librorum facta mentio eſt. In ſecundo quoque & reliquis dicit Eusebius quid in primo libro ante jam dixerit, & quod eadem repetere non debeat. Si totum opus Pamphili eſt, cur reliquos libros non transfers? Si alterius, cur nomen immutas? His conſona habet lib. II. *Apologetice* cap. IV. pag. 407. *vir doctiffimus Eusebini* (doctiffimum dixi, non Catholicum, ne more ſolito mihi & in hoc calumniam ſtruas) per ſex volumina nihil aliud agit, niſi ut *Originem ſua æſtendat Fidei, iſtè Ariana perfidia: & multa ponit exempla, & hoc conſtanter probat*. Sic Hieronymus. Num iſtud opus, ſex volumina, ſeu libros complexus, alicubi adhuc ſuperſit, omnino ignoramus. In ſynopſi, quam exhibet Photius cod. cxviii. inque libri I. verſione latina, a *Rufino* confecta, nullum certe *Ariana perfidia* veſtigium deprehenditur: ſiquè Ariantum virus in eadem *Apologia*, quam Photius criticorum princeps diligenter excuſſit, revera delituiffet, nulla proſecto cauſa erat, cur ipſe, Ario, & Origeni alias minime blandus, id ſilentio prætereire debuiffet. At vero non unus Eusebius, ut Hieronymus cenſuit, ſed Eusebius ſimul & Pamphilus conjunctis ſtudiis *Apologetiam*, pro maxima ejus parte, ſcripſerunt. Hoc diſertim teſtatur qui omnium optime rem novit Eusebius ipſemet lib. vi. Hiſt. Eccl. cap. xxxiii. *quacumque vero, inquit, de illo (Origene) neceſſario cognoscenda ſunt, capere licet ex Apologia, quam pro eo ego & ſanctus noſtri temporis martyr Pamphilus CONSCRIPſIMUS, quam quidem nos, propter malevolos quosdam accuſatores, COMMUNI ſtudio atque opera junctim elaboravimus*. Rufinus lib. vi. Hiſtorię Eusebianę cap. xxiv. in fine hoc ipſum ita contraxit: *quæ tamen (geſta Origenis) agnoſci poſſunt ex ea, quæ ſcripta a Sancto Pamphilo martyre Apologia pro ipſo una mecum*. Eusebii locum explicat Photius, qui ſæculo IX. totam *Apologetiam* legit. Ait enim codice cxviii. ſupra indicato: *lectus eſt Pamphili martyris & Eusebii pro Origene**

RUFINIUS.
LIT. V. CAP. V.

Origene codex. Tomi autem sunt sex, quorum quinque a Pamphilio in carcere degenti, præsentè etiam Eusebio, elaborati sunt. Sextus autem posteaquam gladio martyr vitæ privatus migravit ad Deum, quem concupiscebat, ab Eusebio denique est absolutus. Antea Photius cod. cxvii. recensuerat scriptorem anonymum, qui aliam Apologiam pro Origene condidit, in primis Pamphilum martyrem & Eusebium sequutus: præceteris vero (ait) Pamphilo martyri innititur & Eusebio. Atqui scriptor ille non fuit certe Arianus, qui, teste Photio, de Sancta Trinitate nihil errorum adfert. Quin etiam hoc asserit de Origene, nihil eum, quod quidem ad dogma de Trinitate attinet, errasse. In hoc articulo eandem plane rationem & methodum servat, ac Apologia, sub Pamphili nomine a Rufino latine edita. Ergo hæc ipsa Rufini translatio codicem Pamphili, quem Anonymus, in articulo de Trinitate catholicus, Græce legit, fideliter exprimit. Nec putò quenquam eatenus divinationibus indulturum, ut Rufinum dicat, non ex suo tantum, sed ex omnibus, quotquot erant, exemplaribus Græcis, Arianismum delevisse, quo facilius Eusebii librum Pamphilo martyri supponeret. Quis hoc unquam dicat, aut credat? Hæc manifeste produnt, Origenis elaboratam recte Pamphilo adscriptam, si Pamphilus perinde ac Eusebius in ea condenda laboravit. Adde, Socratem lib. iv. cap. xxii. totam uni Pamphilo dare. Verba ejus hæc sunt, meminit quoque illius (Gregorii Thaumaturgi) Pamphilus martyr in iis libris, quos pro Origene elaboravit. At vero lib. iii. cap. v. Pamphilus juxta ac Eusebium, utrumque communit pro Origene insignibus libris Apologiam scripsisse tradiderat; quippe duorum opus modo utrique, modo alterutri adscribebatur. Certe Synodicon sæculi vi. a Christiano Lupo vulgatum, cujus auctor ubique Origenem pulsât, Eusebium citat in opere apologetico pro Origene. Sed martyris & ipsius Eusebii Casarensis nominibus prænotari testatur epistola cxcviii. apud Baluzium in Nova collectione tomo I. pag. 895. Jam videmus quo evadat Hieronymi argumentatio adversus Apologeticum, a Rufino translatum, ubi ait: si liber PRIMUS non Eusebii, sed Pamphili est, de SEX libris quis erit PRIMUS Eusebii? Is erit liber Pamphili. Sed alia ratio librum primum uni Pamphilio vindicat. Eam accipe; sed Picum pro eo loquentem prius audire necesse est. Eusebius apud Hieronymum, inquit Picus, probare conatur. Origenem fuisse Arianum. Atqui in Apologetico Pamphili nihil aliud agitur, quam ut probetur, Origenem non fuisse Arianum, quæque hæresim Arii confirmantia, in ejus libris occurrunt, non ab illo scripta, sed ab Arianis intrusa. Ergo omnino diversus sit liber iste ab illo necesse est, qui contrariam causam tuetur. Porro librum hunc primum Apologiæ, in sex libros distinctæ, solus Pamphilus scripsit, teste Hieronymo in Catalogo, quem is ante decennium ediderat, adeoque tempore puro, necdum ab ulla cum Rufino inimicitia turbato. Ait enim cap. lxxv. Pamphilus scripsit ANTEQUAM Eusebius Casarensis scriberet, Apologeticum pro Origene, sive, ut qui est

est liber primus Apologiæ in sex libros postea distinctæ. His verbis Hieronymus in antecessum explicavit quod postea scripsit cap. LXXXV. ubi inter Opera Eusebii hoc legitur: *Apologia pro Origene libri sex.* Hujus Apologiæ quatuor subsequentes libros *Pamphilus & Eusebius* postmodum collatis studiis una scripserunt in carcere. *Pamphilo* denique martyrii gloria coronato, totum librum *sexto* de suo Eusebio adjunctum, quem unum pro Eusebiano Gelasius I. pontifex agnovit in Decreto, a nobis sincere edito, dum cap. III. de Eusebio ait: *quod in laudibus atque excusatione Origenis Schismatici UNUM conscripserit LIBRUM.* Non ergo *sex*, sed *unum* tantum, nempe *sexto* librum de suo Eusebio procedit. In Synodo VII. œcumenica Aetione v. apud Labbeum tomo VII. pag. 367. Antipater Bostrorum episcopus *Apologiam Eusebii*, non *Pamphili* refutasse traditur, quia, ut puto, hunc unum librum *sexto* refutavit; qua enim ex *Sermone primo contraditionum* Antipater recitantur, præexistentiam animarum refellunt, de qua Pamphilus omnino silet. Floruit Antipater A. D. 460. ex Norisio in Dissert. de Synodo v. cap. XIII. Is in causa esse potuit, cur postea Gelasius A. D. 494. in Decreto eundem librum unum notaverit. Jam patet, cur uni *Pamphilo*, & non etiam *Eusebio* unus liber *primus* tribuatur. *Pamphilo* quoque tribuit *Gennadius*, ut postea monstrabo. Ad hæc antiquissimus auctor Prædestinati, quem ante natam *Eutychii* hæresim, hoc est ante A. D. 447. prodidisse constat, quemque alii *Primasio*, alii *Arnobio* juniori adscribunt (qua de re vide præfationem tomi I. Operum Sirmondi §. VII.) ipsum Apologeticum uni *Pamphilo* hisce verbis tribuit cap. XXII. *quicumque usque hodie Origenem legit, si prudenti cum novit recitatione distinguere, deprehendit loca ab hæreticis maculata: quod ita esse Pamphilus in suo Apologetico declaravit.* Rursus cap. XLIII. sic loquitur: *hic (Pamphilus) EDIDIT Apologeticum & omnia, quæ Catholicis ignorantibus mentiuntur, exclusit, ostendens, ea, quæ reprehensibilia inveniuntur in ejus opusculis, Origenis non esse.* Hic auctor scripsit post concertationes hæc de re inter Hieronymum, *Rufinumque* editas, & tamen *Rufini* de *Pamphilo* sententiam amplecti maluit. Jo: Trithemius in Catalogo cap. XLVII. & Baronius etiam A. D. 256. §. XI. ab hac sententia nequaquam discedunt. Quum vero universæ *Apologiæ* maxima pars, sive toti libri quatuor, *primo & sexto* intermediis, duos simul *Eusebium & Pamphilum* indiscriminatim auctorem haberent, *sexto* que insuper totus esset *Eusebii*, haud mirum est, si *Eusebius*, omnium conditor ab Hieronymo aliique interdum dictus, sive etiam creditus. Post Synodici auctorem, & Photium, Nicephorus Callistus lib. X. cap. XIV. mixtim totos sex libros *Pamphilo* perinde ac *Eusebio* propterea adsignavit, quod omnes in uno codice junctim, non separatim occurrerent. Nec sane *primum* a quinque reliquis avelli oportuit, si in omnibus unicum argumentum duo auctores simul tractabant, adeoque totum opus generatim *Pamphili & Eusebii* pro Origene Apologia dici jure & merito potuit. Tot rationum momenta

RUFINUS .
LIB. V. CAP. V.

fuis omnino calculis adprobavit Lucas Holstenius in notis Mfs. ad Catalogum Bellarmini, ubi de Origene agitur: *imo, inquit, primus liber indubitate est solius Pamphili. Ceteri Pamphili simul & Eusebii, nimirum excepto ultimo, qui est solius Eusebii.*

IV. Aliam Hieronymi conjecturam examinemus. Liber primus sub nomine Pamphili a Rufino translatus subsequentes quinque commemorat. Ergo omnes ab uno ingenio Eusebii prodierunt; non enim Pamphilus primi auctor solus reliquos etiam tanquam suos, commemorasset. Hoc tamen unde viro magno exciderit, ignoratur. Nam in Pamphili Apologetico adhuc superstite, nullam prorsus subsequendum librorum fit mentio: neque eam faciendi ulla fuit causa, quum in uno libro suo, undecunq; absoluto Sanctus martyr Pamphilus argumentis suo tempore in Origenem excitatis, plene respondeat, vir scilicet Adamantii usque adeo studiosus, ut *maximam partem Origenis voluminum sua manu descripserit*, inquit Hieronymus in Catalogo cap. lxxv. Norisius in Dissert. de Synodo v. cap. xiii. Hieronymum ait loqui de libro I. non prout corruptus fuit a Rufino, sed prout in autographo Cæsareensi exstabat. Vereor tamen, ut hoc verum sit. Verba ejus hæc sunt in Apologiæ lib. I. *in ipso volumine, quod tu Pamphili simul, sequentium librorum facta mentio est.* Atqui volumen, quod Pamphili a Rufino *simulari* dicebatur, est idem ipsum, quod Rufinus vulgavit. Sua enim versione latina hoc *simulare* creditus est, quanquam nec *simulavit* quod revera offeruit. Quod vero subjungit Stridonensis Pater: *in secundo quoque & reliquis dicit Eusebius quid in primo libro ante jam dixerat, & quod eadem repetere non audeat*; hoc Pamphili causam nequaquam evertit; in secundo enim & posterioribus libris mentio *primi* utique fieri potuit; immo & debuit, quum hic *primus* jamdudum ab solo Pamphilo, post modum *quatuor* reliqui ab Eusebio simul & Pamphilo, *sexus* denique ab solo Eusebio conscripti fuissent. Causa quam Hieronymus a Rufino sciscitabatur, cur *primum* dumtaxat, & non *quinque* reliquos transtulisset, hæc fuit, quia non Eusebii simul & Pamphili, sed unius Pamphili indubitatum pro Origene testimonium, per se integrum & completum, producere voluit, Hinc nulla libros reliquos, ab utroque, non ab uno Pamphilo scriptos, transferendi necessitas fuit. Quid? Quod idem Rufinus in prologo suo ad *Mucianum* se unicum Apologetici librum sibi vertendum proposuisse testatur? *librum ejus (Pamphili) quem pro Origene in Græco scripsisse traditur, transferrè tibi popseceris in latinum.* Non libros, sed *librum* memorat. Verba *scripsisse traditur*, nobis ostendunt rem omnium vulgata, communique traditione notissimam, adeoque tunc primum haud sine consuetam.

V. Hæc repræsentare visum est, ut intelligatur, Pamphilum martyrem ex Apologiæ possessione hucusque non dejici. Jam reliquas conjecturas ad examen vocemus. Eusebius *tres libros scripsit* de vita Pamphili, in quorum ultimo hæc tradit: *ipse quidem PROPRII OPERIS nihil*

nihil omnino scripsit exceptis EPISTOLIS, quas ad amicos forte mittebat, intantum se bumilitate dejecerat. Ex Vita Pamphili, nunc deperdita, hæc Hieronymus lib. I. Apologiæ pag. 359. quibus de suo ista subiungit: defensor Origenis, & laudator Pamphili (Eusebius) dicit Pamphilum nihil omnino scripsisse, nec PROPRII quicquam condidisse SERMONIS: & hoc dicit, jam Pamphilo martyro coronato, ne babeas suffugium, post editos ab Eusebio libros, hoc Pamphilum scripsisse. Utrum verba proprii operis, & proprii sermonis discrimen aliquod in Græco Eusebii contextu fuisse prodant, puta propria doctrina, quum nobis desit ipsum opus Eusebii, divinare non possumus. Interim certe Eusebius non dicit, Pamphilum nihil operis, sed nihil proprii operis condidisse, & ejus Apologia nihil habet PROPRII operis, sive doctrina, quandoquidem contra malam doctrinam, Origeni objectam, veram ejus doctrinam, ipsis Origenianis verbis expressam, opponit, ut ex utriusque mutuo collatae discrimine clare evincatur, Origenis scripta ab hæreticis fuisse corrupta, quum hanc unam quæstionem pertractet, fuerintne libri Origenis corrupti, necne: quod non est proprii operis aliquid condere. Ad hæc qui ipsum Epistolas scripsisse testatur, utique etiam testatur, eum aliquid proprii sermonis scripsisse. Ideo enim Eusebius adjecit: EXCEPTIS Epistolis, quod hæc proprii sermonis essent; & fortasse id addidit, ut hoc eadem opus exciperet. Hinc Hieronymus epistoliarum auctores scriptoribus Ecclesiasticis adnumeravit, uti præter Apostolos, Ignatium, Polycarpum, aliosque. Atqui Pamphili Apologeticus, integris locis Origenianis constat præter initium, quod nihil aliud est, quam Epistola ad Confessores. Quare id quod in hoc opere ad Pamphilum pertinet, Epistola potius dici potest, quam liber. Aliud opusculum Pamphili martyris, sed non proprii sermonis, sive doctrina, est expositio capitum Actuum Apostolorum, nuperrime editum ab amico nostro V. C. Domino Bernardo de Montfaucon in Bibliotheca Coisliniana pag. 78. Eam antea sub ementito nomine Euthalii Episcopi Sulcensis ediderat alter amicus noster Laurentius Zacagnius in Monumentis Ecclesiæ Græcæ pag. 428. Hujus expositionis cum Apologia comparatio, Pamphilum utriusque auctorem esse omnino confirmat, licet latinam tantum Apologia versionem habeamus. Nec ceteroqui Hieronymus Apologiae stilum Eusebiano conformem esse pronuciavit: & sane lector discrimen aliquod intercedere non distabitur. Hæc eadem Pamphili opuscula fortasse comprehendendi quodammodo possunt nomine Indicium librorum Origenis, quos Eusebius lib. VI. Hist. cap. xxxi. a Pamphilo scriptos fuisse testatur. Revera enim Indices, sive excerpta doctrinæ Origenianæ & in Sacram Scripturam, continere videntur.

VI. Pro Pamphilo Hieronymus ipse adducebatur, qui ante decenium in Catalogo suo Apologiam pro vero fetu Pamphili memoraverat, Græce conscriptam, necdum a Rufino in latinum sermonem conversam: tunc enim Hieronymus nullum imposturæ vestigium, nulla

RUFINUS . mendacia , nullasque hæreses in exiguo libello deprehenderat , alias au-
 Lis-V. Cap. V. tore Catholico & martyre dignum certe non iudicasset . Quin eum le-
 gerit , dubitari nequit , quum in prologo Catalogi se excuset , si eos
 prætermisit , quorum *scripta non legit* . Hieronymus hoc argumento
 pulsatus , respondet lib. II. Apologiæ I. pag. 419. se in hoc a *Rufino* , qui
 codicem communicaverat , falsum fuisse : *posui & hunc librum a Pam-
 philo editum , ita putans esse , ut a te & tuis discipulis fuerat divulga-
 tum . Itaque fraudem tuam errori meo imputare non debes* . At alibi non
 in *Græco* , sed in *Latino* contextu fraudem a Rufino commissam dicit , &
 generatim dicit . *Rufinus* tamen hæc omnia diluit in epistola , nunc de-
 peredita , contra quam librum III. suæ *Apologiæ* scripsit Hieronymus .
 Ego vero puto , *fraudem* illam , si qua fuit , in *inscriptione* , non in *con-
 textu* operis indicari . At si Hieronymus postea codicem reperit , a li-
 brariis solo *Eusebii* nomine prænotatum , contra est Eusebius ipse , qui
 illum non sibi solum , sed *Pamphilo* etiam adscripsit : neque Photius in
 Græcis hujus *Apologiæ* codicibus , qui ejus ætate supererant , ullum ex
 erroribus deprehendit , quos Hieronymus generatim ait se deprehen-
 disse , quosque in latina translatione a Rufino sublatos fuisse conquiritur .
 Hic idem Sanctus Pater ante finem epistolæ XII. alias LXV. ad Pam-
 machium & Oceanum multis aliis variisque inter se conjecturis librum
 Pamphilo abjudicare conatus fuerat , quas paucis recensere non
 pigeat .

1. Ait , ab amicis & sectatoribus Origenis constat sub nomine
 Pamphili , ut Adamantium testimonio martyris ab infamia vindicaret .
 Hanc conjecturam postmodum parvi fecit , dum alias ab hac diversas
 excogitavit .

2. Ex collatione stili agnosci non posset , ait , utrum sit Pamphili ,
 quum aliud ejus opus non reperiatur . De aliis Pamphili scriptis supe-
 rius jam dixi : & si opus genuinum comparatione stili nosci non potest ,
 non ideo in dubium verti debet . Sed nec Hieronymus stilum Apologiæ
 Eusebiano conformem esse dicit .

3. Sex librorum Apologiæ Eusebii *principium* contineri , ait , in Apo-
 logia , quæ Pamphilo adscribitur . Non tamen Eusebii , sed Pamphili
principium illud esse monstravimus .

4. Quum Eusebius & Pamphilus inter se ita convenerint , ut unus
 ab altero cognomen acceperit , illi ab se invicem dissentire non potue-
 runt , ut Eusebius Origenem probarit Arianum , Pamphilus vero Catho-
 licum ; sed in carcere simul pro una causa fidei catholicæ detentos fuisse ,
 certissimum est . Quod si postea Eusebius alio abiit , haud inde consequi-
 tur , Pamphilum non scripsisse quod scripsit , immo vel hinc patet , librum
 Pamphili alium esse a libris Eusebii .

5. Hinc adstrui , Apologiam non Pamphili , sed Didymi opusculum
 esse . Hanc quoque sententiam postea deseruit .

6. Vel saltem cujuslibet alterius , qui ex principio sex librorum Eu-
 sebi .

febii illam compegerit, reliquis libris inter se postea compactis. Rei veritas firma consistit, etiamsi principium sex librorum sit Pamphili, ceteri Eusebii.

RUPINUS.
LIB. V. CAP. V.

7. Concedit, opus esse Pamphili; sed necdum martyris, qui tamen postea martyrio suo errorem Origeni defendendo impensum deleverit. Hoc tamen eo imbecillius est, quod Pamphilus ex Photio codice cxviii. opusculum in eodem carcere scripserit, in quo A. D. 307. postquam tormentorum vim subiisset, clausus fuerat, teste Eusebio de martyribus Palæstinæ cap. vii. Quare ex more illius ævi tunc erat vere martyr. Deinde biennio serius extremum martyrium subiit.

Sed ipsa verba Hieronymi, licet fusiora, exhibeamus, ut conjecturarum pondus facilius ex se pateat: *quod Pamphilum proferunt laudatorem ejus (Origenis) gratias illis (Rufino) ago meo nomine, quod dignum me putaverunt, quem cum martyre calumniarentur. Si enim ab inimicis Origenis libros ejus (Origenis) dicitis esse violatos, ut infamarentur, quare mihi non liceat dicere, ab amicis ejus & sectatoribus compositum esse sub nomine Pamphili volumen, quod illum (Origenem) testimonio martyris ab infamia vindicaret? Ecce, vos emendatis in Origene libris quod ille non scripsit: & miramini, si edat aliquis librum, quem ille non edidit? Vos in edito opere potestis coargui. Ille (Pamphilus) qui nihil aliud edidit, facilius patet calumnia: date quodlibet opus Pamphili: nusquam reperietis. Unde igitur sciam, quod Pamphili sit? Videlicet stilus & saliva docere me poterit. Nunquam credam, quod doctus vir primos ingenii sui fructus questionibus & infamia dedicavit: & ipsum nomen Apologetici ostendit accusationem; non enim defenditur, nisi quod in crimine est.* Hucusque Hieronymus, cujus verba hoc loco Tillemontius me prærupere cogit, qui in Commentariis Historiæ Ecclesiasticæ to. v. pag. 750. Hieronymum mirari se ait, quod quum libro I. & II. Apologiæ suæ Pamphili opusculum vocasset *primum sex librorum Eusebii*, postea semel, iterumque, ut videbimus, *sexti libri Eusebii principium* vocaverit. Qui fuerat *primus*, cur jam dicitur *sexti principium*? Halloixius in Origene defenso lib. iv. pag. 226. hoc loco Hieronymum secum pugnantem deprehendere sibi videtur. Tillemontius vero ait, ei raptim scribenti hæc excidisse. Sed Norisius in Dissertat. de synodo v. cap. xi. non Hieronymi, sed librarii mendam esse detexit, qui scilicet verba contracta vi. lib. *Eusebii*, reddiderit; adeoque nulla in Hieronymo est contradictio: cujus verba, quæ superius adducta mox subsequuntur, hæc sunt: *Sexti libri (lege sex librorum) Eusebii super Origenis defensione principium usque ad mille ferme versus liber iste, qui Pamphili dicitur, continet; & in reliquis scriptor ejusdem operis profert testimonia, quibus nititur approbare, Origeneum fuisse Catholicum. Eusebius & Pamphilus tantam inter se habuerunt concordiam, ut unius anima homines putes, & ab uno alter nomen acceperis (Eusebius enim Pamphili dici voluit).* Quomodo igitur inter

RUFINUS.
LIB. V. CAP. V.

ter se dissentire potnerunt, ut Eusebius in toto Opere suo Origenem Ariani probet dogmatis, & Pamphilum Nicæna Synodi, qua fuit postea, defensores? Ex quo ostenditur vel Didymi, vel cuiuslibet alterius, esse opusculum, qui sexti libri (lege sex librorum) capite detruncato, cetera membra sociarit. Sed concedamus ex superfluo, ut Pamphili sit, sed necdum martyris, ante eum scripsit, quam martyrium perpetretur: at quomodo, inquis, martyrio dignus fuit? Scilicet ut martyrio dele-ret errorem, ut unam culpam sanguinis sui effusione purgaret. Quanti in toto orbe martyres antequam caderentur, variis subjacerunt peccatis? Hæc fusius ex Hieronymi epistola referre placuit, quod cum aliis ejus testimoniis collata clare ostendant, ipsum in hac de Pamphilo quæstio-ne suis conjecturis parum fidisse, dum aliis postea rationibus libri au-ctoritatem elevare conatus est, quasi non amplius Didymum, sed Eu-sebium auctorem haberet: qua in re Tillemontius Rufinum æque ac Hieronymum probe statuisse affirmat, quum uterque simul collatis ope-ris Apologiam pro Origene scripserit, testibus Eusebio, Socrate, & Photio. Distinctione tamen, a nobis superius expressa, uten-dum est.

Verum Hieronymus librum non esse Pamphili propterea conten-dit, quod iniquum videretur, a martyre hominem defendi, cujus scrip-ta postea damnassent Anastasius Pontifex & Theophilus Alexandrinus Episcopus. Hieronymi verba hæc sunt lib. 1. pag. 359. *quid facient epi-stola Theophili Episcopi? Quid Papa Anastasi in toto orbe hæreticum persequentes, quum liber tuus sub nomine Pamphili editus pugnet con-tra Epistolas eorum, & Episcopali nomini testimonium martyris oppona-tur? Sed Jo: Picus pro Rufino respondet, illorum propositum fuisse, hæ-reses illas, & falsa dogmata cujuscumque essent, evellere, quia hoc ad fidem & religionis stabilimentum noverant pertinere. Origenis autem ea esse, ut putabatur a multis, aut non esse, Picus censet Pontifices pa-rum curaturos, immo gratum futurum, si certe probari potuisset, hæ-reses illas non fuisse ab Origene traditas; pro Fide enim hoc faceret, non contra Fidem; contra hæreticos, non pro hæreticis, qui tanti viri testimonio innixi errorem suum illius nomine tuebantur. Ergo contra Anastasi & Theophiti epistolas liber Pamphili non pugnabat, in quo hæreses ab illis damnatæ non excusabantur, sed illarum asertoribus tantus patronus eripiebatur, quemadmodum Sandio & aliis nefandissimis nostri temporis Arianis a Socino instauratis ætipitur. Nec unus vero fuit Pamphilus Martyr, qui Origenem antequam damnaretur, a suspi-cionibus purgare studnerit, quandoquidem hoc etiam a magno Athana-sio præstitum notat Bernardus de Montefalconis in præfatione ejus ope-rum pag. x. §. 6. & Dominus de la Motte in Historia Tertulliani & Ori-genis, Lugduni edita A. D. 1691. lib. 1v. cæp. vi. pag. 416. non dissi-cat, aliqua ejus scripta ab hæreticis fuisse corrupta. Nec ideo tamen Athanasius contra Anastasium & Theophilum pugnare dicendus est:*

quem

quem quidem Origenem, inquit Picus pag. 134. *si illa persequuntur epistola* (Anastasi & Theophili) *certum est, quod non nisi ut illarum creditum opinionum hæresarcham, persequuntur*. Pamphili Apologetico se responsum promittit Hieronymus lib. II. contra Rufinum, quod tamen minime præstitit, quanquam postea xx. annos superfuit. Ceterum si Pamphilus fidem catholicam Verbi semper defendit; sique Rufinus Pamphili Apologiam verbum de verbo exprimens, quædam tantum, ut Hieronymus objicit, quæ Filium Dei & Spiritum Sanctum respicerent, immutavit, ceu scripta antequam hujusmodi quæstiones propriis formulis in Ecclesia definirentur, fieri potuit, ut Pamphilus in sententiis luculentissimis apud Origenem investigandis accuratior undequaque non fuerit. Quæ vero mendacia officiosa pro peccatis haberi non putant, credere etiam poterunt, Rufinum eo devenisse, ut loca consubstantialitati faventia, illis, quæ revera Pamphilus scripserat, supponere non dubitaverit. Beatus Rhenanus in præfatione ad Sixti sententias, a Rufino editas, hanc ipsam suspensionem, seu potius calumniam his verbis manifestavit: *olim antiqui si quando expedire videbatur, a piis hoc genus mendacioris non ita abhorrebant*. Mitto aliam Rhenani futilitatem, ubi ait, non Rufinum, sed Eusebium primum pro Origene librum Pamphilo martyri inscripisse. Verum quum hæc aliunde certo sciri non possint, quam ex Græco Apologia codice, quo caremus, Rufino istud male fidei crimen impingi non debet ob unas suspensiones Hieronymi, qui in lib. I. Apologiae cap. III. sic scriptum reliquit: *professa inimicitia suspicionem habent mendacii*. Quid? quod Rufinus in libro Apologiae contendit, nullam omnino hæresim in libro Sancti Pamphili, ab se latine reddito, occurrere, Hieronymumque generatim dumtaxat eum accusare: sique id speciatim præstaret, se accusationis injuriam omnibus ostensurum. Photius certe, iis quæ Arianam labem redolere possent, maxime infestus, quum in hac Apologia ab se Græce perlecta, nihil censura dignum offenderit, jure affirmari potest, nihil Arianis propitium in illa occurrisse. Hoc ipsum in Defensione Fidei Nicænæ sect. II. cap. 11. §. 20. Bullus affirmat, nihilominus putans, Rufinum aliqua sustulisse, quæ duras suspectaque sententias præferre viderentur, nullo interim loco superaddito, quem Pamphilus non scripserat. Sed si Photius, vir perspicacissimus, & in articulo de Trinitate catholicus, hæc eadem in codicibus Græcis, ab se perlectis, nequaquam vidit, Rufinus ea videre, & suoapte arbitrio rescare potuisse quis credit? VI. Jam vero ad Hieronymi Apologiam redeamus. In libro I. Rufinum arguit conquerentem in se dicta putare quæ in epistola contra Origenistas Hieronymus scripserat: quumque a Rufino vapulasset, eum insimulante quod Judæum Barrabam, præceptorem, adhibuisset, hunc non Barrabam, sed Baraniam dictum lepide ostendit, seque Judæum audivisse testatur, quomodo Origenem legerat, scilicet, *non ob fidei veritatem, sed ob eruditianis meritum*. Aquilejam ad manus Rufini perla-

RUFINUS.
LIB. V. CAP. V.

lata epistola paschali Theophili Alexandrini, in qua fufe damnabantur errores Origenis, is ita exhorruit, ut aures suas obturaret, eos ab se ante ignoratos & ipse condemnans. Hieronymum hoc dicentem audiamus: *lectis nuper Papæ Theophili epistolis, in quibus Origenis exponit errores, dicitur obturasse aures suas, & auctiorem tanti mali clara cum omnibus voce damnasse, & dixisse, usque ad illud tempus se ignorasse, quod tam nefaria scripserit.* Theophilus A. D. 403. vulgavit epistolam paschalem pro A. D. 401. quæ prima fuit in tempore, quanquam in ordine sit secunda inter opera Hieronymi, qui eam cum ceteris latine vertit. Singulas postea suis annis accurate restituit Norisius in Historia Pelagiana in Inque Dissertatione pro Sancto Siricio. Hieronymus ait, *Rufinum quæ interpretabatur, ignorare non potuisse. Egred fert, suas enarrationes in Paulli epistolam ad Ephesios, ab illo accusari; sed hoc se ex relatu amicorum, non ex Rufini scriptis didicisse fatetur: sama enim, inquit, ad me criminum ejus, non scripta venerunt, & stultum est juxta Apostolum, pugnis aërem verberare.* Nectamen ideo sui defensionem tacitus præterit. Non diffitetur, se in *Commentariis ad Ephesios* varias sententias Origenis, *Didymi, & Apollinarii*, qui inter se contraria habent dogmata, lectorum judicio probandas vel improbandas exhibuisse; ita tamen ut fidei suæ non amitteret veritatem. Rufinum carpit ob jactationem scientiæ Græcorum, & oblivionem patrii sermonis: *prætermitto, ait, Græcos, quorum tu jactas scientiam, & dum peregrina seclaris, pene tui sermonis oblitus es, ne veteri proverbio, sus Mineravam, docere videar, & iu sitvam ligna portare. Illud miror, quod Aristarebus nostri temporis puerilia isto nescieris, quanquam tu occupatus in sensibus, & adstruendam mibi calumniam cervulus, Grammaticorum & Orationum præcepta contempseris, parvi pendeus hyperbata post anfractus reddere, asperitatem evitare consonantium, biulcam fugere dictionem. Et infra, nisi forte se literas non didicisse jurabit: quod nos illi & absque juramento perfacile credimus.* Neque illum instar Paulli Apostoli, sermone imperitum, scientia doctum haberi vult, quem sic ridendum proponit: *tu qui in latini; mustita, & testudineo gradu moveris potius, quam iucedis, vel Græce debes scribere, ut apud homines Græci sermonis ignaros aliena scire videaris; vel si latina tentaveris, ante audire Grammaticum, ferula manum subtrahere, & inter parvulos Anuvvicos (idest senem scholasticum) artem loquendi discere.* Hinc ostensurus, Originistas inter se *Orgiis mendaciorum fœderari*, tranfit ad Stromata Origenis, ex quorum libro vi. locum adducit, ubi tradere videtur, aliquando licere mentiri. Suam Psalmi xl. interpretationem, & sex loca in Commentario ad Ephesios, quæ a *Rufino* reprehendi Paulinianus retulerat, fufe tuetur; de quo Commentario sic loquitur: *decem & octo sermone anni sunt, ex quo istos dictavi libros.* Scribebat hæc Hieronymus A. D. 401. Ergo ad Ephesios commentabatur circa A. D. 384. non vero 387. ut visum Tillemontio in Vita Hieronymi Artic. xviii. pag. 114.

In responsione ad tertium locum epistolæ ad Ephesios, ab Rufino reprehensum, aliam iterum notam chronologicam habemus lib. I. pag. 377. ubi ait: *pro quo (Origene) compulsus sum ante BIENNIUM brevi libello tuis contra me præconiis respondere, nempe A. D. 399.*

VII. Hieronymus, quem Rufinus ut *maledicum & sacrilegum* accusaverat, prius crimen diluit, se contra nullum, nisi contra invidios loquutum ostendens. Hujusmodi vocat *Luscium Lavinium, vel Afinium Pollionem de genere Corneliorum*. Hæc vocabula *Rufinum* denotant, aliumque monachum; ejus studiosum, ad *Cornelios* genus suum referentem. Ad posterius, quod est sacrilegium & somnii perjurium, ita respondet: *dixi, me seculares literas deinceps non lecturum. De futuro sponso est, non præterita memoriæ abolitio*. Hoc amplius persequitur, sibi somnium suum objici conquerens, quum scriptum sit: *nec adulterium somnii ducti ad Tartarum, nec corona martyrii in cælum levat*. De Rufino sic etiam scribit: *nimirum iste est Sallustianus Calpurnius, qui nobis per Magnum oratorem non magnam moverat quaestionem, cui libello brevi satisfecimus*. Infra in epist. LXXXIII. alias LXXXIV. ad Magnum hæc habet: *sed per te mihi proponi ab ALIO quaestionem, qui forte propter amorem historiarum Sallustii, Calpurnius cognomento Lanarius est*. His alludit ad ejusdem nominis nebulonem, qui prodidit Livium Salinatorem apud Plutarchum in Sertorio. A Hieronymo prope finem Rufinus pungitur, ut severus & gravis: *ego certe ut tibi, homini severissimo, risum moveam, & imiteris aliquando Crassum, quem semel in vita dicit risisse Lucilius; memini me puerum cursitasse per cellulas servulorum &c.* Eundem iterum taxat, quasi literas Græcas ex se didicisse gloriaretur: *miraris, si ego literas Latinas non sum oblitus, quum tu Græcas sine magistro didiceris*. Mox ejus stilum, & rationem scribendi ironice fugillat: *en tu, qui in me parvam criminariis scientiam, & videris tibi literatulus atque Rabbi, responde cur scribere aliqua ausus sis, & virum disertissimum Gregorium pari eloquii splendore transferre? Unde tibi tanta verborum copia, sententiarum lumen, translationum varietas, homini, qui oratoriam vix primis labris in adolescentiâ degustasti? Aut ego fallor, aut tu Ciceronem occulte lætitas: & ideo tam disertus es, mibique lætitionis ejus crimen intendis, ut solus inter ecclesiasticos tractatores eloquentiæ flumine glorieris, licet magis philosophos sequi videaris, spinas Cleantis, & contorta Cbryssippi, non ex arte, quam nescis, sed de ingenii magnitudine. Et quoniam Stoici Logicam sibi vindicant, & tu hujus scientiæ deliramenta contemnis, in hac parte Epicureus es: nec quæris quomodo, sed quid loquaris. Quid enim ad te pertinet, si alius non intelligat quid velis dicere, quia non ad omnes, sed ad tuos loqueris*. Hanc stili Rufiniani censuram ita concludit: *denique & ego scripta tua relegens, quanquam interdum non intelligam quid loquaris, & Heraclitum me legere putem; tamen non doleo, nec me pœnitet tarditatis: id enim in legendo pœtor, quod tu pateris in scribendo.*

RUFINUS .
LIB. V. CAP. V.

bendo. Denique libro I. finem imponit, Chryfogonum Rufini amicum arguens, a quo reprehendebatur quod per baptismum bigamiam tolli dixisset, nec eum esse bigamum vellet, qui unam ante, alteram post baptismum duxisset uxorem. Ei tamen epistola LXXXII. alias LXXXIII. ad Oceanum scripta respondit, Carterii in Hispania episcopi ordinationem defendens, qui unam ante, alteram post baptismum uxorem suscepserat.

VIII. Postquam Hieronymus crimina sibi a *Rufino* impacta priore libro diluisset, mox ejusdem Apologiam ad Anastasium Pontificem refutare adgreditur, in qua sibi calammia strui videbatur; idque præstat Apologiam particulis identidem recitatis. In *Rufino* modestiam desiderat ubi *fidem & charitatem* suam laudat: nec ferre potest, illum ad summum Pontificem contra *latratores suos misisse baculum literarum*. Irridet excusationem, quod propter ætatem & affinium post xxx. annos amplexum pro sui defensione Romam non properaverit: *illud vero*, inquit, *ridiculum, quod post triginta annos ad parentes se reversum esse jactat, homo, qui nec patrem habet nec matrem, & quos viventes juvenis dereliquit, mortuos senex desiderat: nisi forte parentes, militari vulgarique sermone, cognator & affines nominat: quos quia non vult deserere, ne inhumannus putetur aut durus, idcirco patria (Concordia) derelicta, Aquileja habitat. Periclitatur Roma illa probatissima fides ejus: & hic sapiens & lastulus post triginta annos per mollissimum Flaminia iter esse do venire non potest: sicque præterit longi itineris lassitudinem, quasi triginta annis semper cucurrerit, aut biennio Aquileja sedens præterit itineris labore confectus sit. Carceres & exilia Rufinum Alexandria pro Fide subivisse non credit absque judicium sententiis, & nisi prodant confessionis suæ acta. Ad hoc alibi a nobis responsurum est. Confessionem, quam de Trinitate & resurrectione protulerat, variis quæstionibus turbat. Sententiam de judicio & Diabolo etiam exagitat, quasi peccata hominum non arbitrii libertati, sed uni Diabolo ab Rufino imputarentur. Hoc tamen postea lenire videtur his verbis: *verum hæc possunt quasi simplicis hominis excusari: & quam eruditos non subterfugiant apud indoctos præferre innocentia similitudinem*. Rufinus scripserat: *dicimus quoque judicium futurum, IN QUO judicio nunsquisque recipiet propria corporis*. Hoc Hieronymus sic carpit: *dixerat judicium futurum sed homo cautus timuit solum dicere IN QUO, & posuit IN QUO JUDICIO, ne si non secundo repetisset judicium, nos oblii superiorum, pro judicio Assinam præteremus*. Dixerat etiam Rufinus: *qui criminantur fratres, cum ipse pariter æterni ignis hereditate POTIENTUR*. Hoc item carpit Hieronymus: *quis enim, inquit, nunquam audivit POTIRI ignibus, frui suppliciiis? Agnoscit Græci sermonis translationem sed, ait, homo Græcus videtur mihi seipsum interpretari voluisse, & pro eo quod apud eos (Græcos) dicitur *καταγορεύουσιν*, & apud nos uno verbo dici potest HEREDITABUNT, & ornatus HEREDITATE POTIENTUR. Huiusmodi nugis & acyrologiis**

vologiis omnis ejus scætet oratio. Nullum profecto est dubium, quia Hieronymus latinis scriptoribus versandis assuetus, in copia & elegantia sermonis Rufino præstiterit, qui ultro suæ tricennali inter Græcos peregrinationi vitio vertebat, si aliquando, minus latine scribens, offenderet. Eum tamen sæpius in hoc tangit Hieronymus, nam & *Theophrastum* ironice appellat, & quod *querimoniam* pro *quæstione* usurpaverit. Denique ait: *tam pudite & confuse loquitur, ut plus ego in reprehendendo laborem, quam ille in scribendo*. Mox *Arcesilam & Carneadem*, qui omnia incerta pronunciant, se Rufinum putare ait, ubi tres super animarum statu & origine ponit sententias, neutra adhuc præ ceteris ab Ecclesia probata. Infra iterum ejus sic loquutionem perstringit: *mira eloquentia & Attico flore variata! Admiror ausum illum esse hac Romam verborum portenta transmittere. Compeditam putes linguam ejus, & inextricabilibus nodis ligatam, vix in humanum sonum erumpere*. Alibi ejus *laciniosa disputationis fastidia* se fugere ait. His nondum finis, nam Hieronymus Rufino succenset quod in transferendis libris Periarcon aliqua addiderit, nonnulla subtraxerit, alia immutaverit, unde bona & mala non tam auctori quam interpreti tribuenda esse contendit. Post multa Origenis mala quum maxime hæretica enumerasset, ex hac supputatione illam summam nasci animadvertit, non aliorum esse quæ Rufinus ex Origene amputavit, cujus ideo mala interpretatus fuerit, quod putaret bona, ideoque tam bona, quam mala Origenis eidem tribuenda, cujus scripta Rufinus in prologo suo comprobasset. Ei non objici quare Origenem interpretatus fuerit, sed quod interpretatus hæretica, præfationis suæ laude firmaverit, inque eorum defensionem præmiserit *quasi martyris librum*. Deinde ita subjungit: *aut certe si ideo interpretaris, ut eum hæreticum arguas, nihil de Græco mutes, & hoc ipsum præfatione testare, quod prudentissime Papa Anastasius in epistola, quam contra te scribit ad Episcopum Johannem, suo sermone complexus est, me liberans, qui id feci, & te arguens, qui facere noluisse. Ac ne forsitan hoc quoque ueget, subjeci exemplum ejus, ut si uou vis audire fratrem monentem, audias episcopum condemnantem*.

Etiã vero Apologiæ Pamphili, quam Eusebii esse tuetur, Rufinus multa subtraxerit, & in bonam partem de Filio & Spiritu Sancto mutare conatus fuerit; adhuc tamen multa offendicula in ea reperiri ait. Didymum, certe in Trinitate Catholicum, commentariolos in libros Periarcon dictasse non diffitetur, sed extra Filium & Spiritum Sanctum, in Origenis scita descendere affirmat. Rufinus dixerat, aliorum etiam veterum scripta ab hæreticis fuisse vitiata. Sed hoc non probat Hieronymus, ratus fieri potuisse, *ut vel simpliciter erraverint, vel alio sensu scripserint, vel a librariis imperitis, eorum paulatim scripta corrupta sint: vel certe antequam in Alexandria quasi Dæmonium meridiana Arius nasceretur, innocenter quædam & minus caute loquutos, & quæ non possint peruersorum dominum calumniã declinare*. Rufinus adduxerat particu-

RUFINUS . lam epistolæ ad Alexandrinos , in qua Origenes queritur , libros suos a
 LIB. V. CAP. V. perditis hominibus fuisse corruptos , negatque , se unquam dixisse diabo-
 lum esse salvandum . De Epistolæ sinceritate inter Hieronymum & Rufi-
 num convenit . Sed vir Sanctus hoc loco in versione Rufini duo repre-
 hendit . Unum quod fraudulenter aliqua reticuerit : alterum quod sen-
 sum inverterit . Verum Halloixius lib. 1v. pag. 290. Rufinum in neutrò
 peccasse autumat , nec illa , quæ reticuit ad librorum depravationem at-
 tinere , quemadmodum uno adpectu apud Hieronymum illa adducentem
 videre est , & mox utriusque loci collatio patefaciet . Quod vero ad sen-
 sum pertinet , quanquam nobis Græca Origenis desint , tamen ex Hie-
 ronymi , & Rufini versione facile erit rem ipsam adsequi . Utranque igitur
 committamus . Id fieri voluit Hieronymus his verbis : *conferte Ori-
 genis verba , quæ supra ad verbum transtuli , his quæ ab isto (Rufino)
 non versa sunt , sed eversa .*

I.

II.

*Fragmentum epistolæ Origenis
 ex versione Rufini .*

*Fragmentum epistolæ Origenis
 ex versione Hieronymi .*

* * * * *

*Quid necesse est de prophetarum ser-
 monibus dicere , quibus sapissime
 pastoribus & majoribus natu &
 sacerdotibus ac principibus popu-
 li comminantur , & arguunt eos?
 Quæ absque nobis de sanctis scri-
 pturis elicere potestis & liquido
 pervidere quod forsitan hoc tem-
 pus sit , de quo dicitur : nolite
 credere amicis , nec speretis in
 principibus : & nunc impleatur
 vaticinium : duces populi mei me
 nescierunt ; filii stulti sunt &
 non sunt sapientes . Sapientes
 sunt , ut faciant mala ; bene au-
 tem facere nesciunt : quorum ma-
 gis misereri , quam eos odisse de-
 bemus , & orare pro illis , quam
 eis maledicere . Ad benedicendum
 enim , & non maledicendum ere-
 Hi sumus : unde & Michael quum
 adversum Diabolum disputaret
 de Moyse corpore , ne tanto quidem
 malo ausus est iudicium inferre
 blasphem-*

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

blasphemia: sed dixit: increpet tibi Dominus. Cui quidem simile etiam in Zacharia legimus: increpet tibi Dominus, diabolus: & increpet Dominus in te, qui elegit Hierusalem. Itaque & nos cupimus, increpari a Domino eos, qui nolunt cum humilitate a proximis increpari. Dicente autem Michaele: increpet tibi Dominus, Diabole, & Zacharia similiter, utrum increpet, an non increpet Deus diabolus, ipse viderit: & si increpat, quomodo increpet ipse agnoscat... Et post multa (verba sunt Hieronymi) quæ prolixum est scribere, addit. Nos hoc sentimus, quod ejicientur de regno caelorum non solum qui grandia peccaverunt, verbi gratia fornicatores & adulteri, & masculorum concubitores, & fures, sed & qui minora deliquerunt, ex eo quod scriptum est: neque ebriosi, neque maledici regnum Dei possidebunt; & tam in bonitate, quam in severitate Dei esse mensuram: unde cuncta nitimur agere consilio, in vini quoque potu, & in moderatione sermonis, ut nulli audeamus maledicere. Ergo quum propter Dei timorem caveamus in quempiam maledicta conferre recordantes illius dicti: non fuit ausus iudicium inferre blasphemiam quod dicitur de Michaele contra diabolum: & in alio loco: dominationes quidem reprobant, glorias autem blasphemant.

* * * * *

* * * * *

* * * * *

Quidam eorum, qui libenter habent criminari proximos suos, adscribunt nobis & doctrinæ nostræ crimen blasphemæ, quod

Quidam eorum qui libenter contentiones reperiunt, adscribunt nobis & nostræ doctrinæ blasphemiam, super qua ipsi vident,

RUFINUS .
LIB. V. CAP. V.

a nobis nunquam audierunt : de quo ipsi viderint , nolentes observare mandatum illud quod dicit : quia maledici regnum Dei non possidebunt , dicentes asserere me , patrem malitiæ & perditionis eorum , qui de regno Dei ejiciuntur , idest diabolum esse salvandum : quod ne aliquis quidem mente motus , & manifeste insaniens dicere potest . Sed nihil mirum mihi videtur , si adalteretur doctrina mea ab inimicis meis , & tali adulterio corrumpatur , quali adulterio corrupta est Epistola Pauli Apostoli .

runt , quomodo illud audiant : neque ebriosi , neque maledici regnum Dei possidebant , licet patrem malitiæ & perditionis eorum , qui de regno Dei ejiciuntur , dicant posse salvari : quod ne mente quidem quis captus dicere potest .

Ex utraque hac versione docentur , *Origenem* cum suis popularibus olim conquestum , libros suos ab *hæreticis fuisse corruptos* , sibi que ab inimicis affecta quæ nunquam dixisset . Hinc *Rufinus* in libro de *Adulteratione librorum Origenis* postquam ostendisset , hæreticos aliorum etiam Patrum libris furtivas ungues injecisse , nimirum utriusque *Clementis* , *Romani* & *Alexandriani* , & *Dionysii* etiam *Alexandriani* , subinde verbis ipsis *Origenis* ostensurus hujus quoque libros ab illis fuisse corruptos , inde laciniam adducere orsus est , ubi *Origenes* id proprie ostendit , nimirum ex verbis illis : *quidam eorum* . Quæ autem *Rufinus* utpote supervacanea omisit , ad librorum adulterationem non pertinet , quam solas *Origenis* querimonias generatim contineant in quosdam *Episcopos* , illi adversantes , qui hæreticis librorum ejus corruptoribus faciles aures adcommodarant . *Hieronymus* quidem ait , in tota illa *Epistola Demetrii Alexandriniæ urbis pontificem lacerari* , sed ante inimicitias suas cum *Rufino* , scriperat in Catalogo cap. *l. v. Demetrium tanta in Origenem debacchatum esse insania , ut per totum Mundum super nomine ejus scriberet* . Quare mirum non est , si *Origenes Sancti Alexandri Hierosolymitani* , & aliorum antistitum communione munitus , de suis hostibus per *Demetrium* , hominem neque a doctrina neque a sanctitate commendatum , subornatis , generatim conquestus est . Hæc tamen reticuit *Rufinus* , ut inde inchoaret , ubi *Origenes* de librorum suorum corruptoribus querebatur .

Quod spectat fidem versionis epistolæ *Origenianæ* , a *Rufino* adornatæ , quanquam nos Græca *Origenis* verba desiciunt , ex duplici tamen versione simul composita , facile colligimus , uter interpret *Origenis* sensum fidelius expresserit . *Hieronymus* in epistola ad *Pammachium* & *Oceanum* testatur , ex doctrina *Origenis* sequi *Diabolum* posse salvari ,
Ga.

Gabrielem damnari. Origenes in epistola ab Hieronymo, latine reddita, hoc suis adversariis obsecrat: *licet patrem malitia & perditionis eorum, qui de regno Dei deiciuntur, dicant posse salvari*. Origenes hoc de adversariis suis Valentinianis dicere non potuit; sed hi potius hoc ab Origene dici affirmarunt; *Diabolum* scilicet quum esset naturæ perditæ, nullo modo posse unquam nec potuisse salvari, nec *Gabrielem* damnari, quod naturæ esset salvandæ. Atqui Origenes utrunque, eorum naturæ consentaneum pronunciabat, itaut *Diabolus* libero arbitrio recte usus, salvari, *Gabriel* vero prave usus, damnari potuisset. Hinc Valentiniani Origenem increpabant, quasi dixisset, *Diabolum* esse salvandum. Hoc profecto exprimit interpretatio Rufini: *dicentes, patrem malitia & perditionis, & eorum, qui de regno Dei rejiciuntur, idest Diabolum ME DICERE, esse salvandum: quod ne aliquis quidem mente motus, & manifeste insaniens dicere potest*. Ad hæc Rufini versionem comprobant hæc verba Hieronymi libro II. Apol. juxta superius recitata, ubi Origenes, catholicæ Fidei defensor, & Candidus Valentinianæ hæreseos propugnator, disceptant: *asserit Candidus, Diabolum pessima esse natura, & quæ salvari nunquam possit. Contra hoc recte Origenes respondit, non enim peritura esse substantiæ, sed voluntate propria corrumpisse, & posse salvari. Hoc Candidus vertit in CALUMNIAM, quasi Origenes dixerit, Diaboli naturam esse salvandam. Quod ille falso objecerat, hic refutat*. Ex his patet, Origenem ubi ait, *Diabolum* potuisse salvari, hoc intelligere ex parte naturæ, non malitiæ, ut Valentiniani Adamantio inique exprobrabant.

Reliqua libri II. Apologiæ Hieronymianæ percurramus. Quæ Rufinus de Hilarii, Cypriani, & Tertulliani libris falsatis dixerat, Sanctus Pater vertit in dubium. Verba recitat, ubi Rufinus Epiphanium, quamquam innominatum, pupugerat, eundemque a Rufini reprehensionibus tuetur. *Sex millia librorum Origenis Epiphanius, quamplurima fratrum multitudine audiente, confessus est, teste Rufino; quibus Hieronymus hæc reponit: in qua multitudine & cetera fratrum tu quoque medius eras, quando ille in sua epistola queritur pro Origenis hæresi, usarius a te dogmata esse prolata. Increpito deinde Rufino quod dixisset, se non esse defensorem Origenis, neque assertorem illius, se scripturam minatur contra libros Pamphili & Eusebii, si Dominus vita hujus dederit spacium. Dedit autem, ut dixi, ferme ad vicelesimum annum, nec tamen quidquam scripsit præter illa, quæ his literis consignavit, se primo vidisse, scribens, librum Pamphili in codice Rufini, & non sibi fuisse curæ, quid pro hæretico diceretur, sic semper habuisse, quasi dicebat esset opus Pamphili & Eusebii. Postea vero questione mota scriptis eorum respondere voluisse, & ob hæc causam legisse quid pro Origene unusquisque sentiret, perspicueque deprehendisse quod primus liber sex voluminum Eusebii ipse esset, qui unus sub nomine Pamphili (a Rufino) editus fuerat, tam Græce, quam Latine, immutatis dan-*

RUFINUS .
EIB. V. CAP. V.

duntaxat sensibus de Filio & Spiritu Sancto, qui apertam blasphemiam proferebant. Hinc ait factum, ut ante annos ferme decem, nempe A.D. 392. Pamphilum, tanquam hujus libri auctorem, in Catalogo suo recensuerit cap. lxxv. Ad hæc queritur, *commenticiam* epistolam sub suo nomine sparsam, in qua se pœnitere testaretur quod adolescens ab Ebræis deceptus, Ebræa volumina, in quibus nulla esset veritas, in latinum vertisset. Eusebius Cremonensis apud Episcopos Africanos, qui propter *Ecclesiasticas causas ad Comitatum* (nempe ad Aulam pontificiam) *venierant, eam se reperisse significaverat.* Concilium Carthagine habitum A.D. 401. legatos miserat ad *Anastasium* pontificem, *Venerium* Mediolanensem, & *Honorium* Augustum, ex Tillemontio in Vita S. Augustini §. 131. quos quidem legatos ex Africa secum tulisse oportet epistolam, tanquam a Hieronymo ad Africanos conscriptam. Hoc animum ejus vehementer pertulit postquam id non unius *Eusebii*, sed multorum *ex urbe fratrum scripta docuerunt, sciscitantium, an ita se haberet, & a quo ipsa epistola disseminata esset in vulgus, lacrymabiliter indicantium.* Hieronymus epistolam, ex stilo & forma eloquii sibi non esse adjudicandam, ostendit, ejusque fictionem ex conjectura *Rufino* tribuit. Sed *Rufino* obtestante, se non esse epistolæ auctorem, Hieronymus reposuit in lib. III. Apologiæ, Rufinum sibi perperam dictum putare quod nominatim ipse nemini tribuisset: *quo, inquit, non erumpat semel effrenata audacia? Aliorum crimen sibi objecit, ut nos sinxisse videamur. Quod absque nomine dictum est, in se dictum refert: & purgans externa peccata, tantum de sua securus est innocentia. Jurat enim, se epistolam non scripsisse ad Afros sub nomine meo, in qua confitear, inductum me a Judæis mendacia transtulisse: & mittit libros eadem omnia continentis, qua nescisse se jurat. Et miror quomodo prudentia ejus cum alterius nequitia convenerit, ut quod alius in Africa mentitus est, hic concorditer verum diceret, stilique ejus elegantiam nescio quis imperitus posset imitari.* Visus est tamen non alterius, quam *Rufini*, eam ex stili similitudine, judicare. Postquam *Hieronymus* pro nova sua scripturarum translatione, & contra lxx. interpretum versionem, corruptione fusius perorasset, *Apologiæ* finem imposuit, significans se tres *Rufini* libros contra se scriptos avide opperiri: *expectans tria amici volumina.* Hæc tria volumina, ut dixi, erant libri II. *Apologiæ*, sive, ut vulgo inscribuntur, *Invectivarum* in Hieronymum, Rufinique *Apologiæ* ad Anastasium Pontificem pro fide sua.

I. *Rufinus duobus Hieronymiana Apologia libris Aquilejam sibi perlati, biduo respondet epistola, nunc deperdita. II. Suos libros ad Hieronymum mittit, quem acriter carpit. III. Eiusdem epistola deperdita excerpta. IV. Anastasii Pontificis & Sancti Epiphani epistolas in dubium vocat, sequè purgans, adversarium varie percellit. V. Hieronymus a Sancto Chromatio Aquilejensi antislite monitus, ut a scribendo in Rufinum abstineret, se invitum ad sui defensionem cogi respondet, quod Rufini libri in vulgus sparsi, vagarentur. VI. Apologia Hieronymi, ejusdemque interpretationes literarum paschualium Theophili, annis & numeris suis restituta. VII. M. Antonii Sabellici judicia circa Rufinum inter, & Hieronymum contentiones.*

I. **H**ieronymus ad tria Rufini volumina, nondum plene sed summam tantummodo accepta, vix duobus Apologiæ suæ libris, superius recensitis responderat, quum horum exemplar ex Oriente Aquilejam ad Rufinum per negociatorem allatum est. Utrum illud Hieronymus ipse ad Rufinum, an alius miserit, ignoramus. Ex oriente per negociatorem allatum dubitari nequit, a quo illuc, unde venerat, prope trajectu, biduum sibi duntaxat pro responsione concessum, Rufinus ita testatus est: *ante biduum mihi quam proficisceretur barum bajulus, in manus venerunt quæ in me declamasti.* Hæc tamen Rufini responsio prorsus intercidit, proptereaquod, ut unum Hieronymum terrore & minis Rufinus compesceret, ad illum duntaxat eam miserit, nec per Italiam vulgari voluerit: quam propterea Gennadius in Catalogo suo nequaquam memorat. Quum ergo hoc quarto Rufini opere careamus, cui secundam Apologiam, seu potius librum tertium Apologiæ suæ Hieronymus statim opposuit, nos illius summam ex eodem lib. III. Hieronymiano, in quo ea Rufini responsio refutatur, nunc explicari conabimur. Itaque Rufini responsio fuit epistola, ad Hieronymum scripta. Hoc Sanctus doctor passim, & præcipue his verbis prodit: *ante biduum quam ad NOS epistolam scriberes, libellos meos in manus tuas venisse testaris, & idcirco non habuiste spacium ex ocio, respondendi. Alioquin si meditatus in nos paratusque dixisses, fulmina jacere, non crimina videris.* Rufinus hanc epistolam ad unum Hieronymum se scripisse dixit, ut eum commoneret & emendatum vellet, ne ceteris novum scandalum faceret, illique inter se rixantes, aliis mortem spiritalem inferrent: *ad me inquit, epistolam scribis, ut me commoneas, & emendatum velis, ne ceteris scandalum faciat, & aliis furentibus jugulentur alii.* Eam Hieronymus maledictis, criminationibus, mendaciis, & injuriis turpibus plenam fuisse contendit. In summa non tantum epistolam, sed accusationis volumina appellat. *Stili elegantiam vir Sanctus hac vice litte-*

RUFINUS. ris Rufinianis ultro largitur, sed propterea *biduo* scriptas fuisse haudquam concedit.

LIB. V. C. VI.

II. Ex allatis apud Hieronymum, qui se epistolæ Rufinianæ ordinem & vestigia in respondendo sequutum testatur, videmus, nostrum ipso epistolæ initio se tueri quod *Apologiam* edidisset. Quia vero doctissimus senex *Rufini* Apologeticos libros nondum acceptos refutaverat, eorum summam ab amicis ad se transmissa usus, ideo *Rufinus* totos libros suos, novæ epistolæ adnexos, illi perferendos curavit, se prius ad eos tantum misisse affirmans, qui Hieronymi *verbis lesi fuerant, & non ad plures, quia non ad ostentationem, sed ad adificationem Christianis loquendum est*. Hieronymus idem innuit his verbis: *mittis mihi & priores libros & recentem epistolam. Rufinus* verba addit, quæ ex Hieronymo hæc assua: *noli multo auro redimere notarium meum, sicut amici tui (Eusebius Cremonensis) de meis Periarcon schedulis, nondum emendatis, nondum ad purum digests, fecerunt, ut facilius falsare possent quod aut nullus haberet, aut admodum pauci. Gratis a me missum suscipe codicem (Apologiæ) quem censu magno caperes comparatum. Hieronymus in epist. lxx. alias xci. ad Augustinum, hanc Rufini confidentiam sic perstringit: misit mihi temeritate solita, sua maledicta Calpurnius cognomento Lanarius, quæ ad Africam quoque studio ejus didici pervenisse, atque breviter ex parte respondi, & libelli ejus vobis misi exemplaria, latius opus (Apologiam in duos libros distinctam) quam opportunum fuerit, primo missurus tempore: in quo illud cavi, ne existimationem laderem christianam; sed tantum ut delirantis imperitiq; mendacium ac vecordiam confutarem. Augustinus epist. lxxxi. alias xcii. inter Hieronymianis, respondit, se nescire quæ scripta contra illum ad Africam pervenissent, seque inter tantos viros similitatem haud quamquam probare. Sed de hoc alibi. Pergit *Rufinus* in Hieronymum: *eloquentiam tuam & in præfatione mea laudasse, me fateor. Eriam nunc laudarem, nisi tu eam contra Tullii tui sententiam, multa jactantia faceres odiosam. Doluit, sibi, per triginta annos extra Latium versato, ferulas ab Hieronymo adhiberi: quem ironice Philosophum, Rhetorem, Grammaticum, Dialecticum, Ebræum, Græcum, Latinum, trilinguem appellasse comperimus: hæcque in illum effundit: tu qui tot disciplinarum vultus vigilas, quomodo venia donandus es, si erraveris, & non perpetuo pudoris silentio contegendus. Et infra: imitari te volui, sed resistentante eo, qui ad te remeabat, malui paucis ad te, quam ad alios pro tuis maledictis latinis scribere superflua mihi reprehensio fuit in paucis, quæ professa tibi habetur in omnibus. Hieronymum ait debuisse ad ipsum Rufinum solum, & non ad alios scribere, si eum emendare cupiebat: quem, inquit, in hoc, magister optime, emendare cupiebas, si illi, ad quos scribis, nihil deliquerant? si in me, quem arguis, non ad me scripseras?**

III. Quod suas librorum Origenis translationes spectat, nihil se præstitisse

tisse ait, quod eivdem in Commentariis suis ipse Hieronymus non præstitisset. Quæ ad elevandam auctoritatem libri, a Pamphilo scripti, Hieronymus literis consignaverat, ab Rufino irridentur, quod sero nimis, librum martyri abjudicandum censuerit, quem annos plurimos ejus legitimum factum esse putaverat. Sic postea Hieronymum arguit: *dic, quis tibi permisit, ut interpretans, quadam auferres, quadam mutares, quadam adderes? Es tibi dico: quæso quis permisit, ut in Commentariis tuis quadam de Origene, quadam de Apollinario, quadam de te ipso scriberes, & non de Origene ortum, aut ex te, aut ex alio? Hæc, ut suam & ipse librorum Periarchon translationem tueatur. Apologiam ad Anastasium pro Fide sua de carnis resurrectione, nullo membro amputato, nec aliqua parte corporis deleta, ab omnibus Italia episcopis esse susceptam, confirmat; Expositionem Fidei, a Theophilo Alexandrino editam, & in Hieronymi literis indicatam, nonnumquam ad se pervenisse; polliceri se tamen quicquid ille scripserit, sequuturum. Hieronymus vero hoc ab se scriptum non meminisse respondet. In lib. I. Apologia de duabus Theophili epistolis, Synodica & paschali contra Origenem loquitur, non de expositione Fidei, & forte Rufinus, tunc fortasse in legendis raptim Hieronymi libris contra se scriptis, non modica indignatione correptus, unam pro alia intellexit; postmodum ista subjungit: *quid tibi videtur? Habes ne ultra aliquid, quo nervos tuæ loquacitatis intendas? Et indignaris, si putide te loqui arguam, quum comediarum turpitudines, & scortorum amatorumque ludicra ecclesiasticus scriptor astumas? Ut vero ad Theophilum redeam, ejus se in omnibus sententiam sequi aiebat Rufinus, quanquam vidisset quæ contra Origenem scripserat, unde Hieronymus contra illum sic argumentum intorquet: *si Papa Theophili sententiam delectaris, & nefas putas, pontificum decreta convelli, quid de ceteris (Origenistis) dicis, quos ipse damnavit? Eundem præterea sugillans interrogat; quando ipse Theophili sententiam sequi cæperit, responderetque: *tunc credo, quando Paulum, quem ille damnaverat, summo visu & omnibus studiis defendebas; quando eum per Imperiale scriptum recipere sacerdotium, quod episcopali judicio amiserat, instigabas. Se Theophili discipulum fuisse aiebat Rufinus, eos minime accusans, a quibus didicerat, ut Origenem & Didymum Hieronymus accusabat: *magistros meos, inquit, nec accuso nec muto. Ad Hieronymi epistolam contra Vigilantium progreditur, & hujus, tanquam amici sui, partes tue-ri conatur.*****

IV. Idipsum pro se agit contra epistolam Anastasii pontificis ad Jo. Hierosolymitanum, quam in suspicionem falsitatis trahere videtur, quasi ab Hieronymo vel ab alio certe compositam propterea quod quum illuc ex Urbe scripta diceretur ad Johannem, ab hoc tamen ad Rufinum missa nequaquam fuisset. Huic opponit *communicatoriam* epistolam sibi, post suam latinam versionem librorum Origenis de Principiis, Roma decessenti, traditam ab Siricio pontifice, Anastasii decessore: *quid enim,*

RUFINUS.
LIB. V. C. VI.

inquit, *mibi officere potest, quod me ignorante (Anastasius) aut scripsit, aut FORTE NON scripsit? Et si scripsit, sufficit mibi totius orbis testimonium; quod NULLI verum videtur, ut tanta Urbis sacerdos vel innocenti injuriam facere potnerit, vel absenti.* Hieronymus non unam, sed plures Anastasii contra Rufinum epistolas memorat, ex quibus unam duntaxat habemus: neque difficile est creditu, earum aliquam si non utramque, ab Rufini inimicis fuisse confictam, quemadmodum Hieronymi hostes sub ejus etiam nomine *confictas literas* in Africam misisse narravi. Audi verba Hieronymi. *Esto prateriti auni ego epistolam finxerim. Recentia ad Orientem scripta quis misit, in quibus Papa Anastasius tantis te ornat floribus, ut quum ea legeris, magis te velle defendere incipias quam nos accusare?* Sic postea Hieronymum arguit Rufinus: *nunquid & ego non possum enarrare, tu quomodo de urbe discesseris? Quid de te in presenti judicatum sit? quid postea scriptum? ubi navim conscenderis? quam sancte perjurium vitaveris? Poteram pandere, sed plura servare statui, quam referre.* Alibi hæc quoque ait: *& ut vestram epistolam non probes, Papæ quoque Anastasii simili dicis fraude subnixam, de qua tibi ante respondi: quam si suspicaris ipsius non esse, babes ubi apud eum nos arguas falsitatis. Sin autem ejus est, ut hujus quoque anni contra te epistole probant, frustra & falso falsum arguere nitris, quum ex illius vera epistola nostram veram esse doceamus.* Rufinus meminit etiam epistolæ Sancti Epiphani, in qua ipse arguebatur, aitque, *post osculum, post orationem, illum contra se scribere non potuisse, quare illam quoque in falsitatis suspensionem vocare non dubitat.* De utraque vero epistola Anastasii & Epiphani hæc in Hieronymum prodit: *absit hoc a viris sanctis. De vestra scbola solent ista procedere. Vos nobis pacem proficiscentibus dedistis, & a tergo jacula, venenis armata jecistis.* Suam linguæ latinæ imperitiam, de qua ab Hieronymo culpabatur, iterum excusat *triginta annorum* consortio inter Græcos. Transit ad animarum statum, de quarum origine, quemadmodum & aliarum rerum ad physicen pertinentium, quas sigillatim enumerat, se nihil scire testatur. Urget Hieronymum, ut respondeat de *natura rerum*. Perjurii crimen ei rursus opponit, quod in somnis commonitus, sæculares libros se non lecturum proniserit, quos tamen identidem legat. Eum post reconciliatam amicitiam infidelitatis accusat. Epistolam XIIII. alias LXVI. nuper ad se redditam, tanquam olim scriptam, elapsi temporis notam falso præferre, recentere scriptam fuisse arbitratur. Pythagoræ libros ab eo flagitat, quos se legisse gloriatum affirmat, licet nulli Pythagoræ libri reperiantur. Postremo loco Hieronymum ad pœnitentiam cohortatur, petitque privatim, non publice se moneri. Nisi siluerit, minatur interitum, hocque offendiculum ob Ecclesiæ damnum, in caput ejus casurum denunciat. Addere etiam videtur, se ad publicorum tribunalium magistratus eum delaturum. Hoc tamen nusquam ait Rufinus, sed Hieronymus in toto responsionis sue libro

libro III. ab *Rufino* sibi denunciatum identidem repetit. Ait enim in principio, *terresque criminibus* --- in ultima parte epistolæ denunciata morte me deterres, ne audeam respondere criminibus, imo laudibus tuis; Et post pauca: *mortem minaris* --- *minaris interitum, nisi tacuero*. Et infra: *terres me gladiis tuis, & accusationem non jam ecclesiasticam, sed tribunalium comminaris* --- *si aliter creditis, quid vultis occidere? An qui a vobis dissenferit occidendus est? Quis eum timeat qui est paratus occidere? Siquid in te asperum dixero, statim mihi proscriptionem & gladios comminaris* --- *reservas te ad tribunalia iudicam, ut acervum criminum, mihi dum parcis, objecteris*. Hieronymus hæc *Rufinum* in extrema epistola manu sua scripsisse subjungit: *opto te pacem diligere*, tunc enim moris erat, ut propria manu *salutationem* adjungeret, qui aliena manu scribebat. Hæc est summa totius epistolæ *Rufiniana*, nunquam publici juris factæ, sed ad unum Hieronymum scriptæ, ideoque perditæ, quam ex ejusdem Hieronymi responso utcumque explicari conati sumus.

V. Eodem tempore, ut videtur, quo *Rufinus* epistolam scripsit, Sanctus *Chromatius Aquilejensis* Antistes, apud quem morabatur, perlecta Hieronymi Apologia, pro sua caritate auctorem commouit, ut contentioni, Christianorum animos offendenti, finem imponeret. Viri sanctissimi præcepto se obsequuturum *Hieronymus* sacramento testatus est, sed minis *Rufini* ad respondendum coactum, ne criminum, de quibus accusabatur, reus videretur, si tacuisset. Verba illius hæc sunt initio libri III. *restem invoco Jesum conscientia mea, qui & has literas, & tuam epistolam judicaturus est, me ad Communionem Sancti Papa Chromatii voluisse reticere, & finem facere simultatum, & vincere in bono malum. Sed quia minaris interitum, nisi tacuero, respondere compellor, ne videar tacendo, crimen agnoscere: & levitatem meam, mala conscientia crimen interpreteris*. Se tamen ita responsurum spondet, ut & objecta diluat, & ab injuria temperet, ne quemquam temere offendat, quum non sit ipse *Rufini* accusator, sed sui defensor. Se *Rufini* accusationem (sic vocat ejus Apologiam) confutasse, quia *Roma* in Italia, & per *Dalmatiae* insulas disseminata fuerat. Ejus *Cereales* & *Anabastos*, nempe *Rufini* tabellarios, per provincias cucurrisset, ut Invektivas suis Apologiis *Rufinianas* prælegerent, quas Hieronymus suas laudes ironice vocat. *Catevatum de Occidente venientes Rufini maledicta* sibi narravisse ita memoriter & consentanee, ut cogeretur non scriptis ejus, quæ necdum legerat, sed scriptorum respondere opinionibus, ut *volantia toto orbe jacula falsuatis, clypeo veritatis exciperet*. Se, pauperem, auro non redemisse *Rufini* notarium, nec ad purum digestis & schedis librorum *Periarcbon*, nondum emendatis, nec ad purum digestis, potiretur, quasque *Eusebii* Cremonensis eo facilius falsaverit, quo aut nullus eas haberet, aut admodum pauci. *Eusebii* in *Rufinum* accusationem se non approbasse, imo, etiam veram se reprehendere;

RUFINUS.
LIS. V. C. VI.

non tamen suscipere falsitatem scholarum in homine; Latini, & Græci sermonis ignaro. Se non iactasse eloquentiam suam, sed ab *Rufino* laudatam in præfatione libri Periarchoi, non libenter accepisse. Si commonitam & emendatum voluisset Hieronymum, ne ceteris damnum inferret, non debuisset libros contra eum scribere ad alios, & legendos per satellites suos toto orbe dispergere. Quum *Rufinus* libros legendos & cantandos omnibus tradidisset, certatim sibi de Italia & urbe Roma & Dalmatia nuntiatum quibus præconiis iterum ab eodem ornaretur, ideoque ab se illico ad objecta responsum suæque Apologiæ libros se ad eos misisse, quos *Rufinus* vulneraverat, ut venena sequeretur antidotus. Ob hanc culpam sibi mixti ab *Rufino* & priores libros, & recentem epistolam, plenam injuriarum & criminum: ad quæ, sibi accusato, provocatoque, minime tacendum, quamquam invitus & repugnans ad hæc verba descendat, & nisi *Rufinus* provocaret, semper se taciturnum. Se haudquaquam credere ait, ante biduum, quam epistolam scriberet, suæ Apologiæ libros Aquilejam in *Rufini* manus perlatam, & idcirco non habuisse spatium ex ocio respondendi, quum non respondere, sed nec legere biduo ejus scripta potuerit. Non enim putat, negociatorem Orientalium mercium, qui & ex Oriente deportata, vendere necesse habebat, & Aquilejæ emere qua in Oriente rursus adoberet, biduum tantum Aquilejæ fuerit, ut *Rufinus* raptim & ex tempore contra Hieronymum dictare epistolam cogeretur. Sed mercator ubi primum appulit in urbem, sub Occidente omnium maximam, ut aiebat Justinianus Augustus, *Rufino* Hieronymi epistolam non statim reddidit, diutius moratus antequam redderet: quam postea, biduo ante discessum, ei reddere optime potuit. De *Rufiniana* Apologiæ libris ad se missis, hæc habet: libri tui, quos limasti per triennium, disertiores sunt? Eos *Rufinus* scripserat A. D. 399. Hieronymus autem hæc scribebat A. D. 402. Quia vero obscuritatem & inelegantiam in iisdem, summam tantum, & non totis ad se allatis notaverat, ideo postquam, triennio serius, totos accepit, ait, *Rufinum* eosdem per triennium limasse, nec ideo tamen disertiores ad ejusdem manus perlatos. Quemadmodum in diuturnis disputationibus, inter viros etiam doctissimos, sæpe contingit, multa hic repetuntur, quæ alias contra *Rufinum* dicta jam fuerant. Talia sunt, Apologiam pro *Origene* non esse *Pamphili* martyris, *Rufinum* in libris Periarchoi transferendis mala fide usum. *Eusebium* Cremonensem schedas inemendatas non surripuisse, neque falsasse, *Rufinum* apud *Anastasium* summum pontificem, & apud *Epiphanium* male audire; Latini sermonis imperitia laborare, & cetera hujusmodi. Stridonensis Pater conqueritur, Vigilantium per *Rufini* eunucos in se insurrexisse, *Rufiniquæ* malitiam per *Vigilantii* stultitiam in se debacchatam. Quod ipse de Pythagoræ dogmatibus scripserat, *Rufinum*, tanquam de libris scriptum, accepisse contendit; se non parcere hæreticis, ait, nolle tamen insanire contra insanientem, nec mordere mordentem. Denique vir

bea-

beatus sic claudit responsum: *si pacem desideras, arma depone. Blandienti possum acquiescere, non timeo comminantem. Sit inter nos una fides, & illico pax sequetur.*

RUFINUS.
LIB. V. C. VI.

VI. Hoc opus a Hieronymo scriptum est mense *Martio* vel *Aprili* A. D. 402. nondum audito nuncio de morte *Anastasi* pontificis, de hoc enim quasi superstitite, loquitur lib. III. *Apol.* p. 468. *hujus quoque anni contra se epistola (Anastasi) probant.* Obiit *Anastasi* die xxviii. Aprilis hujus anni 402. ut pleræque tabulæ Ecclesiasticæ docent apud *Tillemontium* nota lxxix. Hæc est etiam *Baronii* sententia A. D. 402. §. xlii. quam erroris immerito arguit *Pagius* ibidem §. xvi. *Annus Hieronymianæ* scriptionis emergit ex ejus sequentibus verbis eodem lib. III. pag. 453. *duas, synodicam & paschalem ejus (Theophili) epistolas contra Origenem illiusque discipulos, & alias adversus Apollinarium & eundem Origenem per HOC ferme BIENNIIUM interpretatus sum, & in adificationem Ecclesiæ legendas nostræ lingue (latinæ) hominibus dedi. Aliud operum ejus nescio me transulisse.* Ex *Cardinali Norisio* lib. I. *Hist. Pelag.* cap. II. & *Dissertatione de Sancto Siricio* pontifice pag. 5. *Hieronymus tres tantum paschales Theophili epistolas, nunc superlites, interpretatus est, non quinque, ut putavit Baronius A. D. 399. §. LI. Theophilus enim de more suæ Ecclesiæ, quotannis paschalem epistolam publicabat.*

Prima, incipiens, *Christum Jesum Dominum*, designavit pascha pro anno 401. die xix. mensis *Pharmuthi*, idest xiv. Aprilis *Cyclo Solis* xviii. Lunæ III. lit. Dom. F. Hæc quæ plures *Origenis* errores pandit, & *prima* est, in vulgatis editionibus *secunda* perperam dicitur.

Secunda, incipiens: *Primum solemnitatis augustæ*, in qua errores *Apollinarii* & *Origenis* confutantur, designavit pascha pro anno 402. die xi. mensis *Pharmuthi*, idest die vii. Aprilis, *Cyclo Solis* xix. Lunæ iv. lit. Dom. E. Hæc *secunda* in vulgatis editionibus *prima* perperam dicitur.

Tertia pro anno 403. conversa non fuit a *Hieronymo*, quod *Baronius* tamen existimavit.

Quarta, incipiens, *nunc quoque Deus*, designavit pascha pro anno bissextili 404. die xxii. mensis *Pharmuthi* xvii. Aprilis *Cyclo Solis* XXI. Lunæ vi. literis Dom. C. B.

Ex his nemo non videt, *Theophili* epistolarum paschalium ordinem in cunctis editionibus esse præposterum, in tomo IX. operum *Sancti Hieronymi* editionis *Mariani Victorii*, inque tomo IV. editionis novæ pag. 689. in *Bibliotheca Patrum* editionis *Coloniensis* anni 1618. tomo IV. pag. 713. inque tomo V. editionis *Lugdunenensis* pag. 883. quod ex ipsi eartundem paschalibus characteribus patet: ut post *Norisium*, eo minime tamen laudato, animadvertit etiam *Abbas Claudius Floriacus* in *Historia ecclesiastica* tomo V. lib. XXI. pag. 131. *Hieronymus* in verbis superius allatis ait, *per hoc ferme biennium, nempe A. D. 401. & 402. quia*

RUFINUS.
LIB. V. C. VI.

quia *secundo* hoc anno 402. scripsit librum III. *Apologia*; alteramque *Theophili* paschalem epistolam contra *Apollinarium & Origenem*, ab se Latino conversam, sive, ut ait, *Alexandrias opes*, primo *Romam vere*, transmisit ad *Pammachium & Marcellam* una cum epistola CXXXVII. alias LXXVII. & quidem *Anastasio* adhuc superstiti. Hieronymus enim his verbis epistolæ suæ finem imponit: *cui (Anastasio) multos impre- curatur annos, ut hæreticos rediiva plantaria, per illius studium longo tempore arefacta, moriantur*. Male ergo in nova Hieronymianorum ope- rum editione, to. IV. pag. 689. hæc epistola ad *Anastasium* scripta illi- gatur A. D. 405. quum ipse *Anastasius* triennio ante obiisset, Petri Sede Innocentio I. relicta, qui eam implere cœpit A. D. 402. Rufus aliud ar- gumentum pro stabilienda epocha anni 402. libri III. *Apologia* Hierony- mianæ hæc ejus verba suppeditant: *Hæreticorum faciio NUPER fugata de Egypto & Alexandria, se Hierosolymum contulit, & lucic (Paulo euidam Episcopo per Theophilum Alexandrinum deposito) voluit copu- lari, ut quorum unus esset dolor, una fieret accusatio, quos ille (Paul- lus) REPULIT, SPREVIT, ABJECIT*. Et paullo post: *quid tibi vi- detur de his, qui damnati, palatia obsident, nempe Aulae Cæsareæ pro- ceceres & ministros in Theophilum instigantes?* Ergo monachi a Theophi- lo repulsi, sprete, abjecti, Constantinopolim petierunt. Rem narrat Palladius in Vita Chrysofomi pag. 57. Socrates lib. VI. cap. 1x. & Sozomenus lib. VII. cap. XII. *Theophilus* in Epistola II. paschali pro A. D. 402. quæ ordine est *prima*, sic ait de Origenistis: *in magnis ur- bibus lacerant, divitumque obsident fores --- effeminatis auribus & Gen- tilium odiis se nostri detractione commendant*, nimirum Eunuchis & ho- minibus christianæ Religionis expertibus. Quare monachi jam Con- stantinopolim adpulerant, Hieronymo hæc scribente. Adpulerunt autem circa medium vel finem anni 401. ex Tillemontio to. XI. pag. 477. & 635. Ergo liber III. *Apologia* scriptus fuit A. D. 402. proptereaque Hieronymus libros Biblicos, e quorum præfationibus loca quedam in ea proferuntur, ante hunc annum ediderat; perperam enim Humfredus Hodius aliter sentit libro III. de Bibliorum textibus Parte I. cap. II. pag. 357. Difficile est autem priores duos Hieronymianæ *Apologia* li- bros, qui scribi non potuerunt ante finem anni 401. latos fuisse *Aqui- lejam* ad *Rufinum* ante annum 402. At Hieronymus librum III. post ac- ceptum *Rufini* responsum composuit ante finem veris ejusdem anni 402. ait enim, *Anastasium* adhuc vivere, quod dicere non potuit, nisi antequam de ejus morte, quæ contigit die XXVII. *Aprilis*, nuncium in Orientem advolasset. Hinc lapsus illorum patet, qui *Anastasi* obitus epocham retro trahunt ad diem XIV. Decembris A. D. 401.

VII. Quod pertinet ad has contentiones inter spectatissimos viros, M. Antonius Sabellicus lib. VI. Exemplorum cap. 1x. de *emulatione*, eas ad hoc studium refert ex parte Rufini: *quid quod*, inquit, *ne Hieronymo quidem, in quo tantum infusi luminis fuit, tantum eloquentiæ, suus defuit emu-*

emulus? Sed potuit Rufinus verbis contendere, sanctitate non potuit, RUFINUS. LIB. V. C. VI.
 quanquam si illud quoque in ambobus pensetur, tantum Strydonensis illa
 tuba Carnica præstitit, quantum Indici Elephantis horritus cuius boni-
 bitulo. Adducamus alia Sabellici verba ex ejus libro II. de vetustate
 Aquilejæ, ubi de *Rufino* paullo mitius judicat: *exstant inter cetera, ejus*
 (*Rufini*) *epistola, immo Inveclivæ potius, ad Hieronymum, & Hiero-*
nympi ad eum, quæ band mutua emulationis indicio carent. Dicit tamen
non parum uterque ab altero in eodem scribendi genere. Densior ille, hic
copiosior; ille arctius pugnat, hic latius: ille acumine nititur, hic vero
powdere. Verum non omnino elegans ille, hic autem non solum elegans,
sed comptus etiam, & brevis, talis, quem pro Ciceroniano ad tribunal
Dei increpitum (ut ipse testatur) credere possis. Sed video quam interim
inepte faciam homo omnium pene literarum expert, qui tantorum viro-
rum ingenia, velut alter Aristarchus, in tratina suspenderit. De hoc
jurgo æquum judicium protulisse mihi videtur Sigebertus Gemblacensis
 in Chronico A. D. 401. pag. 13. editionis Auberti Miræi: *Hieronymus,*
 inquit, & *Rufinus presbyter Aquilejensis, orta inter se similitate pro*
questionibus Scripturarum; sicut quidem luculento, sed nimis mordaci
sermone in alterutrum conscribunt. Ado vir Sanctus in Martyrologio die
 xxx. Septembris recensuit quidem opera Sancti Hieronymi, sed scripta
 in *Rufinum* prætermittere maluit. Fuit Ado Archiepiscopus Viennensis,
 Gallosque antistites *Rufini* partibus studuisse, ex infra dicendis constabit.
 Ado sua manu Ravennæ descripserat Martyrologium parvum *Roma*
Aquilejam ante transmissum, pro magna sui parte ex *Rufini* historia de-
 ceptum. Interim index, omnium sane probatissimus, æqualis, & ab
 omni suspitione alienus, utpote amicus utriusque, hoc loco est preferendus.
 Is est *Augustinus* Hipponensis Episcopus, ad quem Hieronymus epistola
 LXXVIII. alias XIII. inter Augustinianas post A. D. 402. scripserat, sibi
 relatum, *Rufini*, sive, ut ait, *Calpurnii cognomento Lanarii maledicta*
ad Africam quoque studio ejus pervenisse: ad quæ breviter, ex parte, ipse
tamen responderit: & libelli ejus, inquit, vobis misi exemplaria, quæ
erant prioris Apologia, in duos libros distinctæ; latinus opus (Apolo-
giam II. vel librum III. Apologia I.) quum opportunum fuerit, primo
missurus tempore. Se quoque illud cavisse significat, ne in quoquam exi-
stimationem læderet Christianam, sed tantum ut delirantis imperitiquæ
mendaciam, ac recordiam confutaret. Augustinus perlecta Hieronymi
Apologia, in ejus partes, pro miti ingenio suo, nequaquam descendit,
 etsi alias in se subiratam mulcere studeat. Satis habuit, si inter tantos vi-
 ros discordiæ flammam arsisse vehementer doleret. Nulla *Rufini* contra
 eum scripta ad Africam pervenisse respondet, seque ex Hieronymi apo-
 logeticis literis didicisse, quantum sibi hac in re temperaverit. Se, illius
 inter eos natæ diffensionis exemplo, territum ait, quum quædam ad se
 in Hieronymi epistola, ipsius indignationis indicia, observaret. Sed præ-
 stat suismet verbis ipsum loquentem audire epist. LXIII. alias XV. cap. III.

RUFINUS .
LIB. V. C. VI.

nescio quæ scripta maledica super tuo nomine ad Africam pervenerunt . Accepimus tamen quod dignatus es mittere , illis respondens maledictiis : quo perlecto , fateor , multum dolui , inter tam curas familiaresque personas , cunctis pene Ecclesiis notissimo amicitia vinculo copulatas , tantum malum existisse discordia . Et tu quidem quantum tibi modereris , quantumque teneas aculeos indignationis tuæ , ne reddas maledictum pro maledictio , satis in tuis literis eminet . Ita Augustinus , qui statim subiungit , quod si Apologia , in qua Hieronymus sibi temperavisse significabat , illum adeo terruerat , hinc ominari licebat , quid sibi ex lectione Scripto- rum Rufini accideret debuisset , si unquam ea legeret , quandoquidem , ut Hieronymus nunciaverat , maledictis scatebant . Ait , ipsum Hieronymum hæc dicere , quem non audet palam reprehendere . Veruntamen , inquit , si eas ipsas cum legissem , contabui dolore , & obrigni timore , quid de me illa faceret , quæ in te ille scripsit , si in manus meas forte venissent ? Va mundo ab scandalis ! Ecce sit , ecce prorsus impletur quod Veritas ait : quoniam abundabit iniquitas , refrigescet caritas multorum . Quæ sibi enim jam fida pectora resudantur ? In cuius sinum tota se projiciat jam fida dilectio ? Quis denique amicus non formidetur , quasi futurus inimicus , si potuit inter Hieronymum & Rufinum hoc , quod plangimus exoriri ? O misera & miseranda conditio ! O infida in voluntatibus amicorum scientia presentium , ubi nulla est præscientia futurorum ! Sed quid hoc alteri de altero gemendum putem , quando nec ipse quidem sibi homo est notus in posterum ? Novit enim utcumque vix forte nuuc , qualis sit : qualis autem postea futurus sit , ignorat . His dictis , Hieronymi animum , præteritis suis literis nonnihil offensum , placare studet , & summus doctor , quasi de se agens , Christianam caritatem generatim prædicat . In fine epistolæ ad ejus cum Rufino inimicitias iterum redit , seque non probare , nec credere ea , quæ de Rufino scripserat , satis aperte innuit : quis prudentium non videat , etiam tu quam tolerabiliter feras amicissimi quondam & familiarissimi (Rufini) inimicitias , consolante conscientia ? Et quemadmodum vel quod jaletat , vel quod a quibusdam (Pammachio , Oceano , & Marcella) forsitan creditur , in similibus armis deutes , quibus non minus , quam dextris contra diabololum dimicatur ? Veruntamen illum (Rufinum) maluerim aliquo modo mitiorem , quam te isto modo armatio- rem (fortasse amariorem) . Hoc magnum & triste miraculum est , ex amicitia talibus ad has inimicitias pervenisse . Latum erit & multo majus ex inimicitia talibus ad pristinam concordiam revertisse . Hucusque Augustinus , qui epist. clxvi . olim xxviii . quæ aliis inscribitur de origine anima hominis liber , innuit cap. v . § . 15 . se accepisse Hieronymi Apologiæ librum 111 . ex quo hæc verba recitat : illud vero , quod in libro adversus Rufinum posuisti , quosdam huic sententiæ calumniari , quod , Deum dare animas adulterinis conceptibus , videatur indignum , unde conantur adstruere meritis gestæ ante carnem vitæ , animas quasi ad ergastula hujusmodi jaste posse perdari , non me movet , multa cogitantem ,

quibus

quibus hæc possit calumnia refutari . Recentiores plerique omnes *Rufinum* , ut hæreticum & ab Anastasio Pontifice damnatum , uno ore tradunt . Verum Augustinus , hæreticorum acerrimus hostis , non luxisset tanti viri , ac fuit Hieronymus , dissidium cum homine hæretico , & ab Apostolica Sede damnato , neque optasset , ut ex inimicitiiis talibus ad pristinam concordiam cum *Rufino* reverteretur ; nulla enim societas lucis & tenebrarum esse debet . Quare vel ex uno Sancto Augustino liquet , nunquam *Rufinum* fuisse damnatum , aut pro hæretico habitum , quod postea latius ostendam . Interim reliqua Origenis scripta , a *Rufino* latine versa , recensere pergamus .

RUFINUS.
LIB. V. C. VII.

C A P U T VII.

I. *Origenis Homilia xvii. in Genesim non a Hieronymo, sed a Rufino latine versa. 11. Tredecim in Exodum, & sexdecim in Leviticum. 111. Vigintiocto in Numeros. IV. Viginti sex in Josue. V. Novem in Judices, totidem in Psalmos, una in librum I. Regum, & quatuor in Cantica. VI. Libri decem in Paulli epistolam ad Romanos. VII. Homilia dubia. Quæ sunt in Lucam, non Rufinus, sed Hieronymus vertit.*

I. Quandoquidem rei connexio a nobis postulat , ut reliquarum Origenis lucubrationum , quas *Rufinus* , amicis obsecuturus , Latio donavit , seriem , ab aliis historiæ literariæ scriptoribus , ferme neglectam , concinnemus , initium auspicabimur . ab Homiliis xvii . in Genesim . Has una cum aliis *Egidio Viterbiensi, divinatorum verborum oratori excellenti, Ordinis eremitarum, & postmodum S. R. E. Cardinali, ab se nuncupatas, primus omnium typis vulgavit Aldus Manutius senior cum hujusmodi inscriptione : Origenis Homilia in Genesim, Exodum, Leviticum, Numeros, Jesum Nave, & librum Judicum, divo Hieronymo interprete. Venetiis A. D. 1503. in fol.* Editioni operam commodavit Monachus , qui nomen suum in præfatione reticuit , multum se debere professus sodali suo in cænobio Patavino Sanctæ Justinae , Hieronymo a Valentia Hispano . Hanc postea editionem iterum expressit *Bernardinus Benalius* Venetiis A. D. 1512. in folio . Idem monachus Sanctum Hieronymum universi Operis interpretem fecit , nimirum propterea quod in in suis codicibus Mss. unde illud eruit , pro *Rufino* , ab librariis *Hieronymum* scriptum reperisset , ut tanti viri auctoritate volumen acceptius evaderet . Monachus tamen dubitare videtur , an recte Hieronymo ea translatio inscribatur : non dubitamus , inquit , tam auctiorem , quam interpretem opus tam egregium absque præmio nequaquam edidisse , verum scriptorum incuria ad nos minime pervenisse . Neque eo inficias tamen , invenisse quidem nos , nonnullis in exemplaribus nescio quid , præmii loco inscriptum ; nec auctore sane (ut ego senserim) nec interprete nostro dignum , Verum calamus mihi temperandus est ; potuit enim latinus in-

RUFINUS .
LII. V. C. VII.

*terpres e Græcis bonis (ut ait Comicus) latina facere non bona . Aliam tamen prologi , atque alium operis interpretem existisse manifestum est . Haudquaquam igitur visum est nobis , pulcherrimo (ut ita dixerim) corpori alienum simul ac horridum præfigere caput , & prima libelli fronte deterruisse potius , quam allexisse lectorem . Quare monachus prologo illo , quem in codicibus Mss. repererat , improvide prætermisso , omnium earundem Homiliarum Hieronymum interpretem fecit . Sed non ita credulus fuit Desiderius Erasmus , qui suæ editioni Operum Origenis hanc de Homiliis in Genesim censuram adposuit : *Homilias in Genesim vertit Rufinus , non Hieronymus . Præfatio resecta est , quam nec Rufinus nec Hieronymus soleant quicquam edere sine prologo . Rufinus autem gravissima suspitione premebatur quod esset Origenista ; sub hoc enim titulo Ariariorum hæresis conata est repullulascere . Itaque pro invidioso nomine Rufini suppositum est gratiosum nomen Hieronymi . Haec uimirum sunt artes librariorum submoventium quæ prima statim fronte deterrent emptorem , & affingentium quæ possent allicere . Non mediocrem orexim habet auctoris celebritas . Simili furo vulgus imponit incautis , pannum ex Anglia allatum mentiens , qui nunquam vidit Angliam , et pro Belnensi vendentes vinum , quod juxta Lovanii mœnia natum est . Ita de vero interprete optime quidem Erasmus . De ipso autem Opere sic censet : *stilis multum habet perspicuitatis , satisque commode fluit ; licet non usquequaque purus ; cui virtuti atinam fidem adjuuxisset , quam ab interprete requirimus . At hæc libertas , vel licentia potius , addendi , adimendi , mutandi ; Rufinum cœsumat interpretem . Hanc licentiam fatetur usurpasse se in Leviticum , in Epistolam ad Romanos , in Historiam Ecclesiasticam . Quod porro opus ipse tractavit unquam , quod non ad istum modum contaminavit ? Georgius Bullus in Defensione Fidei Nicænæ Sect. II. cap. IX. §. 20. pagina 209. quando Rufinus id absque lecto oris monito nunquam præstitit , hoc ipsum de quo culpatur , illi in sinceri & probi hominis laudem vertit . Bulli verba hæc sunt : *in vertendis quidem plerisque Origenis libris multa de suo addidisse Rufinum constat ; sed quotiescumque ea libertate usus fuerit , de eo lectorem suum , prout hominem probum & veri amantem decebat , ipse expresse monuit . Gennadius in Catalogo cap. XVI. testatur , quicquid Origenis versum est , id omne , præter ea quæ vertit Hieronymus , ab Rufino versum fuisse . Hieronymus autem & ipse in Catalogo , quem provecta ætate confecit , cap. CXXXV. dum quæ ex Origene verterat , nominatim recenset , Homilias in Genesim omnino silet ; & tamen testatur , se adhuc juvenem Origenis quædam vertisse . Honorius utroque posterior hoc ipsum loquitur in Catalogo lib. I. cap. CXXXVI. Verum quid opus his argumentis , inquit Erasmus , quum ipse Rufinus in perversione , quam adiecit Commentariis in Epistolam ad Romanos , profiteatur , se vertisse Origenem in Genesim , Exodum , Leviticum , item in Jesu Nave , & in Librum Judicum , quanvis non nesciam & illie suppositum Hieronymum , sed nimis imprudenter , ut mox docebitur ?* Ea peroratio ,***

peroratio, adjecta commentariis in Pauli Epistolam ad Romanos, exstat tomo II. Operum Origenis ex editione IV. Erasmi per Gryneum adornata, pag. 634. Petrus Daniel Huetius in Origenianis libro III. cap. II. Sect. III. §. I. antiquo codici Bibliothecæ regiæ, in quo illa ipsa, de qua agimus, Homiliarum in Genesim interpretatio, Hieronymo adscribitur, omnem fidem merito abjudicat, eandemque post Erasmus, & Gilbertum Genebrardum viui Rufino deberi agnoscit, quandoquidem Rufinus in Prologo super Homilias XXVIII. in Numeros, disertim testatur, se tunc omnes Origenis Homilias in Pentateuchum, sive in *legem Moysi* vertisse, præter scriptas in Deuteronomium. Atqui *latinas habemus Homilias in quatuor priores libros Pentateuchi; quis ergo Rufinum interpretem ausit inficiari*, inquit Huetius? Hoc argumento utitur etiam Chiffletius in loco postmodum adducendo. Hinc merito Genebrardus Homilias in Genesim & quas Origenes scripsit in *Exodum, Leviticum, Numeros, Josue, Judices*, sub Rufini interpretis nomine inseruit a pag. I. usque ad pag. 221. suæ latinæ editioni Operum Origenis, quam sub hoc titulo publici juris fecit: *Origenis Adamantii magni illius & vetustii scripturarum interpretis, & secundi Ecclesie post Apostolos magistri Opera, quæ quidem profervi potuerunt omnia, doctissimorum virorum studio jam olim translata & recognita. Parisiis apud Guillelmum Cbandieue A.D. 1574. in fol.* Hanc postea editionem ab aliis typographis recusam adpeximus. In *Appendice* tomi V. Operum Sancti Augustini editionis novæ Sermo IX. de Rebecca est Homilia X. *Origenis* in Genesim a Rufino latine conversa.

II. Rationibus iisdem evincitur, Origenis Homilias XIII. in Exodum, & XVI. in Leviticum, quæ jam dictas proxime sequuntur in editione Gryneæ tomo I. pag. 58. & 104. Rufini studio fuisse latinitate donatas; nam & in Prologo Homiliarum in Numeros, ait, se omnia Origeniana, quæ in *lege scripta sunt*, latina reddidisse; & in peroratione Homiliarum in Pauli Epistolam ad Romanos tomo II. pag. 634. luculenter affirmat, se in *Exodum* etiam id præstitisse, & præcipue, inquit, *in his quæ in libro Levitici ab illo (Origene) quidem perorandi stilo dictata, a nobis vero explanandi specie translata sunt*. Hoc idem pro Rufino sentit Huetius in loco superius indicato §. II. Fallitur ergo Sixtus-Senenensis in libro IV. Bibliothecæ, has interpretationes Hieronymo tribuens. Erasmus de translatione Homiliarum in Leviticum hanc profert censuram, paulo asperiores: *fatetur (Rufinus) se has Homilias vertisse liberius, hoc est multa quæ dicit desuisse, de suo atrexisse. Ea temeritas tolerabilior est, quam nominatim indicat quid sustulerit, quid adjecerit, quemadmodum fecit in Historia ecclesiastica, cui detraxit librum IX. & in ejus loco suas narrationes insulsi. At qui legit hoc opus & enarrationem epistola ad Romanos, incertus est, utrum legat Origeneum, an Rufinum. Hac arte vir gloriæ cupidus pntavit, se reperisse viam, qua vel in vitis omnibus, teneretur manibus hominum.* Matthæus Petrididierlus tomo I. Animadversionum in Bibliothecam Dupini pag. 715.

RUFINUS.
LIB. V. C. VII.

gina 15. jure explodit Jo. Rodolphum Wetstenium, perperam suspicantem, in Homilia I. Origenis super Leviticum ab Rufino aliquid immutatum, ubi differitur de Historia Sufannæ. Origenis tamen commentarius in Matthæum, Græcæ adhuc superstes, eadem ferme exhibet, ac latina interpretatio Rufini. Me fugit, cur Labbeus tomo II. de Scripturibus pag. 141. harum Homiliarum interpretem Hieronymum fecerit. Quam inquit *Rufino* heic, ut alias plerique hominum, 'sit *Erasmus*, argumento est singularis modestia, qua ubique de se suisque *Rufinus* loquitur. Huetius §. III. pag. 245. quanquam & ipse non bene habet *Rufinum de suo*, ut ait, *quicquid libitum est largientem*, tamen hoc illi deberi agnoscit, quod legitimo suo auctori restituta sunt (Homiliæ in Leviticum) *quæ inter Cyrilli opera falso venditabantur*. Jodocus Clichtoveus has Homilias in Leviticum, a *Rufino* translatas, primus omnium in lib. XVI. digestas vulgavit Luteciæ typis *Vvolfgangi Hopyiii* A. D. 1514. in folio, ex codice Corbejensi descriptas, sibi que a Guillelmo Parvo Ordinis Prædicatorum, & Ludovici XII. Galliarum Regis a sacris confessionibus, traditas. Hinc patet, quantopere fallatur Vossius in Historia Pelagiana lib. II. parte I. Thesi VI. ubi *Cyrilli* esse hos commentarios in Leviticum putat, vel incerti auctoris. Cyrillo quoque perperam tribuuntur in Latinis ejusdem Patris editionibus, & signanter in illa, quam accuravit Petrus Canisius Colonix apud Melchiorum Novesium A. D. 1546. tomi duobus in folio, in quorum priori pag. 41. laudatæ Homiliæ repetiuntur; & in editione *Cyrilli* operum, latine facta Parisiis apud Michaelem Sonnium A. D. 1573. in folio pag. 66. Harum codex MS. *Rufino interprete*, existit Venetiis in Sancti Antonii Bibliotheca, ante aliquot annos (heu!) flammis absumta. Consulatur Tomasinus in Bibliothecis Venetis pag. 10. Hinc Robertus Bellarminus, qui lib. IV. cap. XI. de Verbo Dei non ausus fuerat definire, an Homiliæ ad Origenem pertinerent, illas postea in Catalogo, absque hæsitacione pro Origenianis agnovit. Quare Huetius merito carpit Heterodoxum quandam, inter Origenis suppositicia eas rejicientem; pluresque earundem collectiones fuisse statuit, itaut Rufinianæ, sint aliæ ab Homilia II. in Leviticum, cujus fragmentum exhibetur in Origenis Philocalia cap. I. Prologi vero Homiliarum in Exodum & in Leviticum interciderunt.

III. De translatione Homiliarum XXVIII. in *Numeros* nullum judicium profert *Erasmus*; quare nos fugit, cuinam interpreti easdem tribuerit. *Rufino* tribuit Cassiodorus, testis idoneus in Institutione alibi memorata cap. I. ubi tamen xxx. esse testatur. Exstant illæ sine nomine interpretis to. I. pag. 182. sed Aldus earundem juxta ac reliquarum interpretem facit Hieronymum. Prologi, seu præfationes *Rufini* in Genesim, Exodum, Leviticum, & *Numeros* desiderantur plane omnes in editionibus typis vulgatis, & etiam in codicibus calamo scriptis, nisi alicubi delitecant; librariis autem vitio vertendum quod evanuerint, ut nimirum Hieronymus earundem Homiliarum interpres pro *Rufino* facilius vendi-

venditaretur. *Rufinum* porro singulis suis interpretationibus prologum præmississe, testatur Gennadius in Catalogo cap. xvii. Fraudè larvam Prologi detraxissent, quemadmodum sane detraxit Prologus ille in Galliarum bibliothecis repertus, quo Rufinus *Donatum* quendam præfatur in suam illam translationem Homiliarum xxviii. in Numeros, quam morti proximus in Sicilia confecit, unde ipse una cum Melania, & ejus comitatu Rhegium Julii Gothorum flammis ardere spectabat. Eundem prologum secum ex codice Bigotiano communicatum, non semel appellat Huetius lib. ii. cap. 1 v. Sect. I. §. xxii. lib. ii. cap. 11. Sect. I. §. 11. Sect. II. §. I. Sect. III. §. I. & 1 v. Atqui ex eodem codice illum ediderat Henricus Valefius in notis ad Historiam Eusebii lib. vi. cap. xxxviii. & Petrus Franciscus Chiffletius in Paulino illustrato Parte II. cap. xxv. qui tamen illum ex codicibus Divionensi, Remensi, Claravallensi, Graonenfensi, & Claramontano, ab se vulgatum, non *Ursacio*, sed *Donato* inscripsit, cui etiam inscribitur in codice Vaticano Urbinate 144. Error a viris doctis Valefio, Huetio, Labbeo, Norisio, & Tillemontio nequaquam visus, titulum codicis acephali occupavit hoc pacto. In *prologo* ipso memoratur *Ursacius*, Rufini notarius, quem exscriptor ob supernam inscitiam ab eo nequaquam distinguens, quem *Rufinus* ibidem alloquitur, *Ursacii* nomen initio *prologi* adposuit; nam etiam in codice 1405. Collegii Sancti Benedicti *Ursacio* inscribitur, in Catalogo codicum MSS. Angliæ Parte II. pag. 136. *Pearsonius* in Vindictis Ignatiani Parte I. cap. x. pag. 159. laudat codicem Cantabrigiensem, ubi sic legebatur: *Incipit prologus --- Numerorum ad Ursacium*, reliquis vobis manifeste ob Rufini nomen exosum abrais. Verum in codicibus a Chiffletio laudatis (sed non in Vaticano) prologus Rufinianus Hieronymo adscribitur, perperam tamen, quippe Hieronymum procul hinc abfuisse, quum Alaricum Italiam depopularetur, contraquam de se auctor prologi affirmat, satis ostendunt Hieronymi præfationes in Ezechielem lib. I. & II. ac præsertim epist. xcvi. alias xvi. ad Principiam, ubi cap. v. sic loquitur: *dum hæc aguntur in Jebus, terribilis de Occidente rumor AFFERTUR, obsideri Romam, & auro salutem civium redimi*. Ergo prologus non est Hieronymi, procul absentis, sed Rufini præsentis, qui tunc A.D. 409. in Siciliam cum Piniano & ejus familia, in Orientem reversurus, profugerat, de quo alibi. In codice etiam Bibliothecæ Jacobææ to. II. Catalogi MSSrum Angliæ pag. 141. interpretatio Homiliarum in Numeros Rufino tribuitur. Hæc interpretatio extremus fuit Rufini labor quamquam nos seriem ipsam librorum sequuti, heic in antecessum de ea loquimur. Huetius de illa apposite hoc scribit §. 1 v. pagina 245. *ex prologo, quem præfixit Rufinus interpretationi suæ octo & viginti Homiliarum Origenis in Numeros, quæ ad hæc diem supersunt, & ex ipso etiam stilo, intelligitur, volenter eos falli, quicumque alium interpretem assignant, quam Rufinum*. In eodem prologo hæc habet Rufinus: *quæcumque in Numerorum libro sive Homiliatico stilo, sive*

RUFINUS .
LIB. V. C. VII.

ſive etiam ex his, quæ Excerpta appellantur, ſcripta reperimus, hæc perurgente te (Donatum, non Urfacium, alloquitur) Romana, ut potuiſimus, voce ex diverſis in unum ordinem collecta digeſſimus. Hinc Huetius notat, has Homilias undecumque collectas, cum ſcholiis ab Rufino permixtas: quod, inquit, *Rufino interprete dignum erat.* Itaque merito arguit Andream Rivetum, qui in ſuo Critico Sacro hæcæ Homilias non Origenis, ſed hominis Latini factum eſſe contendit, propterea quod in earum XII. diſcrimen notetur inter *excudere & excidere*, quæ tamen *Rufini interpretis munificentia accepta referenda ſunt*, inquit Huetius.

IV. Jam vero gradum faciamus ad Homilias XXVI. in Librum Joſue, ſeu Jeſu Nave, quæ exſtant apud Grynæum to. I. pag. 284. Lemma Prologi ad *Cbromatium*, Hieronymo interpretationem tribuit; ſed *tam interpretatio, quam interpretationi præfixus prologus, proſus Rufinum auctorem habent*, inquit Huetius. Eraſmus ejuſdem Operis translationem Rufino quidem adjudicat; ſed Hieronymi nomen & prologum, a Librariis conſicta, audacter pronunciat. De primo non dubito, ſed in poſtreino falli Eraſmum pro certo habeo. Hoc priuſquam oſtendo, ejus verba recitabo: *Hic*, inquit Eraſmus, *crevit bibliopolarum audacia. In totius operis frontifpicio fat habebant pro Rufino Hieronymum ſupponere, reuulſa præſatione; heic affixerunt præſationem, ſed adeo frigidam, adeoque ineptam, ut nullo certiore argumento poſſit perſuaderi, hæc ab Hieronymo non eſſe verſa. Homines ſuaues exiſtimarunt, neminem addabiturum, poſteaquam ad Cbromatium inſcripta eſſet præſatio, ad quem interdum ſcripſiſſe Hieronymus. Ceteris excubiendis jam ſuperfedeo, poſtmodum enim ad Eraſmum redibo. Sed illius argumentis rejectis, alio abit Huetius in Origenianis lib. III. cap. II. ſect. III. §. V. pag. 246. translationis enim & Prologi auctorem facit *Rufinum*, ſed tamen viro probo impoſturæ crimen impingit, quaſi nimirum *doloſis artibus, quum ſe Origeniſmi vulgo ſuſpectum eſſe, propterea que minus vendibiles merces ſuas intelligeret, ſucum incautis lætoribus facere voluerit, & Hieronymi, aduerſarii ſui, nomen præſcripſerit, quo enim quoque in Origeniſmi ſuſpicionem vocaret, a quo tam ſæpe doctrina hujus fuerat criminatus.* Addit, ſimili vaſtritie uſum in præſatione Commentariorum Origenis in epiſtolam ad Romanos. Hanc calumniam *Rufino* alibi etiam a viro docto aſſingi audiemus. Sed ſcriptor, cetera perſpicax, qui in *Eraſmo* damnat iudicium præceps, ipſe plus æquo inanibus conjecturis indulget. Qui enim fieri potuit, ut *Cbromatio & Hieronymo*, adhuc viventibus, *Rufinus* in luce hominum adeo putidam & ridiculam fraudem excogitaverit, ut ſub larva *Hieronymi* translationem Homiliarum Origenis, ab ſe publici juris factam, *Cbromatio Aquilejenſi* Epilcopo offerret, & tamen *Cbromatius*, Hieronymus, & reliqui ejus neceſſarii, adeoque *Rufini* hoſtes, tam bardis & ſtupidi fuerint, ut tantam fraudem nequaquam olſecerint, nec palam ſuæ impudentiæ pœnas *Rufinum* dare compulerint? Levitatem conjecturæ penitus diſſat*

Gen-

Gennadius in Catalogo cap. xvi. ubi omnes translationes Homiliarum Origenis *Rufino* adscribit, iis folis exceptis, quas vertit Hieronymus. RUFINUS.
LIB. V. C. VII. I hæ autem, quæ notæ sunt omnibus, ab ipso Hieronymo in Catalogo suo recententur, & ab Honorio lib. I. cap. cxxxv. Quæ *Rufinum* interpretem habent, *suo prologo discernuntur*, inquit Gennadius, sic *Rufinum* singulis suis interpretationibus *prologos* præmittere consuevisse aperte docens. Itaque interpretatio Homiliarum in *Josue* ævo Gennadii *Rufini* nomine discernebatur. Non ergo *Rufinus* sub Hieronymi adversarii sui persona, illam obtrusit; sed recentiores librarii, ut tanti nominis umbra mortales ludificarent, *Rufino*, qui ob similitudinem cum Hieronymo male andiebat, expuncto, ipsum *Hieronymum* supposuerunt, tum in epigraphe, tum etiam in *prologo* ipso, quum alias ab anterioribus litris Rufini nomen & *prologos* totos avulissent. Neminem puto ignorare, *Cyromatium* Hieronymo æque ac *Rufino* fuisse amicitia conjunctum: quod ex utriusque Lucubrationibus patet, adeo ut magis Antifles utriusque animos non parum exulceratos in pristinam concordiam redigere studuerit. Quid ergo mirum, si *Rufinus* Homilias in *Josue* celeberrimo patriæ suæ metropolitæ, suoque olim Fidei Christianæ doctori nuncupavit, cui Eusebii Historiam, ab se in Latinum sermonem conversam etiam nuncupaverat; siquidem *Rufinus* ad hæc Homilias convertendas, post Eusebii Historiam ab se translata, incubuisse postea dicemus. In Bibliotheca MS. Antonii Augustini, edita *Tarracone* apud *Philippum Mey* A. D. 1587. in 4^o. codex 48. hoc lemmate recentetur: *Origenis Alexandrini, qui & Adamantini, in Librum Josue Homilia xxvi. Beato Hieronymo interprete, vel Rufino, ad Cyromatium. Liber in membrana avorum ccc. & ultra, forma quadrati.* Verum ne quid præterire videamur, *Erasmi* hac in re argumenta, singulatim perpen-
sa, recenseamus.

1. Ait, *prologi* auctorem his verbis *Cyromatium* affari: *O mi semper venerabilis Cyromati.* Immo sic: *O mi semper venerabilis pater Cyromati:* quibus ferme verbis eundem alloquitur in *prologo* Historiæ Eusebii. Quare nihil absurdius censura, quam hec exercet *Erasmus*.

2. Totam præfationem talem esse, *ut cuius operi possit aptari, sententiamque ipsam ex Hieronymi scriptis subleatam*, ab impostore *mirra garrulitate dilatata* falsum omnino est. Præfationes enim, *Rufini* scriptis præfixæ, nihil aliud sunt, quam epistolæ familiares, quibus ad amicos translationes suas mittit, quarum propterea tenor ex ipsis translationibus, quas singulæ epistolæ comitantur, abunde colligitur, præcipue quum nobis desint epistolæ, pro iisdem translationibus obtinendis, ad *Rufinum* ab amicis transmissæ. Quidam vero *inepti, vulgares, & stulti*, ut vocibus utar *Erasmi*, verba hæc Rufiniani prologi continent: *quia ergo & tu, o mi semper venerabilis Pater Cyromati, injunxis & præcipis nobis, ut aliquid ad ædificationem & constructionem divini ta-*
ber.

RUFINUS . *bernaceni ex Græcorum opibus & copiis conferomus, Oratiunculas xxvi. in Iesum Nave, quas ex tempore in Ecclesia peroravit Adamantius senex, ex Græco, latine tibi pro virium mearum parvitate disserit? Quid gravius, quid religiosus, & rei aptius proferri poterat? At Rufinus nullam adfert causam (urget Erasmus) cur hoc opus Origenis vertendum susceperit. Causa est, ut Chromatio, id ab se postulanti, obsequeretur.*

3. Erasmus negat, Origenem *Oratiunculas ex tempore declamasse*. Hoc tamen ait *Rufinus*, hoc Huetius disertis rationibus evincit lib. II. sect. II. cap. IV. §. 1v. ubi censet, Origenis Homilias, partim meditate conscriptas, partim *ex tempore* ab eo recitatas.

4. Reliqua censuræ pars, quam *Erasmus* in prologi stilum pluribus inculcat, non tam probat, non esse Hieronymi, quam esse *Rufini*, qui semper de se modeste sentiens & loquens, fatetur identidem, se ad latine scribendum ob longam moram inter Græcos, *tricensuali incuria* torpuisse. Itaque illum populari potius, quam exquisito sermone conscriptas Lucubrationes suas edidisse conspicimus. Audiamus extrema verba, quibus *prologo* ipsi finem imponit: *totum ergo hoc, de tuo iudicio pendeat. Siquid sane est, quod placere potest, hoc sit auctoris, neque enim quæ aliis labore parca sunt, diripere, & nostræ laudi applicare justum putamus. Si vero vim sensuum oratio inculti sermonis exasperat, hoc vel mihi, vel (ut cum tua venia dixerim) tibi ipsi reputato, qui opus, quod eruditus debet injungi, expetis ab indoctis*. Non solum ergo interpretatio Homiliarum in Iosue ad *Rufinum* pertinet, in quo *Erasmus* & *Huetius* æque consentiunt; sed etiam *prologus*: quod prior negat, alter sic affirmat, quasi *Rufinus* auctor eum fraudulenter Hieronymo supposuerit, ex Homilia xv. in Iosue pag. 315. *Rufino* interprete. Gratianus laciniam transtulit in Causam xxxiii. Quæst. I. cap. I. Porro ineptam *Erasmi* censuram Magdeburgenses Cent. II. cap. x. adhuc ineptiorem facturi, quod *Erasmus* de *Rufini* prologo scribit, ipsi de Origenis Homiliis dictum prodiderunt, quasi illas Erasmus Origeni abjudicasset. Et tamen Centuriatorum sententiam alii ejusdem farinae scriptores imprudenter amplexi sunt. Sed quidpiam majus ausus est Jo: Dallæus lib. II. de scriptis Dionysii cap. xxi. ubi Origenianas *Rufini* interpretationes conatur undequaque convellere, haud certe alia de causa, nisi quia suorum dogmatum novitati eas sæpe adversari cognovit; sed homo heterodoxus non aliud plerunque agit, quam ut illam ipsam licentiam se pandere jactet, qua *Rufinum* in vertendis Græcorum scriptis usum in simulat.

V. Nunc locus postulat, ut patefaciam, Homilias 1x. in *Judices* tomo I. pag. 377. editionis Grynæi, de quibus Erasmus penitus silet, *Rufinum* quoque interpretem habuisse: Id in peroratione explanationis in Epistolam ad Romanos pag. 634. ipsemet *Rufinus* disertim testatur, & Huetius pariter animadvertit lib. II. cap. II. sect. II. §. v. pag. 246. Hifce

ce Homiliis librarium nequitia *prologum* detractum, ut facilius Hieronymo supponerentur, pro certo habeo; ideoque magnam gratiam a nobis iniret, qui illum & ceteros omnes, idem infortunium passos, in antiquis codicibus expiscaretur. Ceterum post Homilias in *Judices*, inter scripta Origenis reperiuntur Homiliæ 1x. in Psalterium Davidicum, nempe quinque in Psalmum xxxv. duæ in Psalmum xxxv. & duæ pariter in Psalmum xxxv. Has a *Rufino* translatas, & cum prologo ad *Apronianum* directas, vulgavit Constantius Hierotheus cum aliis operibus Adamantii in Novum Testamentum, præmissa Apologia Jacobi Merlini pro Origene, *Venetii apud Lazarum Soardum* A. D. 1516. in folio. Occurrunt ibidem post Homilias in Lucam fol. lxxxvii. extantque etiam in codice MS. Vaticano Urbinatè 65. fol. 34. pag. 2. *Merlinus* Origenis Opera Latina in quatuor partes divisa ediderat *Parisijs* A. D. 1512. tomis duobus in folio: quæ editio ibidem postea recusa fuit A. D. 1519. 1522. & 1530. Sed *Erasmus*, qui Homilias easdem inferuit to. 1. pag. 440. editionis *Grynæi* anceps hæret in sæpe memorata censura, num referant Origenis ingenium & phrasim, propiusque accedere ad Chrysostrum putat, vel auctoris fuisse Latini, aut *Rufinum* interpretem, *more suo*, illas contaminasse. Hæc & alia ab *Erasmio* superbe & præpostere dicta, Huetius merito improbens lib. iij. cap. ii. sect. iij. §. vi. pag. 247. eundem criticæ suæ nimium permisisse arbitrat, ubi de interprete scribit: *ne ipse qui præfatur, profiteretur, se has Homilias simpliciter vertisse, ut habebantur apud Græcos, nec illic exprimit nomen auctoris*. Sed verum quidem est, inquit Huetius, ac meminisse debuerat *Erasmus*, auctorum nomina operum initiis præscribi solere, ac proinde præstantem *Rufinum* necesse non habuisse profiteri, *has Homilias se ex Origene vertisse, quum id titulus clamaret*. Hæc Huetius, qui eo *futilius etiam censet argumentum petitum ex Peroratione, in qua nomen auctoris non expressit*. *Rufinus* de Operibus Origenis ab se latinitate donatis agebat, Origenem ipsum nominaverat; & Homiliarum ipsius in *Genesim, Exodum, & Leviticum* mentionem fecerat. Addit postea: *illa, quæ in Jesu Nave & Judicum librum, & in Psalmos tricesimum sextum, tricesimum septimum, & tricesimum octavum, simpliciter expressimus, & invenimus*. Hinc non difficulter hæc opera perinde ac proxime laudata, ad Origenem pertinere intelligimus, cujus nomen singulis adponere supervacaneum sane & molestum fuisset. Quod si hæc Origeniani nominis prætermissio dubium auctorem hic facit, cur *Erasmus*, qui de auctore Homiliarum in *Psalmos* dubitavit, de auctore quoque Homiliarum in *librum Judicum* neutiquam dubitavit? Par sane erat utrobique dubitandi ratio, utrobique enim Origenis nomen omittitur. Ita ferme *Huetius*, & ante eum *Genebrardus* in Collectaneis de Vita Origenis cap. v. quæ sunt operum ejus Latinæ editioni præposuit, unde huc nonnulla in rem nostram sunt transferenda. Loquitur *Genebrardus* de censuris *Erasmii*: *in his*, ait, *ita suo stomacho indulsit more, ut in eo, modo majorem animad-*

RUFINUS.
LAB. V. C. VII.

RUFINUS ;
LIB. V. C. VII.

versionem, modo firmiter iudicium merito possis requirere. Verbi gratia, censet Homilias in Psal. 36. non esse Origenis. Quin & ubi annotasset, sapere phrasim Chrysostomi, mox subjicit, se suspicari eum, qui scripsit, fuisse latinum. Tu hæc, si potes, inter se conciliato, quam Chrysostomi locutio sit Gracissima. Deinde esse Origenis apparet, quia Homilia 2. de more invehitur in Valentinianos, & Homilia 3. locum Pauli 1. Corinth. 4. iisdem verbis adfert, quibus Exodi Homilia 6. & Num. 4. pro consuetudine perstringit eos, qui habebant in litera, neglecto spirituali sensu, eumque necessario statendum probat e versu: non vidi justum derelictum, &c. adeo ut ad servandam versiculi literariam veritatem, patet locutum de derelictione a rebus spiritualibus, non corporalibus. Et Homilia 3. nominat Valentinum, Marcionem, & Basilidem, contra quos in ceteris libris perpetuo fere lætatur. Denique phrasibus & sententiis & mos Origenianus docent, temeraria fuisse Erasmi iudicia; quod commemoro propter prurientes istorum hominum aures, qui protinus destruendam arbitrantur quod ab aliquo corrosam & morsum intellexerunt. Hæc Genebrardus. Quare inani studio Magdeburgenses, Robertus Cocus, & Guillelmus Perkinsius easdem Homilias ex genuinorum operum Origenis albo expungere, non verentur. Illarum interpretationem Rufinus, Aproniano filio carissimo gratificaturus se suscepisse testatur in prologo, quem, quia brevis est, huc transferam ex tomo II. Origenis Operum pag. 439. editionis Grynæi: Quoniam tricesimi sexti, & tricesimi septimi, & tricesimi octavi psalmi expositio tota moralis est, instituta quadam vita emendatioris ostendens, & nunc conversionis, ac pœnitentiæ, nunc purgationis & profectuum semitam docet, idcirco tibi eam Apronianæ, fili charissime, in novem Oratiunculas, quas Græci Homilias vocant, velut in uno corpore digestam, in Latinum transtuli, ut intra unum codicem collectam haberet dictionem, quæ ad emendationem vel profectum morum tua respiceret. Hoc sane beneficii præstabit hæc lectio, quod absque labore lectoris intelligentia ejus in propatulo babeatur, quo scilicet vita simplicitas, sensu lucido, ac simplici sermone doceatur: ex quo prophetia pervenire non solum ad viros, verum etiam ad religiosas feminas possit, & excolere simplices mentes: ne forte religiosa filia mea, foror in Christo tua, ingrata sit operi nostro, si id semper laboriosum intellectui suo pro asperitate sentiat questionum; quia nec corpus humanum ex folis potuisset nervis ossibusque constare, nisi eis divina providentia vel molliciem carnis intenuisset, vel blaudimenta pinguedinis. Huertius, & ex eo Natalis Alexander sæculo III. cap. 1v. Artic. II. Rufinum, ex ploso Riveto, interpretem faciunt Homiliæ unicæ in Librum I. Regum, cujus etiam est versio expositionis in Cantica Canticorum, teste Cassiodoro divinarum lectionum cap. v. ubi hæc leguntur: in Cantica Canticorum duabus Homiliis expositionem Origenis idem Sanctus Hieronymus, latine lingua multiplicator egregius, sua nobis, ut consuevit, probabili translatione profexit: quas item Rufinus, interpres eloquen-

tissi-

tissimus, adjectis quibusdam locis, usque ad illud præceptum, quod RUFINUS.
LIV. V. C. VII. ait: *Capite nobis vulpes pusillas, exterminantes vineas, tribus libris latinis explicavit.* In editione *Grynæi* to. I. inchoantur pag. 356. & desinunt pag. 492. quibus tamen desunt prologi consueti. *Rufinus* opus continuæ explanationis, & decem, quos vocant, *tomorum partes*, in Homiliis IV. distribuit, de quibus loquitur etiam *Pearsonius* in *Vindiciis Ignatianis* Par. I. cap. IX. pag. CXI. Verum *Erasmus* hujus lucubrationis nequaquam adsequutus auctorem, & eo minus interpretem, utrunque in unum constat, putatque *hominem Latinum, & pulchre doctum ac bene disertum*, non certe *Græcum*. Quoniam autem is ob modestiam suam nomen apponere noluit, librarii præfixerunt nomen *Ambrosii*. Ita *Erasmus*, cui continuo adhererunt *Magdeburgenses* Cent. III. cap. X. *Guillelmus Perkinus* in suo *Problemate*, aliique mox nominandi. Tantum valet præconcepta opinio contra *Rufinum*, ut *Erasmus*, ignorato harum *Homiliarum* interprete, opus ipsum eoque laudavit, ac si non a quoquam latine versum, sed ab latino homine integre compositum existimaret. Sed esse *Origenis*, & ab *Rufino* latine redditum, ex *Cassiodoro* locupletissimum testimonium produximus. *Rufinus* tamen de suo nonnulla addidit, unde *Rivetus*, *Robertus Cocus*, & id genus pseudocritici *Heterodoxi* ansam arripuerunt hanc explanationem *Origeni* abjudicandi, perperam auctori tribuentes quod est interpretis. Formulas populares, & voces *Rufino* usitatissimas, inde collegit *Huetius* lib. III. cap. II. sect. III. §. VII. pag. 249. Ceterum *Prologi Rufini* eandem ob causam, ob quam ceteri, intercederunt, velut ille in *Numeros*, pridem reperitus, quem *Latinæ* editiones nunquam ante repræsentaverant. Rem firmat etiam vetus codex *Petri Pitheci*, sic inscriptus: *incipit Translatus Origenis in Cantica Canticatorum, a Rufino translatus in latinum*. Quare *Johannes Martianus* librum ab se minus recte incerto interpreti adscriptum, conjecit in tomum V. *Operum Sancti Hieronymi* pag. 602. Hæc quum ita se habeant, de nihilo est, quod in quibusdam codicibus, *Hieronymo* & *Ambrosio* hæc lucubratio tribuitur, ut probe monet *Huetius*.

VI. Hucusque sermonem fecimus de scriptis *Origenianis* in *Vetus Testamentum*, quæ *Rufinus* ex *Oriente* in *Italiam* redux tulit & precibus amicorum, *Latio* donavit. Nunc de *Origenianis* lucubrationibus differendum superest, in *Novo Testamento* explanando versantibus, quas *Rufinus* pariter *Latinas* fecit, quanquam in vulgatis editionibus sub alienis nominibus circumferuntur. Ex his primum locum obtinent *tomus XV. Commentariorum* in *epistolam Sancti Pauli ad Romanos*, quod opus in *libros X. divisum*, *Rufinus* *Heraclii* impulsu *Latinæ linguæ* donandum suscepit quo tempore in *vertendas Homiliis* incumbere, quarum seriem amico obsecutus, abrumpere debuit. Sic enim ait in *Prologo*: *volentem me parvo subvectum navigio oram tranquillæ listoyis stringere, & minutus*

RUFINUS.
LIB. V. C. VII.

minutus de Græcorum stagnis pisciculos legere, in altum, frater Heracli, laxare vela compellis, veititque in libros x. opere, quod in transferendis Homiliis senis Adamantii habebam, suades, ut nostra voce quindecim eius volumina, quibus epistolam Pauli ad Romanos differnis, explicemus: in quibus ille dum sectatur Apostoli sensum, in tam profundum pelagus effertur, ut metus ingens sit illuc eum sequi, ne magnitudine sensuum, velut immanitate opprimam audarum. Deinde nec illud adspicias, quod tenuis mihi est spiritus ad implendam ejus tam magnificam dicendi tubam. Super omnes autem difficultates est, quod interpolati sunt ipsi libri; desunt enim fere apud omnium bibliothecas (incertum sane quo casu) aliquanta ex ipso corpore volumina: & hæc adimplere in latino Opere, & integram consequentiam dare, non est mei ingenii; sed, ut tu credis, qui hæc exigis, muneris fortasse divini. Ad dis autem, nequid laboribus meis desit, ut omne hoc quindecim voluminum corpus, quod Græcus sermo ad quadraginta fere, aut eo amplius millia versuum produxit, abbreviem, & ad mediâ, si fieri potest, spacia coarctem. Dura sane imperia, & tanquam ab eo, qui pondus operis hujus scire nolit, imposita. Aggrediar tamen, si forte orationibus tuis, quæ mihi, tanquam homini, impossibilia videntur, aspirante Domino, possibilia fiant. Sed ipsum jam, si videtur, Origenem, qualiter præfationem suscepti operis dirigat, audiamus. Hactenus Rufinus, cujus in hoc labore sinceritatem ac bonam fidem laudat Tillemontius to. III. pag. 558. Vir pius disertim fatetur, se in transferendis hæc homiliis libertate usum addendi, & lacunas de suo supplendi. Theopisus Saldianus ordinis Fratrum Observantium, ut vocant, de quo in scriptoribus Minorum flet Lucas Waddingus, Origenianum opus in Fesulanâ monasterii bibliotheca Hieronymi interpretis nomine, cum blattis & tineis pugnans, ab se repertum, foras emisit Venetiis apud Simonem de Luere A. D. 1506. in folio, nuncupavitque Alexandro Portensi Vicetino, equestris ordinis viro, quasi ob inventum thesaurum præ gaudio exsiliens. Istud postea opus ibidem recudit Bernardinus Benalius A. D. 1512. in folio, sumæque Origenianorum operum collectioni tomo II. pag. 455. editionis Gryncæ, inseruit Erasmus, Hieronymi quidem nomine in fronte relicto, cui tamen in censura tomo I. præfixa, opus adjudicat, Rufinumque interpretem carpit, Sed ipsummet Erasmus audire præstat: hic, inquit, Librarii magnifice perfricere frontem & in præfatione & in peroratione, pro Rufino Hieronymum supponentes, hoc est vitrum pro gemma leiori obtrudere conantes, & hactenus sane sefellant incautos; nam præfatio poterat atcunque videri Hieronymi; sed in peroratione quasi forices suo se produunt indicio, Inde ex eadem peroratione subjungit quæ Rufinum auctorem patefaciunt, quanquam Hieronymum pro Rufino assutum gerunt. Hoc prodit codex Thuanus, cujus verba recitat Cotelerius in Judicio de libris Recognitionum Clementinarum inter opera Sanctorum Patrum, qui temporibus Apostolicis

cis floruerunt pag. 484. editionis II. anni 1698. Ea verba huc libentius adferam, quod non uno in loco vulgatam editionem emendent: *post hoc sane vocat nos opus, quod olim quidem injunctum est, sed nunc a Beato Gaudentio episcopo vehementius perurgitur; Clementis scilicet Romani episcopi, Apostolorum comitis ac successoris, de Recognitione libri, ut in latinum vertantur: in quo opere bene novi, quod laborem labor, multiplicata sorte, suscipiet. Satisfaciam sane in eo amicis meis. Dabo titulo nomen meum, auctoris nihilominus vocabulo permanente, nam Rufini Clemens inscribetur.* Mox subjungit, se ad cetera Origenis opera transferenda aggressurum: *quod sine Dominus implere permiserit, redibimus ad illos, & ad tua desideria, ut in Numerorum, & in Deuteronomii libros, Deo permittente, aliqua dicamus. Hac enim solum vobis de Pentateucho vel de reliquis Apostoli Pauli epistolis, quae possumus, Domino protegente debemus.* In margine hujus perorationis pag. 634. editionis Grynæi hoc monitum exstat: *vel hinc colligi potest quos Origenis libros Rufinus latina civitate donaverit.* Recte quidem; omnia enim ab se versa & vertenda, singulatim enumerat. *Rufinum* vero Clementis opus reapse in Latinum vertisse alibi audiemus. Iterum sic scribit Erasmus: *hic locus erat eradendus, si voluissent nobis persuadere, hujus operis interpretem esse Hieronymum; constat enim tum ex Gennadio, tum ex ipsius Rufini præfatione, quod Rufinus vertit Clementis Recognitionum libros, non Hieronymus, & ad hunc Gaudentium alias quoque scribit Rufinus. Nihil igitur agunt Librarii, toties inculcantes nomen Hieronymi, immo hæc inculcandi sedulitas auget suspicionem facti.* Inde ex *Rufiniana* peroratione laciniam ab Librariis depravatam profert, in qua *Rufinus* loquitur, sed sub *Hieronymi* nomine, per falsarios affecto. Hoc non animadverso Jo. Carolus Bovius in præfatione ad *Clementis Constitutiones* Apostolicas latine editas *Venetii apud Jordanum Ziletum* A. D. 1563. in 4.^o & *Franciscus Turrianus* in prolegomenis Græcis ad easdem Constitutiones, Græce editas, apud eundem typographum eodem anno & forma, pag. 7. ipsum *Hieronymum*, non alium, loqui reapse crediderunt, & propterea castigantur a *Jacobo Vsserio* in Dissertatione de Ignatii epistolis cap. VII. Verba Pseudo-Hieronymi, sive *Rufini* hæc sunt pag. 634. *ajunt enim mihi: in his quae scribis, quoniam plurima tui operis habentur, da titulum nominis tui, & scribe: Hieronymi (lege Rufini) verbi gratia, in epistolam ad Romanos, explanationum libri.* Et post nonnulla: *satisfaciam sane in eo amicis meis.* Reliqua jam adduxi. Sed est & illud, inquit Erasmus, *nonnihil argumenti, quod in gratiam Ursacii, cujus jussu suscepit hunc laborem, vertit Regulam Basilii, & in gratiam Gaudentii, cujus hic meminuit, vertit Clementem.* Quod Erasmus ait de *Ursacio*, est memoriæ lapsus in viro non semper accuratissimo. *Heraclio* enim, non *Ursacio* opus illud *Rufinus* inscribit, qui neque *Ursacio*, sed *Ursejo* Regulam Sancti Basilii nuncupavit. *Ursacius* vero, sive *Ursacius*, fuit *Rufini* notarius, ipso teste in Prologo Ho-

milia-

miliarum in Numeros, quem, uti jam dixi, *Donati* nomine prænotavit. *Heracium* tam prologus, quam peroratio, in univēris editionibus exhibent, ne excepta quidem *Erasmica*. Adsupulantur codices manu exarati, Vaticanus Urbinas 62. fol. 96. & in Catalogo MSS. Angliæ to. I. pag. 68. codex 1247. Guillelmi Laudi, ubi recensetur *epistola Rufini ad Heracium*, quam a *prologo*, de quo loquimur, diversam non credimus. Ut in pauca rem contraham, *Erasmi* animadversio hac in parte verissima est, neminem unquam objecisse Hieronymo, quod ea, quæ verterat, truncarit, inverterit, immutarit, & ex alieno opere suum fecerit: quod tamen *Rufinus* in loco superius adducto, & per Librariorum fraudem Hieronymi perperam credito, sibi objectum fuisse prodit. Sed *Erasmus* hoc etiam animadvertere debuit, *Rufino* haud modicæ profecto laudi potius, quam malæ fidei, tribuendum videri, quod cum nequaquam puduerit, palam fateri, sed id præstitisse quoticumque id præstitit; neque enim Romanos lectores vir probus fallere voluit, quasi nimirum fidam & simplicem Græcorum interpretationem latinam iis vendideret, sed, ut veracem & religiosum hominem decuit, eosdem candide monuit, se ex Græcis Lucubrationibus, quæ alias per omnium manus tunc volitabant, quasdam veluti decerptiones & compendia rogatu amicorum extraxisse. Neque profecto aliud quam *decerptiones* & *compendia* fuisse oportuit tot opera ex Græcorum scriptis raptim deducta, quæ in Italiam redux, decem annorum spacio cum Latinis populis communicavit præter alia, quæ illo eodem tempore de proprio conscripsit. Quare hoc ipsum, quod *Rufino* a recentioribus criticis vitio vertitur, laudi vertendum est. Non debuit ergo *Erasmus* ita escandescere, ubi *Rufinus* in peroratione Commentariorum in epistolam Pauli ad Romanos ingenue fatetur, se *Homilias Origēnis in Genesim, Exodum, & maxime in Leviticum se immutasse, ut quæ ille edificandi studio populariter dixit, ipse explanandi specie transtulerit*: quæ *Erasmus* obelo ita percellit: *argute vero distinxit adificationem ab explanatione, quasi non explanatio spectet adificationem auditorum*. Verba *Rufini* hæc sunt in peroratione pag. 654. *Hactenus nobis in epistolam ad Romanos, prout potuimus, diſtantibus, plurimo & labore & tempore defudatum sit; fateor nanque, Heracli, frater amantissime, quod dum tuis desiderijs satisfacere cupio, oblitus sum pene mandati, quo precipitur: onus supra vires tuas ne levaveris: quanvis nobis nec in ceteris, quæ, te insistente, immo potius pensum diurni operis exigente, in latinum vertimus, defuerit plurimus labor, dum supplere cupimus ea, quæ ab Origene in auditorio ecclesiæ extempore non tam explanationis, quam adificationis intentione perorata sunt, sicut in Homiliis, sive in Oratiunculis in Genesim, & in Exodum fecimus, & precipue in librum Levitici ab illo quidem perorandi stilo dictata, a nobis vero explanandi specie translata sunt: quem laborem adimplendi quæ deerant, idcirco suscepimus, ne pulsata quæstiones & reliquæ, quod in Homiliatico dicendi genere*

genere ab illo sepe fieri solet, latino lectori fastidium generarent. Nam illa, quæ in *Jesu Nave*, & in *Judicum* librum, & in xxxvi. xxxvii. & xxxviii. Psalmum scriptus, simpliciter expressimus, ut invenimus, & non multo cum labore transtulimus. Quamvis ergo & in ceteris, quæ supra diximus, laboratum nobis sit in supplementis iis quæ omiserat; in hoc tamen opere epistola ad Romanos pro his causis, quas in præfatione comprehendimus, immensus nobis & inestimabilis incubuit labor. Sed delectabit indulgisse laboribus, si modo, non ut in aliis experti sumus, malevola mentes vigilis nostris contumelias reddant, si non studia obtreccationibus, & labores remunerantur insidiis. Novum quippe apud eos culpæ genus subimus. Ajunt enim mihi. Reliqua superius recitavi. Hucusque Rufinus, qui profecto ob hujusmodi verborum sententiam ab immiti Erasmo vapulare non debuit. Miror amplius, non solum *Erasmum*, sed, illi etiam adstipulantem *Huetium*, virum ceteroquin summe laudandum, lib. i. cap. 11. Sect. 11. §. xv. pag. 253. in *Rufinum* irasci, quod illud idem opus alibi decurtaverit, alibi etiam suppleverit. Et tamen *Rufinus* in prologo ad *Heraclium* disertim affirmat, eos libros in codicibus Bibliothecarum, quos ipse consuluit, fuisse interpolatos, mutilatosque: quæ est causa, cur eisdem ipse contraxerit, atque suppleverit. Huc insuper accessit votum *Heraclii* postulantis, ut quindecim volumina coarctans, in mediam partem redigeret. Et tamen *Erasmus*, hoc ipsum addidisse, impudentissimum vocat. Nescio quo pacto fieri potuerit, ut *Johannes Martianæus* hunc *Rufini* prologum ad *Heraclium* Hieronymi esse crediderit, cujus epistolæ ab se novo ordine digestis illum inseruit novo 1v. num. cvii. pag. 808. Tillemontius to. xii. pag. 308. hunc *Heraclium* minime diversum ab *Heraclio Diacono* putavit, quem memorat Sanctus Hieronymus in epist. c. alias xxxii. ad *Castrucium*. Verbis ipsis *Rufini*, quæ superius jam dedi, candoris, pietatis, & modestiæ plenissimis, satis superque *Erasmi* censura refellitur, ut nihil interim dicam de *Huetio*, qui *Erasmi* censuræ de suo addit, non quidem recentiores librariorum, sed *Rufinum* ipsum suam hanc interpretationem Origenianam Hieronymo supposuisse, dum astu, & invidia, ut ipse ait, ad declinandam facti invidiam (male quidem audiebat *Origenis* nomen) & in *Hieronymum*, a quo sepe *Origenismi* causa exagitata fuerat, refundendam, nomen suum non apposuit, modestia factum simulans, quod malis artibus æstimerat. In his diluendis horas diutius non teram, quam hæc improvide scripta recitasse, eadem refutasse sit, præcipue quando etiam antiqui codices Mss. supra laudati, non *Hieronymi*, sed *Rufini* interpretis nomen referunt: & *Cassiodori* diserta auctoritas cap. viii. de Institutione divinarum literarum his verbis nobis adstipulatur: epistolam ad Romanos *Origenes* viginti libris Græco sermone declaravit: quos tamen supradictus RUFINUS, in decem libros redigens, adhuc copiose transtulit in latinum. Quid clarior adversus *Huetium* dici poterat? Nihil omnino.

VII. Hactenus dicta ostendant, *Rufinum* inique profcindi a recentio-

ribus criticis, quando ei, de ecclesiasticis literis apud Latinos præclare merito pro contumeliis gratiæ referendæ essent, proptereaquod ejus potissimum cura & studio post deperditas Origenianas plerasque lucubrationes, Græcè scriptas, illæ saltem, quas ipse latinitate donavit, quasi pauculæ ex magno naufragio superstites tabulæ ad nos pervenerint. Exstant insuper tomo II. Operum Origenis pag. 425. Homiliæ x. quas auctor editionis *Erasmus*, se ex variis locis in unum collegisse testatur. In censura, quasdam esse ait, *non Origenis, sed hominis latini, reliquas a Rufino impudenter contaminatas*. Sed quænam sint, neutiquam prodit. Ex his I. III. IV. V. VI. VIII. & IX. sunt in *Matthæum*, II. in *Johannem*, x. est de *Maria Magdalena*, VII. est de *Epiphania Domini*. Ne quid præteream, Johannes Dallæus, & David Blondellus, *Rufinum* Origenis quoque Homiliarum in *Lucam* interpretem faciunt; sed uterque refellitur a Pearsonio in Vindiciis Ignatianis Parte I. cap. IX. pag. 118. Illas enim vertit *Hieronymus*, quanquam in cod. 65. Vaticano Urbinatæ, *Rufino* tribuuntur. Huic rei fufius immorari non opus est, quandoquidem Hieronymus translationem pro sua agnoscit, *Rufinus*, ut Hieronymianam, carpit; quod Pearsonio accurate observatum.

CAPUT VIII.

I. *Rufinus Basilii Magni Homilias octo, & Gregorii Nazianzeni decem opuscula ab se latine reddita*, Aproniano inscribit. II. *Nonnulla de his Gregorianis lucubrationibus proferuntur*. III. *Rufinus Sixti etiam Pythagorici sententias in latinum sermonem translatas ad Apronianum mittit, Ayamæ sorori donandas*. IV. *Sixti atas, religio, & pretium apud antiquos*. V. *Rufinus ob Sixti translationem male habitus, non tamen superstes*. VI. *Cur Sixtinus liber a Gelasio I. rejectus inter apocrypha*. De eo *variorum sententiæ expositæ*. VII. *Sixti dicta a Græcis passim adducta*. Etiam a Latinis. VIII. *Ejus codices, atque editiones*.

I. **R**ufinus, qui in Urbe degens, Origenis Homilias in Psalmos, Aproniani rogatu, latinas fecerat, postmodum *Aquilejæ* constitutus, in aliorum etiam interpretationibus laboravit, ut ab eodem amicissimo viro gratiam iniret. In his primo loco memorantur Homiliæ VII. Sancti Basilii Cæsarensis Episcopi, quas idem Rufinus libro XI. Hist. suæ Ecclesiasticæ cap. IX. testatur, se in latinum vertisse; *ex quibus (Gregorii & Basilii monumentis) nos DENAS ferme singulorum orationum transfudimus in latinum. Basilii præterea Instituta monachorum*. Ait *denas FERME*, quia *denas* quidem Nazianzeni, sed Basilii octo tantum orationes in latinum transfuderat. Labbeus in tomo II. de Scriptoris Ecclesiasticis pag. 310. & ex eo Caveus, generatim dumtaxat loquuti, *nonnulla a Rufino versa in antiquis Operum Basilii & Nazianzeni latinis editio-*

editionibus reperiri tradiderunt. Basilii tamen, præter Regulam monachorum, ego nihil vulgatum ex Rufini versione reperire potui. Sed Bibliotheca Vaticana membraneum codicem Urbinatem 67. mihi submittravit, ubi fol. 201. Homiliæ VI 111. Basilianæ a Rufino conversæ cum Prologo ad Apronianum leguntur. Hæc postea Julianus Garnerius ex codicibus regio & Colbertino vulgavit Parisiis A. D. 1722. cum Operibus Sancti Basilii tomo II. pag. 713. Rufinus ad Apronianum in prologo hæc scribit: *aliqua in latinum verti OLIM poposceras, Aproniane fili carissime: quod & ex parte aliqua feci in præsentidum in urbe essem; sed & nunc aliquantum addidi OCTO ergo beati Basilii breves istos homeliticos transtuli libellos.* Procul ab Urbe hæc scripsit Rufinus, nempe in patria. *Octo* ergo, non decem Basilii homilias, transtulit. Sæculis Rufino posterioribus dum apud Latinos hæc Basilii scripta laudantur, ea ex *Rufini* versione laudari, minime dubito. Ita Origenem, Eusebium, Nicænos canones, Nazianzenum, Xystum, pariterque Basilii Regulas, ex *Rufini* translationibus passim laudari, manifestum est. In nova editione Operum Sancti Augustini post initium tomi IV. exstat Sancti Basilii præfatio ad Commentarium in Psalmos, olim Sancto Augustino attributa, quam novæ editionis auctores interpreti *Rufino* transcribunt, quod fieri video etiam in codice Bibliothecæ Thuanæ tom. II. pagina 456. Hæc est præfatio Homiliæ I. Sancti Basilii, a Rufino latine translata: eam piæ memoriæ Cardinalis Thomæ præposuit utrique Psalterio editionis I. & II. pag. XI. & XLIII.

Post Basilium proxime accedit *Gregorius Nazianzenus*. Hujus *opuscula* ab se latinitate donata, *Rufinus* Aproniano suo pariter nuncupavit, qui eorum interpretationem ab amico, *Aquilejam* abeunte, flagitaverat, ipso *Rufino* teste in epistola, quæ Apologeticum præit, ubi sic *Apronianum* alloquitur: *proficiscenti mihi ex Urbe magnopere injungebas, fili carissime, ut tibi, absens quoque, aliquid operis impenderem, nec nos a consuetis studiis necessitas meæ profectiois inbiberet. Petebas Gregorium Nazianzenum tibi in latinum verti.* Ita *Rufinus*, qui in *Historia denas* Gregorii oratiunculas, ut jam dixi, se in latinum sermonem transfudisse memoravit. Has Johannes Adelphus Mulingus edidit Argentinæ A. D. 1508. hoc titulo prænotatas: *Hi sunt in hoc codice libelli X. divi Gregorii Nazianzeni.*

1. *Apologeticus liber I.*
2. *De Epiphaniis, sive natali Domini.*
3. *De luminibus, quod est secundis epiphaniis.*
4. *De Fide liber I.*
5. *De Nicæna Fide, de Pentecoste & Spiritu Sancto.*
6. *De semetipso ex agro reverso.*
7. *De dictis Hieremias, præsentis Imperatore.*
8. *De reconciliatione & unitate monachorum.*
9. *De grandinis vastatione.*

Hi libelli, seu potius orationes, in tomo I. Operum Nazianzeni editionis Parisiensis G. L. anni 1630. apud Carolum Morellum, sunt I. xlii. xv. xvii. xxviii. xxxi. xxxviii. xxxix. xlv. & l. pag. l. 190. 224. 265. 472. 529. 613. 624. 705. 727. 736. non tamen Rufino, sed Jacobo Billio interprete. Ex his falli constat Julianum Garnerium in præfatione tomi II. operum Sancti Basilii pag. lxxxvii. ubi ait: *hodie neque in impressis neque in veteribus libris plus septem aut octo extare Nazianzeni Orationes*, a Rufino conversas. In fine editionis Argentinensis hæc prostant. *Explicit liber B. Gregorii Nazianzeni, translatus a quodam Rufino, impressus Argentina per Johannem Knobloch anno Domini MDVIII. in 4^o*. Editionis auctor Adelpbus librum dicit Georgio Bohem, Moguntinæ, & Johanni Flamingo, Boppardiensis ecclesiarum presbyteris, quibus palam facit, se Johanni Francisco Pico, Mirandulæ Comiti, necessitudine junctum, sequè scripta *Rufini* in lucem ferre, ne tandem pereant. Labbeus, ut vidimus, nihil de hac *Rufini* editione speciatim promit, sed nec de altera, quam cum aliis Nazianzeni operibus ex interpretatione *Petri Mosellani*, & *Bilibaldi Pirckheimeri*, dedit Lipsia A. D. 1522. in 8^o. Hic nos moratur *Petrus Franciscus Chiffletius*, qui in Vindiciis Vigillii Tapfenfis pag. 57. *quartum libellum de Fide*, tantum latine superstitem, Nazianzeno abjudicat: qua in re suffragatorem adsciscit Fridericum Morellum tomo I. Operum Nazianzeni editionis Parisiensis A. D. 1609. in notis ad Orationem xlii. pag. 726. ubi Morello neutra oratio, de *Fide*, & *Nicana Fide* Gregorii scetus videtur; at *neque ullius auctoris Græci, sed Latini, tametsi antiqui*, proptereaquod scripturarum versionem Italam ex Græca lxx. interpretum expressam citet. Andreas Rivetus censuram Morello suffuratus pro sua venditavit cap. xxi. libri II. Critici Sacri. Hæc ferme sunt, quæ Chiffletio, licet codicum MSS. auctoritate veterumque testimoniis destituto, facile persuaserunt, neutrum opus, de *Fide* & *Nicana Fide* ad Gregorium pertinere. Immo hinc factum putavit, ut in codice Divionensi, qui Gregorii libros a *Rufino* versos complectitur, *prologus ad Apronianum* uni Apologetico præfigeretur: quem *prologum* Chiffletius ex eodem codice edidit. Hæc tamen ratio viri docti haud magni fit. Universis enim Gregorianis opusculis ab *Rufino* translatis, simulque compactis, unicum, non plures prologos præfigi decuit. Hoc recte animadvertit Theophilus Raynaudus de Malis & bonis libris Partit. I. Erotem. x. tomo. xi. operum pag. 269. col. 2. ubi tamen hunc librum de *Fide* Gregorio Nysseno, quasi ex Cassiodoro, falso adjudicat. Ad hæc in eodem Rufini prologo, qui Apologetico, opusculorum primo, præponitur, non unus Apologeticus, sed generatim Gregorii scripta memorantur: *petebas, Gregorium Nazianzenum tibi in latinum versis*, inquit in principio *Rufinus*. In fine vero: *hunc ergo* (Gregorium)

rium) *absque ullo prorsus lege scrupulo*. Qui *Gregorium* nobis dare se profitetur, non unum ejus *Apologeticum*, sed & alia opera sub uno & eodem prologo nobis dare dicendus est. Quare licet Gennadius in Catalogo cap. xvii. generatim tantum affirmet, Rufinum *Gregorii Nazianzeni eloquentissimi hominis scripta latinis* dedisse; facile tamen est definire, quænam opera dederit; scilicet ea omnia, quæ in editione Argentinensi eidem prologo subjiçuntur. Hæc enim *denario* numero, quem ipsemet, *Rufinus* in Historia expressit, egregie respondent. Disertum testimonium *Rufini* præ omnibus codicibus MSS. nedum Nicolai Fabri & Divionensi, habendum est, in quibus, teste Chiffletio, *quartus & quintus* abest *Gregorii* libellus de *Fide*, ac de *Fide Nicæna*, ita ut octo ibi, non *deni* sint libelli, *Rufini* interpretis nomen præferentes. Hi vero in editione Morelliana sunt octo Orationes eo, qui subsequitur, ordine l. xxxviii. xxxix. xlii. xvii. xii. xv. xxviii. Libellum de *Fide Nicæna* Jacobus Usserius in Diatriba de Romanæ Ecclesiæ symbolo pag. 30. ait, ab aliquibus Athanasio tribui, & quamvis in Nazianzeni Operum collectionibus MSS. *Rufino* interprete, recenseatur, unam tamen a Patricio Junio sibi ostensam, in qua illud opusculum deerat, quod Usserius propterea factum putat, quod neque a *Gregorio* scriptum, neque a *Rufino* Latine versum fuisset. In Bibliotheca Passionæa exstant Opera Sancti *Gregorii* Nazianzeni, Latine tantum, *Basileæ* edita apud Jo: Hervagium A. D. 1555. in folio cum notulis MSS. *Latini Latini*, qui pag. 392. ad oram tractatus de *Fide*, *Rufino* interprete, ita scripsit: *hec quæ ante epistolas, adjecta ex Rufino sunt, in Græcis codicibus non legimus hodie, idest in excusis ante annum 1550.* Notula videtur amplecti etiam tractatum de *Fide Nicæna*, *Rufino* interprete, exstantem pag. 403. quem Nazianzeni epistolæ subsequuntur. Sed magni non refert, hosce libellos Græce scriptos non reperiri, ut eos *Gregorio* abjudicemus; multa enim a *Rufino*, aliisque Latine expressa reperiuntur, quorum tamen codices Græci nusquam supersunt. Ejusdem ponderis est quod opponitur, in quibusdam codicibus plures, in aliis pauciores *Rufinianos* *Gregorii* libellos exstare; sufficit enim in aliquibus omnes exstare, *denos* nimirum, totidemque existisse in codice, quo *Adelpbus* suam editionem expressit. *Rufinus* loca Sacræ Scripturæ ex lxx. Interpretum editione, tunc omnium manibus trita, non ex vulgata Hieronymi, quam reprehenderat, in translationibus suis usus est. Sic enim Græci lxxviii Bibliorum versione utebantur; eorundem etiam Latinos interpretes lxxviii versione uti docuit. Hoc ergo, quod Morellius contra *Rufinianam* versionem adduxit, pro eadem facit.

II. Hæc *Rufini* versiones apud Occidentales tanti fuerunt, ut ex illis testimonia passim adducerentur. In horariis Ecclesiæ precibus die festo in honore Sanctissimæ Trinitatis Lectiones II. tertii Nocturni ex libello de *Fide* hoc titulo recitantur. *Homilia Sancti Gregorii Nazianzeni in tractatu de Fide*. Hic idem tractatus, quem sub *Gregorii Orientalis*

no-

RUFINUS:
LIB. V. C. VIII.

RUFINUS .
LII. V. C. VIII.

nomine laudat Augustinus Epist. cxlviii. alias cxi. cap. II. §. 10. in universis Operum Sancti Ambrosii editionibus, atque etiam in codicibus MSS. nonnullis, sub ejus nomine latuit, hac epigraphæ insignis: *de Fide orthodoxa contra Arianos, alias de Filii divinitate & consubstantialitate*. Hoc movit novæ editionis auctores, ut in Appendice tomi II. pag. 343. opusculum *Rufino* interpreti adscribendum non differerentur, avullamque ex illa fragmentum, quod irrepserat in opera Sancti Hilarii, adfuturum libro de Patris & Filii divinitate pag. 1174. editionis novæ, interque sermones Sancto Augustino adscriptos, illi, qui nunc est cxiii. in Appendice Operum editionis novæ tomo v. Parte II. pag. 206. At Godefridus Hermannus in elucidationibus ad Vitam Sancti Ambrosii pag. 30. & Quesnellus in Dissert. xlv. §. vii. ad Leonem Magnum, Gregorio Bætico opusculum *de Fide* adscribunt. Contra Caspar Barthius in Adversariis lib. xiii. cap. viii. alium Bætici librum facit, pridem editum, & a Faustino quoquam interpolatum. Sed de hoc jam satis. Nunc ad reliqua progrediar. Leo Magnus in Epist. cxxxiv. alias xcvi. ad Leonem Augustum cap. 1x. ex versione *Rufini* libellum II. Gregorii Nazianzeni laudavit, nempe Homiliam sive orationem xxxviii. *de Epiphania*, alias *de Nativitate*: cujus laciniam ex eodem interprete adfert Vigilius Tapfenensis lib. v. contra Eutychetum cap. xxiii. pag. 79. Hinc facile adducor, ut credam, Gelasium Pontificem A. D. 494. in Concilio Romano opuscula Gregoriana ex versione *Rufini* indicasse, dum ea in *Decreto de Libris Sanctorum Patrum* recipiendis designavit his verbis: *item opuscula Beati Gregorii Nazianzeni Episcopi*. Nazianzenus plurima scripsit. Gelasii tamen ætate apud Latinos opuscula x. a *Rufino* conversa circumferebantur. Quare Gelasius *opusculorum* appellatione hæc una indicavit, paullo ante a Leone ejus decessore laudata. *Rufini* vero magna laus est, ejus latinam versionem a Summo Pontifice in Concilio Romano probatam fuisse. De *Rufini* Gregorianis voluminibus MSS. aliqua etiam proferamus. Vaticani codices 4259. & 5259. exhibent opusculum seu Librum II. Gregorianum *Rufino* interprete. Is est de Natali Domini. Urbinas 72. Apologeticum una cum prologo ceterisque opusculis comprehendit, non tamen de *Nicana Fide deque Arianis*. Palatinus 566. Apologeticum quoque cum prologo. Hic libellus etiam servatur in Bibliotheca Sanctæ Crucis in Agro Sessoriano post regulam pastorem Sancti Gregorii cod. 109. Exstat pariter in Bibliotheca Bodlejana inter MSS. Jo: Seldeni num. 3423. In codice Norvicensi 9333. cetera opuscula sub prologo ad *Apronianum* habentur. Hæc didici ex Catalogo MSS. ejusdem Bibliothecæ. Philippus Labbeus in Bibliotheca minori, supplemento VIII. pag. 274. ait, in codice regio 313. haberi aliquot Gregorii orationes ex versione *Rufini*. Rufiniana Nazianzeni Opera MSS. in folio nuper exstabant in Bibliotheca Baluziana, ex ejus Catalogo tomo II. pag. 24. Postmodum transferunt in regiam.

II. Præter libros hætenus recensitos, *Rufinus Sixti* etiam Pytha-

go.

gorici *sententias*, ab se latine redditas, Aproniano inscripsit, forori donandas, quam æque ac Apronianum, ad Christianam religionem ipse converterat. *Rufinus* enim in prologo *filiam* suam vocat, cujus nomen, quod in vulgatis editionibus deest, prodit auctor libri de Vitis philosophorum cap. cx. ubi *Ayamam* vocat. Quare in prologo Rufini interpretis pro *religiosa filia mea*, legi debet: *religiosa filia Ayama*. Sed prologum ipsum ex editione B. Rhenani subjiciamus.

Rufinus Aproniano suo S. P. D.

Scio quia sicut grex ad vocem proprii pastoris libenter accurrit, ita & religiosus unditor vernaculi doctoris admonitionibus gaudet. Quia ergo, carissime fili Aproniane, religiosa filia mea (lege *Ayama*) soror jam in Christo tua, poposceras me, ut ei aliquid, quod legeret, tale componerem, ubi neque laboraret in intelligendo; aperto & satis plano sermone *Sixtum* in Latinum verti: quem *Sixtum* ipsum esse tradunt, qui apud vos idem in Urbe Romana *Sixtus* vocatur, episcopi & martyris gloria decoratus. Hunc ergo quum legerit, inveniet tam brevem, ut videat singulis versibus ingentes explicari sententias; tam vehementem, ut versus sententia ad totius possit perfectionem vitæ sufficere; tam manifestum, ut nec assistens quidem legenti puella, expectem se intellectus esse causetur; omne autem opus ita breve, ut de manu ejus nunquam possit recedere, totus hic liber ibi pristini alicujus pretiosi obtinent *Anuli* locum. Et revera aquum videtur, ut cui pro verbo Dei terrena ornamenta sorduerant, nunc a nobis ad vicem verbi & sapientia monilibus adornetur. Hunc ergo interim habe in manibus pro *Anulo*. Liber paullo post vero in thesaurum proficiens, totus fervetur in corde, sermones disciplina & bonorum actuum communionis de intimo suggesturus arcano. Addidi & electa quedam religiosi parentis ad filium, sed breve totum, ut merito omne opusculum, vel *Euchiridion* Græce, vel Latine *Anulus* appelletur. Vale.

Thomas Gale, qui hunc Sixti *Anulum*, sive *Euchiridion* (opus enim utroque modo inscriptum habetur) inseruit opusculis mythologicis, physicis, atque ethicis ab se *Cantabrigia* editis apud Jo: Hayes A. D. 1671. in octavo, & postmodum elegantius *Amstelodami* apud *Hensericum Vvestenium* A. D. 1688. in octavo. In his tamen, aliisque editionibus, hoc per indiligentiam in studiosorum commodum peccatum est, quod sententiæ numeris ad oram positæ distinctæ non sunt: quas Margarinus Bigneus ad editionem Ludovici Hillesemii recte distinxerat tom. III. Bibliothecæ Patrum editionis I. Parisiensis anni 1775. Rufini prologus, apud Galeum & alibi passim, desideratus: quod & aliis non paucis ejusdem Rufini prologis pariter contigit, ob ejus nomen, ab Hieronymo in invidiam adductum, avulsis, totus exstat in prima *Anuli* editione,

RUFINUS.
LIB. V. C. VIII.

tionem, quam *Symphorianus Champerius* adjunxit libro suo de *Quadruplici vita*, *Lugduni apud Johannem de Campis* A. D. 1507. in 4.^o Idem Champerius Sixtum dicens Philiberto Naturello, mirari se ait, librum eximium a nemine Gallorum ante, quod sciret, impressum. Hanc editionem ignorasse videtur *Beatus Rhenanus*, qui una cum aliis antiquis auctoribus idem opus hac inscriptione vulgavit: *Aenea Platonici Christiani de immortalitate animæ, deque corporum resurrectione Dialogus aureus, qui Theophrastus inscribitur, Ambrosio Simaldulensi interprete. Athenagoras Atheniensis de resurrectione, Marsilio Ficino interprete.*

Xyphi Pythagorici sententia, Rufino interprete.

Basilea apud Johannem Frobenium 1516. in 4.^o Rhenanus in epistola ad Paulum Volzium, inque altera; qua præfatur in *Xystum*, ait, hujus sententias ad antiquum exemplar, quod apud Divam Fidem *Selestadii* habetur, ab se recognitas. Ceterum utraque editio, *Champerii & Rhenani* inter se conferri merentur, alicubi enim discrepant, & præsertim in *prologo*: quem sibi minime visum ait *Tillemontius* to. XII. cap. cxxxix. *Bloudeus* autem in *Pseudo-Isidoro* pag. 58. negat, hodie reperiri. Nam desideratur in omnibus Patrum Bibliothecis, quibus *Xyphi* liber inseritur; tomo III. editionis I. paullo ante memoratæ, tomo V. editionum Parisiensium A. D. 1589. 1609. 1624. 1634. 1644. 1654. tomo III. editionis Colonienfis A. D. 1618. & denique tomo etiam III. ultimæ *Lugdunensis* A. D. 1677.

IV. Galeus de hoc *Xysto*, *Sixto*, vel *Sexto*, aut *Sextio* (tot enim modis inscribitur) erudite differit in præfatione ad opuscula mythologica; sed cum aliis homonymis illum constare videtur, vel saltem ab aliis non bene distinguere. Nam hic noster, ut literarum fama jam notus, a *Cicerone* laudari non potuit in lib. II. de *Finibus*: quem *Eusebius* in *Chronico* anno dumtaxat *Abrahami* 2016. *Olympiade* cxciv. floruisse tradit his verbis. *Xyphus Pythagoricus philosophus agnoscitur, sive clarus habetur*. Sic prostat in editionibus *Mombritii*, *Sichardi*, *Pontaci*, & *Scaligeri*: estque phrasid *Hieronymi* interpretis, *Olympiade* lxxi. *Ancreeon Lyricus poeta agnoscitur*. *Olymp.* lxxvi. *Æschylus scriptor trægœdiarum agnoscitur*. *Olymp.* lxxiv. *Diagoras agnoscitur*. *Olympiade* lxxvii. *Herodotus historiarum scriptor agnoscitur*. *Olymp.* lxxx. *Exras Sacerdos apud Ebræos insignis agnoscitur*. *Olymp.* lxxxii. *Aristarcus tragœdiographus agnoscitur*. Sexcenta hujusmodi exempla passim offendimus. Ad hæc nobis adstipulatur *Marianus Scotus*, apud quem in *Chronico* *Ætate* vi. cap. xxiii. anno *Augusti* xlii. *Christi* II. hæc legimus: *Sextius Pythagoricus philosophus claruit*. Frustra ergo *Nicolaus Faber* in notis ad *Senecæ* præfationem libri II. *Controversiarum*, nascitur pro *agnoscitur* in *Chronico* *Eusebii* legendum affirmat, ut nimirum de filio, non de patre *Eusebius* loqui intelligatur. Annus ille, in *Chronico* expressus, fuit V. C. 753. *Augusti* xliii. & primo *Christi*

fti Domini, ſecundum Eufebium, cujus epocha, ut alibi dixi, Dionyſianam biennio antevertit. Eufebio inherens Auſtor de Vitis philoſophorum eap. cx. *Xyſtum* tradit, temporibus *Oſtaviani Imperatoris* claruiſſe. At Cicero C. Vibio Panſa & A. Hirtio Coſs. Interfectus eſt anno V. C. 711. Olympiade 2133. v. annosque 2131. priuſquam Sextus agnoſceretur, & elarere coepiſſet. Nicolaus Faber in loco ſupra dieato hunc *Sextum*, de quo Eufebius loquitur, filium facit alterius *Sexti*, a Seneca ſæpe laudati, & præfertim epiſt. xcviii. hiſce verbis: *honores repulit pater Sextius, qui natus, ut Rempublicam deberet capeſſere, latum clavum, divo Julio dante, non recepit*, liberius nempe philoſophiæ vacaturus. Julius Cæſar confoditur anno 214. ante æram Chriſtianam V. C. 710. Ergo *Sextius* pater ad illud tempus Senatoriam dignitatem reſpuit; cui 20. annorum ætatem præſinit Carolus Sigonius lib. 1. eap. 1. de Antiquo jure civium Romanorum. Quare nihil impedit; quominus *Sextus pater* is fuerit, qui apud Eufebium poſt annos 21. Pythagoricæ philoſophiæ gloria inſignis, floruit ſub Auguſto. Illi hæc laudes aptari ſtatim videbimus. Seneca epiſt. 114. gnomicum illud ſuum dieendi genus ex noſtro ſe hauſiſſe ingenue fatetur. Nec de hoc dubitat Scaliger num. 2017. Verba Senecæ, licet pluſcula, adducere non gravabor: *leſtus eſt liber Q. Sextii PATRIS, magni, ſiquid mihi credis, viri, & licet negent Stoici. Quantum in illo, Dii boni, vigoris! Quantum animi! Hoc non in omnibus philoſophis invenies. Quorundam ſcripta clarum habent tantum nomen. Cetera exſanguia ſunt. Suſtituant, diſputant, cavillantur, non faciunt animum, quia non habent. Quam legeris Sextium, dices: vivit, viget, liber eſt, ſupra hominem eſt, dimittit me plenum ingentis fiducia. Nam hoc Sextius habet, quod & beata tibi vita oſtendet magnitudinem, & deſperationem ejus non faciet.* Ubi Seneca patris appellatione *Sextium* diſtinguit, ne *Sextium filium* eidem admifeat, quidni utrumque ſuo ævo florere demonſtrat? Librum certe *Sextii*, quem legerat, novum, & non adeo veterem, ſed tunc recens editum fuiſſe innuit. Rurſus epiſt. 118. *Sextium ecce quam maxime lepo, virum acrem Græcis verbis, Romanis moribus philoſophantem.* Hæc de *Sextio* Philoſophus Cordubeniſis: qui conſuli etiam poteſt in libro 11. de Ira cap. xxxvi. & lib. 111. eap. xxxv. ubi ex eodem *Sextio* profert hanc gnomen: *ſpeculum iratis proſuit adſpexiſſe.* Anne *Sextus* noſter dicendus qui primus omnium quadraturam circuli demonſtravit, teſte Simplicio ad Prædicamenta Ariſtoteliſ pag. 94. editionis Græcæ Baſileenſis anni 1551. in folio? At alium, & philoſophum quidem, ſub Hadriano Auguſto floruiſſe tradit Georgius Syncellus pag. 349. Alium, Chæronenſem nimirum, Plutarehi nepotem M. Aurelius Auguſtus audiviſſe ſe ait libro 1. de rebus ſuis ſ. 9. De eo vide Thomam Gatakertum in notis. *Sextus* certe, vel *Sextius*, ab Annæo tantopere commendatus, eſt noſter *Sixtus*, vel *Xylus*, Philoſophus Pythagoricus, cujus apud univerſam antiquitatem celeberrimas ſententias *Rufinus* latinitate dona-

RUFINUS.
LIB. V. C. VIII.

vit. Homo enim Romanus Græce scripserat, quomodo & alios bene multos scripſiſſe adnotavit *Scipio Cyrtomachus* Piſtorienſis in oratione de laudibus literarum Græcarum, ſæpe edita, & præſertim A. D. 1517. Baſileæ apud Jo. Frobenium in 4.^o Romanis autem philoſophis utrumque *Sextum patrem & filium* adnumerat *Claudianus Mamertus* in lib. II. de ſtatu animæ cap. VIII. Nemo vero ante *Galeum* obſervaverat, *Senecæ* proverbialia ex hoc *Sexto* manare, vividumque illum ſpiritum, quo *Latinus philoſophus* moralem doctrinam percurrit, ex Græco libro *Sexti* derivatum. Itaque *Rufinus* non injuria ſe Romanis auribus gratificaturum putavit, ſi Græcum *Gnomologum* illis adcommo- daret. Par enim eſt credere, ei probe cognitum, quanti haberetur non ſolum a *Seneca*, aliſque profanis ſcriptoribus, ſed etiam a *Chriſtianiſtis*, Græcis præſertim, ab eoque in primis, cujus ſcripta *Rufino* ipſi in deliciis erant. *Origenem* a me innui, nemo non videt. *Origenes* hunc eundem noſtrum *Sextum Gnomologum* laudavit. Eſt locus inſignis lib. V. 111. contra *Celſum* pag. 397. editionis *Cantabrigienſis* *Guillelmi Spencers*; *nec alienum hoc loco fuerit meminiffe pulchræ ſententiæ, quæ apud Sextum legitur, multis Chriſtiano- rum celebrata.* *Sententiæ hæc eſt inter Sixtinas 101. eſus animatorum eſt quidem indifferens, abſtinere tamen præſtat, videturque magis rationi conſentaneum.* Idem *Origenes* tomo ſeu libro XV. commentariorum in *Matthæum* paullo poſt initium editionis *Huetii* to. I. pag. 369. aliud *Sexti* dictum proferit ex libro ejus *Sententiarum*, quem & *bonæ notæ*, & multorum manibus teri teſtatur. Dictum illud ſubjuncto: *quæcumque pars corporis ad im- temperantiam te compulerit, projice abſ te; fatius enim eſt, parte mutilum, caſte vivere, quam ea præditum, per- dide.* Huic aliam ex eodem *Sexti* libro ſententiã ſtatim adneſcit: *homines quidem ad tuendam reliqui corporis ſanitatẽ membra ſua ſcindentes videas & abjicientes. At quanto melius ad conſervandam caſtitatẽ!* Utraque paullo aliter verſa adhuc ſuperẽſt in *Rufini* Anulo num. 10. 291. Sed *Adamantius* neutram adprobat, utpote a recto *Sanctæ Scripturæ* ſenſu de *Eunuchis*, longe abeuntem. Ita enim ſubjungit: *at iis (Sexto & Philoni) ſacrarum literarum, circa illa ſententiã, minime adſequuntis, fides habenda non eſt.* Anne ergo *Origenes Sextum* pro *Chriſtiano*, vel ſaltem *Judæo* accepit, qualis fuerat *Philo*? At *Judæum* quis credat, *Gentilibus* & *Chriſtianiſtis* tantummodo notum? Si *Chriſtianiſmum* facinus, ut alii etiam fecerunt, illum in gravi & extrema ſeneſtate, puta ſub *Claudio*, *Apoſtolorum* *Petri* & *Paulli* opera ad *Chriſti* fidem tradu- ctum dicere oportet. *Rufinus* nedum *Chriſtianiſmum*, ſed *epiſcopum urbis Romæ* ab aliquibus creditum dicit, & ipſe *Auguſtinus* interdum creditit. A *Sancto Maximo* in ſcholiis ad *Dionyſium* to. II. operum cap. V. pag. 55. *Eccleſiaſticus philoſophus* dicitur, ubi hanc ejus ſententiã promit: *neque divinitas, neque ingenitum, neque paternitas ſubſtantiam Dei ſigni- ficant.* *Thomas Reineſius* in *epiſt.* XC. ad *Daumium* pag. 225. nonnullas *Sexti* *Sententiæ* *Rufinianæ* verſionis emaculans, ex *Pythagorico Chri- ſtianiſmum*

lianum facit. Eodem spectat vir clarus Michael Lequienius amicus nos-
ter, *Christianum*, sed *philosophum* ratus in notis ad Sanctum Jo. Da-
mascenum, qui eum sub nomine *Sixti Romani* laudat in sacris Paralle-
lis tomo II. Operum pag. 362. sententia ex eo recitata, quæ isdem ver-
bis adducitur a Sancto Maximo tomo II. operum editionis Combesisii
sermone IX. pag. 670. *neque vox apud pisces, neque virtus apud insipientes
quærenda est. Quæ* Lequienio suaserunt, ut *Sixtum Christianum*
crederet, tres sunt sententiæ 225. 383. 399. quarum prima innuit bap-
tismum.

1. *Fidelem te esse professus, spondidisti pariter non peccare Deo.*
2. *Sine Deo sunt hi, pro quibus verbum Dei maledicitur.*
3. *Pasce animam verbo Dei, & corpus simplicibus cibis.*

Alias ex Sancto Joh. Damasceno hoc loco proferamus. Sunt vero to. II.
pag. 411. 420. 640. 656.

1. *Peccata mulierum imperitia virorum contrahuntur.*
2. *Vir sapiens & tacens honorat Deum, cum noscat qua de causa
taceat.*

3. *Vitima Deo est bona voluntas.*

4. *Fieri non potest, ut quis secundum Deum vivat, nisi sapienter
& juste cuncta fecerit.* His & reliquis adnectamus, quæ apud San-
ctum Maximum exhibentur in Sermonibus per excerpta, uti vocat
Combesisius, to. II. Operum pag. 550. 564. 628. 631. & 685.

1. *Ne amicum tibi adhibueris, cui omnia non credis.*
2. *Qui amicum cavillatur, nulla dignus sit laude vel si vera di-
xerit.*

3. *Necessariorum dum vita superflua sunt, curam agito. Morte
autem sublata, eorum humo commiscenda cadavera, quod & hoc pi-
um sit ac justum; non enim una cum corpore sepelitur animus. Frustra igitur
nimis ille funerum labor suscipitur.*

4. *Malam mulierem sigillum decet.*

5. *Duo sunt, qua hominem movent, ut Deo curam impendat, im-
pietatis pena, & religiose mentis premia.*

Si hæc scite dicta nunc in Sixti Anulo desunt, illud in causa est, quod
adnotat Vossius pater in Historia Pelagiana lib. I. cap. xxxi. *Sen-
tentia ista non tam eopse modo a Xysto philosopho scripta, quam ab alio
ex Xysti opere excerpta.* Subnectamus quæ Demophili, Democratis, &
Secundi, veterum philosophorum, sententiis moralibus inferuntur,
per *Lucam Holstenium* Romæ vulgatis apud Mascardum A. D. 1638.
in 12.º pag. 116. notat vir doctus, Sententiam I. pag. 33. esse Sixtinam,
quam *Rufinus* in duas secuerit num. 79. 80. Aliæ immiscentur Demo-
phileis pag. 117. ad Sixtum referendæ, quas *Rufinus* interpolavit nu-
mero 401. 402. Hactenus de antiquis & Græcis quidem Scriptoribus,
qui Sixti, ejusque sententiarum meminerunt.

V. *Quæ Rufinus* in prologo ait, se Anulo Sexti addidisse *religiosi*

RUFINUS .
LIB. V. C. VIII.

parentis ad filium, ea Galeus ex Clementinis Recognitionibus sumta, immo restituta, arbitratur, quam Clemens ille vulgatus, Galeo iudice, vix quicquam in libro I. Recognitionum & Homiliis habeat, quod ex hoc Sexti libello non sumferit. Ad hæc Galeus, quasi parum dixisset, & illud adiungit, *Rufinum hoc pandere noluisse, ne Xysto suo aliquid detrabere auctoritatis, aut forte minori in pretio essent pulchri illi libri Clementis, si quando Sextius detracta persona purus putus ille deprehenderetur Pythagoricus*. Sic ille. Mox libro etiam Pastoris, quem Pseudo-Clementis facile credit, multa ex hoc Sexto afficta arbitratur. Sed Galeus, ultra quam decuit, criticem suam provexit, nulla ratione, nullo prorsus testimonio prolato, quo nos in suam sententiam attraheret. Quare Johanni Alberto Fabricio libenter accedo, jure & merito dubitanti in Bibliotheca Græca tomo v. cap. l. pag. 7. an multi adferri sint Galeo. Neminem quidem ex eruditis puto adferendum. Singula enim argumentis fortioribus indigent. Quod Sixtum respicit, *Rufinus nec Pontificem, nec Martyrem fecit, sed a quibusdam putari dixit: Sixtum, inquit, in latinum verti, quem Sixtum episcopum esse TRADUNT, qui apud vos in urbe Romana Sixtus vocatur! episcopi & martyris gloria decoratur*. Error proclivis fuit, ut Sixtus Romanus episcopus crederetur, qui Sixtus Romanus passim audiebat, quomodo etiam Clemens, Romanus dictus. Immo Lequienius, quem Damascenus Sixtum laudans, Romanum dixerit, hinc apparere ait, Sixti Sententias a Græcis habitas, tanquam Sixti essent Romani Pontificis. Cæsar Baronius A. D. 142. §. x. non constare, ait, *priorisne, vel posterioris Sixti, itidem martyris, nomine illum (Rufinus) edidit librum*. Neutrius quidem certe. Ipse enim Sixtum tantummodo, non Pontificem, non martyrem dixit. Ab aliis Episcopum dici affirmavit. Non est ergo, cur plerique omnes recentiores post Hieronymum summæ fraudis Rufinum arguant, perinde ac Romano Pontifici & martyri librum hominis Ethnici supposuisset. Hieronymus hunc librum, tanquam Sixti pontificis per os Pelagii & sectatorum voltare audiens, in Rufini manes excanduit Epist. XLIII. ad Ctesiphontem, quasi vere Sixti pontificis nomen Rufinus Anulo Sixti Pythagorici suspendisset. Puto tamen Hieronymum in Oriente ex relatu aliorum, ut fit, nec viso Sixti libro, aut prologo, loquutum. Hieronymi verbis censuram exponam: *illam autem temeritatem, immo insaniam ejus, quis digno possit explanare sermone, quod librum Sixti Pythagoræ, hominis absque Christo atque ethnici, immutato nomine, Sixti martyris, & Romana Ecclesia Episcopi pravitavit: in quo juxta dogma Pythagoricorum, qui hominem exæquant Deo, & de ejus dicunt esse substantia, multa de perfectione dicuntur, ut qui volumen Philosophi nesciunt, sub martyris nomine, bibant de calice Babylonis. Denique in ipso volumine nulla Propbetarum, nulla Patriarcharum, nulla Apostolorum, nulla Christi fæmentio, ut Episcopum & martyrem sine Christi fide fuisse contendant*.

dat : unde & vos (Pelagiani) plurima contra Ecclesiam usurpatis testimonio. Idem vir sanctus circa finem libri I. contra Jovinianum, Sixti dictum his verbis laudaverat : & Xystus in sententiis : adulter est, inquit, in suam uxorem amator ardentior. Stridonensis Pater scriptit hoc opus antequam in apertam similitudinem cum Rufino prorumperet, necdum Sexto latine verso. Quare usus fuit codice Græco. Editio enim Rufini num. 222. sententiam paullulum aliter reddit : adulter est in suam uxorem omnis impudicus amator ardentior. Hanc eandem sententiam Hieronymus iterum recitavit, Rufinum (haud tamen expresse nominatum) acerbe sugillans libro VI. in Ezechielem cap. xviii. pulchre, inquit, in Xysti Pythagorici sententiolis dicitur : adulter est uxoris propria amator ardentior : quem librum quidam in latinam linguam transferens, martyris Xysti nomine voluit illustrare, non considerans, in toto volumine, quod in DUAS PARTES frustra divisit, Christi nomen & Apostolorum omnium reticere. Nec mirum si gentilem philosophum in martyrem, & Romanæ urbis Episcopum transfulerit, quem Ensebius quoque Cæsariensis primum pro Origene librum, Pampbili martyris vocabulo commutavit, ut facilius tali laudatore libros impiissimos Periarcon Romanis conciliaret auribus. Longiusculum testimonium protuli, ne meis verbis viri maximi sensus male contraherem. Eadem causa iterum facit, ut ex ejus etiam Hieremiam lib. iv. cap. xxii. alia verba superioribus consentanea describam : miserabilis Grunnius (Rufinus) qui ad calumniandos sanctos viros aperuit os suum, linguamque suam docuit mendacium, Xysti Pythagorici, hominis gentilissimi, unum librum interpretatus est in latinum, divisitque eum in DUO VOLUMINA, & sub nomine sancti martyris Xysti, urbis Romæ Episcopi, ausus est edere : in quibus nulla Christi, nulla Spiritus Sancti, nulla Dei Patris, nulla Patriarcharum, Prophetarum & Apostolorum sit mentio. Et hunc librum solita temeritate & insania, Anulum nominavit : qui per multas provincias legitur, & maxime ab his, qui avaritia, & impeccantiam predicant. Quomodo igitur Dominus Jeboniam instar Anuli de manu sua & digito se projecturum comminatur, ita lectorem obsecro, ut nefarium librum abjiciat, legatque, si voluerit, ut ceteros libros, non ut volumen Ecclesiasticum. Postremum hoc Hieronymus jure postulat, neque aliter postulavit Rufinus interpret. Mirari hoc loco subit, Gerardum Jo: Vossium, alias diffuse lectionis hominem, subauctoque judicio præditum, qui in libro de Philosophorum sectis cap. vi. §. 43. postquam tradidisset Sixti Enchiridion aliquoties in Germania editum cum præfatione Rufini ad Apronianum, hæc subinde verba de ipso interprete scribere potuerit : in qua (præfatione) dicit Sextum hunc Pythagorem eundem esse atque sit Sixtus sive Xystus Papa & martyr. Nusquam hoc dixit Rufinus, qui ab aliis traditum dicit. Sed præjudicia menti infixæ id sæpenuero agunt, ut res ipsas, licet perspicuas, nostrisque oculis subjectas propius videre prohi-

RUFINUS .
LIB. V. C. VIII.

hibeamur. *Vossius* ad eundem scopulum pridem offenderat in *Historia Pelagiana* lib. I. cap. xxxi. *Rufinum*, narrans, *Xyſti Pythagorici Philoſophi commentarios a ſe verſos ſub Xyſti martyris nomine ediſiſſe*. Hinc facile fuit, alios quoque doctiſſimos viros eſdem incudem tundere, *Noriſium* in *Historia Pelagiana* lib. I. cap. II. *Brunonem Neuffer*, ſive *Honoratum Fabrum*, in *Prodomo velitari* pag. 80. col. 2. *Aubertum Miræum* in *notis ad Gennadium*, ut *minorum gentium ſcriptores* omittam.

VI. *Locus Hieronymi*, proxime adductus, contra *librum*, quatenus temere *martyri adſcriptum*, in *cauſſa eſſe potuit*, cur *Gelaſius pontifex* in *Concilio Romano* LXX. *Episcoporum eundem rejecerit* inter *apocryphos*, *publicæ nimirum & canonicæ auctoritatis expertes*. Nam in *Decreto*, quod nos *jamdudum Gelaſio aſſeruimus*, ſic legitur: *liber proverbiorum ab hæreticis conſcriptus, & SANCTI Xyſti nomine præſignatus, apocryphus*. Verba hæc: *Sancti Xyſti nomine præſignatus* notanda ſunt. Nam *Sancti* prænomen a *librariis*, vel fortasſe ab *hæreticis* eſt *incruſtatum*, non ſane a *Rufino*. Id res clamat, & *Rufinus* agnoſcit. *Voffius* in *Historia Pelagiana*, *mirum videri ait*, quod *Gelaſius non a gentilibus, ſed ab hæreticis ſcriptas dicat Xyſti ſententias*. Id ait pontifex, quod *Pelagiana factio Xyſti* hujus auctoritate abuteretur, *quasi Episcopi & martyris*. Forte etiam quod *Xyſtum* interpolasſet. Non certe propter *Rufinum interpretem*, ut ſuſpicatur *Voffius*. *Gelaſius enim* in hoc ipſo *Decreto Rufinum* honorifice nominat, & *Nazianzeni opuscula*, eodem interprete, *libris recipiendis adnumerat*. His & illud adde, *Galeum ex MSS. codicibus olſeſſe, duas Sixtini Anni editiones*, in *ter ſe diverſas*, antiquitus factas. Utraque ad *Rufinum* pertinere non potuit. Quid ergo vetat, alterutram ab *hæreticis* cuſam arbitrari, quam *Gelaſius notare voluerit*? *Baronius A. D. 410. §. LXIV.* *Gelaſianæ cenſuræ* putat occasione dediſſe *loca biblica ab Rufino* in *Sixti librum intruſa*. Sed *Hieronymus* non illi hoc facinus exprobrat. Nec ſane tacuiſſet, ſi *Rufinus* verbo Dei ſcripto *Philophum*, gentilem creditum, interpolasſet. *Rufinus*, uti vidimus ex *Hieronymo*, *Gnomologicon illud Sixti in duas partes diſcriminavit*. Eundem ordinem ſervavit *Champerius*, non tamen *Rhenanus*, *Bigneus*, *Galeus*, ceterique. Sed *gnomen recitemus ex editione Champerii*, quam licet *Pelagius & Auguſtinus Sixtinam agnoſcant*, in reliquis tamen editionibus univerſis *frustra quæris: libertatem arbitrii ſui permittit hominibus Deus, ut pure, & ſine peccato viventes, Deo ſmiles ſiant*. Hoc evincit, editionem *Champerii ad fidem codicis longe omnium antiquiſſimi & ſinceriſſimi expreſſam*. Quum *Pelagius hunc locum, duosque alios, tanquam Xyſti Romanæ Eccleſiæ Episcopi & martyris pro ſe recitaſſet*, eos *Auguſtinus bona fide auctoris, vere Summi pontificis, & vere martyris, in ſenſum catholicum emollire conatus eſt* cap. LXIV. §. 77. libri de *Natura & Gracia* contra *Pelagium: quis item*, inquit, *Chriſtianus ignorat*, quod

quod beatissimum Xystum Romana Ecclesia Episcopum, & Domini martyrem commemorat (Pelagius) quia libertatem arbitrii sui permisit hominibus Deus, ut pure & sine peccato viventes, similes fiant Deo? Hanc sententiam sub Xysti pontificis & martyris nomine a Pelagio pro sua hæresi adductam, Augustinus, ut hæresiarcham tanti nominis auctoritate exarmaret, subsequenter verbis catholicam reddere conatur: *Sed ad ipsam arbitrium pertinet vocantem audire & credere, & ab eo, in quem credit, non peccandi adiutorium postulare. Nam utique quum dicit: similes fiant Deo, per caritatem Dei futuri sunt similes Deo: quæ diffusa est in cordibus nostris non natura possibilitate, nec libero arbitrio, quod est in nobis, sed per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.* Mox duas alias Sixti sententias Augustinus promit ex eju *Anulo* nu. 40. 53. *Et quod dicit idem martyr: templum sanctum est Deo mens pura, & altare optimum est ei cor mundum & sine peccato; quis nescit ad istam perfectionem perducendum cor mundum, dum interior homo renovatur de die in diem, non tamen sine gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum? Item quod ait ipse: vir castus & sine peccato potestatem accepit a Deo esse Filius Dei, ne quum quisque factus fuerit ita castus, & sine peccato (quod ubi & quando in eo perficitur, nonnulla questio est, inter quos alias constat, fieri posse, & sine mediatore Dei & hominum homine Christo Jesu fieri non posse) tamen, ut dicere cæperam, prudenter Xystus admonuit, ne quum fuerit quisque talis factus, & per hoc recte inter filios Dei deputatus, putetur ipse fuisse potestatis, quam per gratiam accepit a Deo quum eam non haberet in natura jam vitiatam atque depravatam, sicut in Evangelio legitur.* Hactenus Augustinus, Sixti sententias, quas pontificis & martyris crediderat, lenire studens. Sed postmodum illarum auctore detecto non quidem Christianorum pontifice nec martyre, se deceptum pro candore suo falsus est in libro 11. Retractionum cap. xlii. quod egregium facinus, & ingenui pudoris plenum laudat Ecclesia Lugdunensis in libro de *Tribus epistolis* to. II. Auctarii Bibliothecæ Patrum pag. 1194. Augustini verba huc adferam: *in libro de Natura & Gratia contra Pelagium verba quadam, quæ, velut Xysti Romani Episcopi & martyris, Pelagius posuit, ita defendi, tanquam revera ejusdem Xysti essent. Sed postea legi Xysti Philosophi esse, non Xysti Christiani.* Non quærit Augustinus quis fuerit Xystus ille philosophus. Tantum nec Episcopum, nec martyrem fuisse ait. Puto Augustinum, perlecto ipso Xysti libro, & Rufini prologo, fucum ab hæresiarcha sibi factum agnovisse. Certe, ut statim agnosceret, una prologi inspectio sufficere poterat, quomodo sufficit Gennadio, qui in venerandæ antiquitatis codice Vaticano Alexandrino num. 8. post Hieronymi Catalogum cap. cl.ii. vel xv.ii. latinas Rufini versiones enumerans, ait, eum *Xysti Romani sententias* exhibuisse: ubi non sane *Romanae urbis episcopum, nec martyrem* dicit. In vulgatis Gennadii editionibus omittitur vox *Romani*, quam tamen Xystum lau-

RUFINUS .
LIB. V. C. VIII.

laudans, adstruit Sanctus Jo: Damascenus. Honorius, alias fides *Gennadii* exscriptor, in re nostra cum eodem consentit, quamquam non *Romani*, sed *Philosophi* nomen usurpat cap. xvii. ubi *Rafinum* vertisse ait *Xysti philosophi sententias*. De suo addit: *contra mathematicos*; sententias enim *contra mathematicos* Gennadius a Sixtinis distinxit, & *Pampbili* esse dixit. De his inferius disseremus. Sed miro mirius est, post omnem erroris nebulam, de Xysto philosopho, non pontifice, sententiarum auctore dissipatam, adhuc repertam, qui Xystum ex philosopho Pythagorico pontificem faceret. Is est Auctor libelli de xi. i. Scriptoribus Ecclesiasticis, Isidoro & Ildefonso subjectus, qui cap. I. hæc literis consignavit: *Xystus Episcopus Romanæ urbis & martyr, composuit ad instar Salomonis librum Proverborum tam brevi eloquio, ut in singulis versiculis singula explicentur sententia: cui quidem opusculo hæretici quædam contra ecclesiasticam fidem inseruerunt, quo facilius sub nomine tanti martyris perverforum dogmatum reciperetur assertio. Sed is, qui catholicum se esse meminuit, probando legat, & ea quæ veritati contraria sunt, non recipiat. Quidam autem (Gelafius in Decreto) putant, eundem librum ab hæreticis, non a Xysto fuisse dicatum. Refellit autem banc opinionem beatissimus Augustinus, qui in quodam opere suo (de Natura & Gratia cap. lxiv.) ab eodem martyre hoc opus compositum esse fatetur. Sed, vir bone, legendæ tibi fuerant Augustini Retractiones, in quibus se deceptum non diffitetur.*

VII. Ceterum cum Fabricio in Bibliotheca latina lib. iv. cap. iii. pag. 332. editionis iv. optandum, ut hæc sententiæ, pleræque auræ, Græcæ reperiantur, ad antiquos Rufinianæ versionis codices conferendæ. Pauca illarum fragmenta sub nomine *Pythagoræ* & aliorum, immo interdum nullius, sparsim occurrunt apud Johannem Stobæum, inque Gnomis Sancti *Nili*, cujus eas operibus inseruit *Josephus Maria Saresinus*, episcopus Vasionensis pag. 548. Quædam leguntur, ut dixi, inter sententias *Demophili* & *Democratis*, ab *Holstenio* primum G. L. vulgatis: qui indicavit in Scholiis, Idem vir præstans in notis Mss. ad Xysti editionem, auctore *Ludovico Hillesemio*, quam servant plures Bibliothecæ Angelicæ, alias Xysti sententias exstare inuit apud *Hieroclem* & *Jamblicum*. Quæ apud Græcos scriptores ecclesiasticos, Origenem, Maximum, & Damascenum, habentur, supra congesti §. v. Quod ad Sixtinam *Rufini* versionem attinet, illi auctoritatem concilii Occidentium monachorum Patrlarcha Sanctus *Benedictus*, ea usus in Regula suæ cap. vii. in fine, ubi, tanquam ex libro, passim recepto, hanc ejus sententiam profert ex num. 134. *Sicut scriptum est, sapiens verbis innotescit paucis*. Magister etiam in Regula cap. xi. apud Holstenium in tomo II. codicis Regularium, velut ex Origene sententiam adducit, quæ tamen ornat Anulum Xysti num. 144. *melius est lapidem in vanum jactare, quam verbum*. In *Causa Dei contra Pelagium* pag. 101. & 104. alias exhibet Thomas *Bradwardinus* ordinis minorum Conventualium quem ordo

ordo scholasticorum *doctorem profundum* cognominavit, quique obiit RUFINUS :
LIB. V. C. VIII.
 Archiepiscopus Cantuariensis xv. Kal. Septembres A. D. 1349. ex Henrici Whartoni Anglia Sacra tom. I. pag. 119. Auctor libri de *Vitis Philosophorum* primævis typis excusi, quasdam etiam inseruit capite cx. His adde vulgati *Isidori* epistolas decretales, quarum nonnullæ Sixti Pythagorici ex versione *Rufini*, sententiis scatent, ut tertia Alexandri I. prior Sixti I. prior itidem Pii I. Melchiadis posterior, Zephyrini prior, Calixti utraque, Pontiani posterior, Anteri unica, Cornelii posterior, Lucii unica. Quod ait *Blondellus* in prolegomenis pag. 64. 65. 66. 71. has sententias a *Rufino* in latinum translatas A. D. 390. stare nequit, *septennio* scilicet prius, quam ex Oriente in Italiam trajiceret, ubi constat versionem ab illo adornatam. Post censuram, qua Hieronymus in Xystum generatim animadverterat, Johannes Maria Brasichellenfis in Indice librorum expurgandorum pag. 189. omnes infra positas ejus sententias singulatim cavendas monet. 7. 120. 124. 125. 184. 194. 200. 248. 252. 263. 265. 287. 299. 306. 336. 342. 343. 393. 396. 409. *vel enim*, inquit, *hæretica, vel erronea, vel male sonantes sunt*. Innuvit autem Bibliothecam Patrum editionis II. Parisiensis A. D. 1589. to. v. pag. 769. ubi *Xysti Rufiniani* sententiæ singulatim enumerantur: sunt vero illæ 430.

VIII. Ut tandem hanc de *Xysto* disceptationem absolvam, ejus codices, calamo & typis expressos, paucis complectar. Ex *Galeo* discimus, latina exemplaria harum *Parabolarum*, ut Seneca appellat, adeo inter se discrepare, ut ferme constet, duas *Xysti editiones* antiquitus prodiisse. Codicum enim quidam plures, alii pauciores sententias comprehendunt. Alibi multa repetuntur, atque ordo immutatur. Alia quoque exemplaria non uno tenore procedunt, sed duas partes constituunt: quod posterius a Hieronymo notatum animadvertimus, & in Champeriana editione servatum. Denique *Galeus* nullum se codicem nactum affirmat, cui ex accurata prædictorum collatione aliqua accessio fieri non possit. *Xysti* latinus codex inter Mss. Bibliothecæ Vossianæ, nunc Leidensis reponitur a Paulo Colomesio in Catalogo pag. 878. Operum editionis Fabricii. Hæstenus de *Xysti* codicibus manu exaratis. Nunc describam editiones typis excusas.

1. Symphoriani Champerii. Lugduni apud Jannot de Campis 1507. in 4.^o cum prologo *Rufini ad Apronianum*.

2. Cum Pythagoræ aureis carminibus. *Wittenburgi* in officina Grunenbergi 1514. in 4.^o

3. Beati Rhenani. Basileæ apud Jo: Frobenium 1516. in 4.^o cum eodem prologo, nonnihil tamen diverso. Hanc primamque editionem superius recensui.

4. Lovanii 1518. in 4.^o

5. Basileæ 1520. in 4.^o

6. Colonix 1522. in 4.^o

RUFINUS .
LIS. V. C. VIII.

7. Parisiis 1541. in 4.^o
 8. Venetiis ad signum Spei 1552. in 12.^o sine prologo fol. 122. post indicem libelli, sic inscripti: *Dicit pretiosa sive loci communes ex omnibus fere doloribus, qui in sacris literis scripserunt, per Defensorem Theologum vetustissimum excerpti.*
 9. Coloniae apud Maternum Cvolinum 1574. in 8.^o sine prologo: & cum hoc titulo: *Sententia Sixti aut Xyfli, qua vera sapientia præceptis referta sunt, & ad celestem disciplinam animos informant, Ludovici Hillesemii Andernaci docta explanatione illustrata.* Hillesemius, qui de Sixto primus benemereri voluit, sententiis per numeros ad oram distinctis, & Commentario explicatis, librum dicavit Gregorio XIII. Summo Pontifici. Margarinus Bignus, omiſſis notis, ex hac editione suam expreſſit tom. III. Bibliothecæ Patrum pag. 962. editionis I. Parisiensis apud Michaelē Sonnum 1575. unde reliquæ omnes manarunt.
 10. Johannis a Fuchte Helmeſtadii apud Jacobum Lucium 1615. in 12.^o sine prologo. Epigraphen accipe. *Gnomæ sive sententiæ de moribus, non minus eruditæ, quam piæ, Xyfli philoſophi, Laurentii Pifani, & Thalassii episcopi, nunc primum seorsum editæ studio Johannis a Fuchte.*
 11. Thomæ Galei, Cantabrigiæ apud Jo: Hayes 1671. in 8.^o & deinde Amstelodami apud Henricum Wetſtenium 1688. in 8.^o sine prologo.

CAPUT IX.

I. *Evagrii, cujus opuscula Rufinus latine convertit, patria & cognomen.* II. *Accusationes in illum congestæ.* III. *Ejus laudes.* IV. *Scripta a Rufino translata, adhuc exstantia.* V. *Sententiæ Pamphili martyris adversus Mathematicos ab eodem converſæ exentiuntur.*

I. **P**RÆTER Xyſtinas, *Evagrii etiam sententiæ Rufinus latinitate donavit.* Auctores habeo Hieronymum & Gennadium. Idem Evagrius, utraq; fama celeberrimus, ab Hieronymo in epistola ad Ctesiphontem *Ponticus Hyperborita* cognominatur: in codicibus Johannis Martianei, *Iberita*, sive *Hiberita*: aptius *Iborita*, ut postea dicam. Stridonensis Pater de illo statim hæc subdit: *qui scribit ad Virgines, scribit ad monachos, scribit ad eam (Melaniam) cujus nomen nigredinis testatur perfidiam tenebras.* Edidit librum & SENTENTIAS *sapi arduas quam nos impossibilitatem, vel imperturbationem possumus dicere, quando nunquam animus ullo perturbationis vitio commovetur, &, ut simpliciter dicam, vel saxum, vel Deus est.* Hujus LIBROS per orientem Græcos, & INTERPRETANTE discipulo ejus Rufino LATINOS perique in Occidente LECTITANT. Ita Hieronymus. In prologo Dialogi contra Pelagianos

lagianos rursus Evagrium exagitat, eidem juxta atque aliis hæreticis sententiam adscribens, *posse ad perfectionem, & non dicam ad similitudinem, sed aequalitatem Dei humanam virtutem & scientiam pervenire, ita ut asserant, se ne cogitatione quidem & ignorantia, quam ad consummationis culmen ascenderint, posse peccare.* In prologo libri iv. in Hieremiam contra Rufinum & Evagrium, quasi Origenis asseclas, ejusdemque errorum armigeros indignatur his verbis: *Commentarios, inquit, in Hieremiam per intervalla dicebam, ut, quod deerat ocio, superesset industriæ, quum subito hæresis Pythagoræ & Zenonis aëthias, & ἀναμάρτυριαι, id est impassibilitatis & impeccantiæ, quæ olim in Origene, & dudum in discipulis ejus Grunnio (Rufino) Evagrío, & Joviniano jugulata est; & non solum in Occidente, sed in Orientis partibus sibilare.* Multa scripsit Evagrius, quæ post Gennadium cap. xi. recensentur ab Antonio Pagio A. D. 388. §. xv. a Casimiro Oudino in Supplemento Bellarminiano pag. 47. atque etiam a Ludovico Dupino initio tomi iii. Bibliothecæ. Librum tamen *Sententiarum*, quem Rufinus ex Græco in Latinum sermonem transtulit, omnes jejune attingunt, vel ferme intactum prætereunt, ne excepto quidem *Tillemontio*, qui res *Evagrii* alias copiose persequitur in tomo x. *Commentariorum de Historia Ecclesiastica.* Ex Palladio in *Historia Lausiaca* cap. lxxxvi. *Evagrius* fuit *genere Ponticus civitatis Livororum*, vel *Hiberorum*, ex *Paradiso Heraclidis* cap. xxv. & ex *Sozomeno* lib. vi. cap. xxx. *Ibora* tamen (non *Ibera*) urbs ad Helenopontum in Asia minori, memoratur Justiniano in *Novella xxviii.* quam urbem Gregorius Nyssenus, *Evagrii* amicus, tom. ii. *Operum* editionis Parisiensis Ægidii Morelli anni 1638. pag. 212. *Oratione* de xi. *Martyribus*, locat prope cænobium Sanctorum Basilii & Marcinæ, unde, ut ait, *non procul abest parva civitas, quam Iboram vocant.* Ejus Episcopus *Uranus* subscripsit *Actioni* vi. *Concillii Chalcedonenfis* apud Labbeum tom. iv. pag. 589. *Codex Palladii* apud Rofvveydo in *Historia eremitica* pag. 789. num. 134. habet ἰσθμὸς *Ibororum* pro ἰσθμὸς *Iberorum.* Ergo minime dubitandum, quin apud Hieronymum, cum Rofvveydo, & Henrico Valesio in notis ad *Sozomenum*, legi debeat *Iborita*, vel forte *Hyborita* pro *Hyperborita.* Violentæ enim & quodammodo ænigmaticæ *Tillemontii* & *Cotelerii* explicationes videntur: quorum ille *Hyperboritam* exaggeratione quadam ab Hieronymo scribi potuisse conjicit, proptereaquod *Pontus*, patria *Evagrii*, esset borealis, contra ac *Palæstina*, ubi Hieronymus hæc scribens morabatur; *Cotelerius* vero in *Monumentis Ecclesiæ Græcæ* tom. ii. pag. 543. *Hyperiberitam*, vel *Hyperiberitam* scriptum ab Hieronymo suspicatur, nomine in *maledictum* contorto, quasi supra *Iberitas*, populares suos, *Iberita*, atque *Iberitis* pejor; quod nimirum *Iberi*, sive *Hiberi*, ceteræque Ponticæ gentes male audirent, teste præ aliis *Septimio* sub initio librorum in *Marcionem.* Idem vir doctus, *Cotelerium* dico, pag. 677. se *codices Mss. bene multos* vidisse ait, in quibus legitur *Hiborita*, & *Hiberita*: *Hyborita*

RUFINUS .
LIB. V. CAP. IX.

etiam, ex quo factum *Hyperborita*. Sed vero similis existimo, virum Sanctum procul a *scommate*, unam *Fvagrjii* patriam designare voluisse, ut illum ab aliis *Fvagrjii*, tunc notissimis, discriminarer, puta ab *Eva-grio* Antiocheno Episcopo, *Eva-grio* Sancti Johannis Chrysofomi necessario, & *Eva-grio* presbytero, qui A. D. 381. Concilio Aquilejensi interfuerat. Hic noster *Eva-grius*, professione monachus, cujus opuscula *Ru-finus* latine vertit, viris sanctitate & doctrina maxime illustribus operam dedit, Gregorio Nazianzeno præceptore usus, a magno Basilio Lector, a Gregorio Nysseno Diaconus ordinatus, in Ecclesia Constantinopolitana sub Nestario, Archidiaconi munere functus, unde Hierosolymam digressus, a *Melania* exceptus est, cujus suavis monachum induit. Tandem sub utroque Macario, aliisque sanctissimis viris, Deo vacaturus, in Nitria & Cellularum deserta secessit, ubi ex hac vita migravit A. D. 399. circa festum Epiphaniæ, ætatis suæ 11 v. postquam Theophilo Alexandrino, onus Episcopatus sibi imponere satagenti, se subduxisset. De *Eva-grio Iborita* ex Ponto, cujus scripta *Rufinus*, ejus necessarius, cum Latinis communicavit, hæc carptim delibavi. Cetera Tillemontius fusiori calamo exequitur.

II. Quanto odio Theophilus Ægyptios monachos, in Origenismi suspicionem vocatos, insectaretur, alibi dictum. Hieronymus Theophili opinionem generatim sequutus, *Eva-grium*, quasi Adamantii erroribus plenum, primus omnium *Pelagjii* præcursoribus adnumeravit. Etenim satis erat Origenis studiosum videri, ut quis in *Pelagianismi* suspicionem incurreret. Viri Summi Petrus Daniel Huetius in *Origienianis* lib. II. cap. 1 v. Sect. III. §. xiv. & *Henricus Noris* in *Dissert. de Concilio v. cap. VII. Eva-grium* perinde ac Origenem Didymumque in eodem Concilio, & ex illo in VI. & VII. damnari quidem ostenderunt. Sed Honoratus Faber in *Prodromo velitari Parte III. cap. II. §. IX. pag. 77.* contra Norisium, qui Petrum Halloixium, ut patronum Origenis, acriter impugnauerat, non diffitetur quidem, Synodum v. damnasse errores Origeni, aliisque antea defunctis, nimirum *Eva-grio* & *Dydimo* impactos: non tamen ideo tunc Origenem ab Ecclesia damnatum adnuitit, nec *Fvagrjium*, aut *Didymum* certe. Constat enim apud Catholicos, Synodum v. antequam a Summo Pontifice confirmaretur, non fuisse *æcumenicam*, teste etiam Baronio A. D. 553. §. cxxiv. utpote celebratam *sine Ecclesia Occidentali, & sine Legatis Apostolica Sedis*: immo non solum non approbante, sed expresse refragante Vigilio pontifice. Vigilius illam quidem postmodum adprobavit epistola decretali, quam publici juris fecit Petrus de Marca, licet Garnerius in notis ad Liberatum Diaconum de ea dubitet. Verum, utcunque sit, hac tantum parte adprobavit, in qua *Tria capitula* condemnauerat: de quo dubitari non potest, de eo enim exstat *Vigilii Constitutum* apud Baluzium in *Conciliis* pag. 152. De *Fvagrjo* ceterisque alium in eo silentium. Subsecuti pontifices, *Pelagius* uterque, & *Gregorius Magnus* in *Vigilii* vestigia presse incur-

incurrentes, nihil ex Synodo v. adprobaverunt præter unam *Trium capitulorum* condemnationem. Quare Vigilius & Successores Synodum v. quantum ad *Trium capitulorum* condemnationem dumtaxat adprobaverunt, non quantum ad alia in eadem Synodo acta: quorum multa nunquam adprobare potuerunt, ut Faber ostendit. Ex his unum fuit *Evagrii* damnatio, cujus errores Sedi Apostolicæ non innotuerant. Alios autem, quos ut hæreticos eadem Synodus v. damnavit, Apostolica Sedes in aliis Conciliis ante Jam. naverat, & nova tunc eorundem approbatione, quantum ad hæc, opus non fuit. Optavit quidem, immo & flagitavit Theophilus cumque eo Hieronymus, ut Apostolica Sedes Theophili damnationem Origenis confirmaret, sed minime obtinuit. Hieronymus epist. LXXV. ad Pammachium & Marcellam, ait, *predicationem Cathedralis Marci Evangelista, Cathedralis Petri Apostoli sua predicatione confirmet*, sed tamen non confirmavit, quanquam Hieronymus ibidem subjungit, *celebri sermone vulgatum, beatum quoque Papam Anastasium*, &c. Baron. pag. 99. to. 5. Cetera apud Fabrum videri possunt. Non me quidem fugit, post Hieronymum a Johanne Climaco *Evagrium* propter *apatbiam* reprehensum in Gradu XIV. Scalæ Paradisi pag. 203. Operum editionis Parisiensis Matthæi Raderi. Sed Dionysius Carthusianus dicto Climaci, sensum *Evagrii* præferre non dubitat in Enarrationibus ad Scalam Climaci, Gradu XXIX. fol. CXXVII. editionis Colonienfis apud Melchiorum Novesium A. D. 1540. in folio. Aliquot post *Evagrium* sæculis Antiochus Abbas, Heraclii Augusti æqualis, Homilia CXXX. pag. 234. to. XII. Bibliothecæ Patrum editionis Morellianæ G. L. anni 1634. *Evagrio*, Origeni, & Didymo errores adscribit de præxistentia animarum ante mundi conditum, deque omnium rerum, quæ fuerunt, renovatione. Eadem illi tribuunt Cyrillus Scythopolitanus in Vita Sancti Sabæ, & Joh. Zonaras canone in Deiparam, uterque in Monumentis Cotelerii to. III. pag. 374. 468. Ad ea tempora etiam Joh. Moschus sive Sophronius in Prato Spirituali cap. CLXXVII. pag. 916. editionis II. Rosvveydi, narrationem attexit, *Evagrii* famæ parum æquam: quem tamen *Sanctitatis* titulo ornari in codice Barberino testatur *Suaresius* ad Nilum pag. 610. Quod alibi etiam factum videbimus. De justitia tot accusationum, quæ in *Evagrium* cumulantur, Deus judex est. Pro eo interim stat, quod crimen Origenismi viris etiam sanctitate venerandis fuerit impactum: quos inter Chrysofomo primas deberi, a nullo ignoratur. Scripta *Evagrii*, quæ super sunt, passim laudari certissimum est, etiam quæ *Rufinum* interpretem habuerunt. Hæc enim a Sancto Benedicto Anianensi magni facta postmodum ostendimus. Quod respicit *apatbiam* vocem, nemo prudens omnes Scriptores ea usos facile arguet. Siquidem auctor Vitæ Sancti Pachomii, errorum Origenis, quos averfatur, penitus expers, eadem voce, juxta ac *Evagrius*, utitur apud Laurentium Suriem die XIV. Maii. Marcus, qui Vitam Sancti Porphyrii Gazensis descripsit apud Bollandum die XXVI. Februarii pag. 660.

RUFINUS .
LIB. V. CAP. IX.

§. 101. *apatbia* vocem pariter usurpavit. Huc etiam ad partes advoco Eliam Cretensem metropolitam in Scholiis ad Gradum xxx. Scalæ Climaci pag. 445. ubi sic loquitur : *ego enim apatbiam, sive tranquillitatem animi nihil aliud esse existimo, quam mentis in corde Cælum, quod omnes improbas demonum artes deinceps pro ludo & ludibrio habet & contemnit*. Confer *Raderi* doctam observationem ad caput 1v. pagina 471. bonum sensum *apatbia* tribuentis, & Bernardini Rosignolii suffragium adficientis ex libro 11. de disciplina Christianæ perfectionis cap. xxvii. pagina 341. Huc facit Magnus Basilius in Regulæ fufioris præfatione, aliique non pauci, qui ab *apatbia* vocabulo nequam abhorruerunt, quum probe nosset, rectam significationem commodè considerata, malam involvat. Hinc Pelagiana hæresi ex Orco egressa, vox *apatbia* passim suspecta. Suspecti quummaxime qui vocem in scriptis suis quomodocumque usurpassent, ut *Xyltus*, *Evagrius Ponticus*, & eorum interpres *Rufinus*. Pelagius enim hoc etiam docuit, posse hominem in hac vita eo perfectionis ascendere, ut ab affectibus vacuus, ultra non peccet, ex Historiæ Pelagianæ Scriptoribus, Vossio libro 1. cap. 111. & Norisio lib. 1. cap. 1. Egregia tamen est animadversio viri in veterum Patrum lectione exercitatissimi Cotelerii, in notis ad Recognitiones Clementis libro 1. cap. 11. §. 13. *apatbiam*, strictè sumtam, esse *imperturbabilitatem*, atque *impeccantiam*; sed laxius interdum ab antiquis Patribus usurpari pro eo statu, in quo positus vir Sanctus per gratiam Dei minus crebris, & minoribus tentationibus sit obnoxius, nec gravioribus peccatis succumbit. *Apatbiam* sic explicatam admittit Sanctus Maximus, cui to. 1. Operum pag. 399. Centuria 1. de Caritate cap. xxxvi. ea est *pacatus animi status, quo is agre ad vitium movetur*. Iterum consule eundem Sanctissimum, doctrinaque theologica instructissimum Patrem pag. 441. 451. 521. 570. 571. & 654. His enim, aut nullo explicatum iveris quæ apud alios pios scriptores bene multos, nedum *Evagrium*, de *apatbia* passim offendimus.

111. *Evagrium* in vivis agentem a nullo accusatum reperio. Mortuum, nemo unquam præter Hieronymum, integro centum & quinquaginta annorum spacio, accusavit; ne ipsemet quidem Theophilus Alexandrinus, alias in multos Ægypti monachos, tanquam Origenistas, mox ab *Evagrii* obitu, sæviens. Sed Hieronymo, ne *Evagrium* probaret, satis fuit, illam *Melania Rufinoque*, *Ammonio* item, reliquisque solitariis, per Theophilum male habitis, amicitia adhæsisse. Ceterum nemo ex antiquis Scriptoribus *Evagrium* sine laudis præfatione memoravit; non *Palladius*, non *Rufinus*, non *Socrates* lib. 1v. cap. xviii. non *Sozomeus* lib. vi. cap. xxx. Non Sanctus *Prosper* in Chronico editionis Scaligeri, non denique Gennadius. *Evagrii* sententiæ passim receptæ a Græcis Patribus, Nilo, Maximo, Damasceno. Ad hæc in Historia eremitica ejus auctoritas non semel adducitur lib. 1. pag. 568. §. 14. & pagina 582. §. 5. Etiam in Catenis Patrum Græcorum: eandemque Sanctus

Doro-

Dorotheus monachus laudat lib. xii. de Doctrinis. At enim ex his male audit unus & alter, quippe Origeni addictus. Plerique tamen suspicionibus vacant: nec Novatianismo, qui Soerati impingitur, quicquam cum Origene & Pelagio commune fuit. Adi postremo loco Regulam Sancti Antonii Abbatis editam ab Abrahamo Ecchellensi pag. 75. in qua *Beati Evagrii* laus est. Quid jam de sanctissimis viris dicam, quibus stricto necessitudinis vinculo adhæsit? Quid de utroque Macario? Quid de Arsenio? Quid demum de Isidoro Pelusiota, cujus epistola ccti. libri I. scripta est ad Evagrium Diaconum? Quod pro eo dixi de Concilio v. ab Apostolica Sede, quantum ad unam Trium Capitulorum, non Evagrii, condemnationem, adprobato, hoc idem auctoritas Sancti Benedicti Anianensis confirmat, quem *apatbia* nomen, Evagrii scriptis insertum, nequaquam deterruit, quominus tria ejus opuscula, utpote ab erroribus vacua, & religiose vitæ perutilia, in suum Codicem regularum transcriberet. Immo Evagrii lucubrationes apud Occidentales tanti fuerunt, ut aliquando ejus liber de *Conflictu virtutum & vitiorum*, primariis Ecclesiæ Latine doctoribus, Augustino & Ambrosio tributum fuerit; Leoni etiam Pontifici, Isidoro, & Autperto. Adi Appendicem tomi v. Operum Sancti Augustini editionis novæ pag. 219. ubi de *Conflictu vitiorum & virtutum* inscribitur. Esse autem Evagrii *Antirrheticum*, ab Gennadio conversum, nemo animadvertit præter unum, talium callentissimum, Lucam Holstenium in notis MSS. ad Roberti Bellarmini Catalogum; unde perspicuum fit, Evagrii *Antirrheticum* a viris doctis frustra quæri. Holstenius monet, quæ in extremo libro leguntur de *regula* Sancti Benedicti, esse assumentum, quod MSS. vetusta non agnoscunt. Etiam auctores novæ, quam dixi, editionis, testantur in MSS. quibusdam, & in editione Erasmica librum carere capitibus duobus postremis xxvi. 1. & xxviii. eundemque his verbis claudi: *tu autem homo Dei vigilantis studio attende quæ dico, ipso adjuvante, qui vivit & regnat in sæcula sæculorum, amen.* Hæc de Evagrii doctrina. Ad mores quod attinet, nihil profecto simplicius & sanctius animo effingi potest, quam ejus vitæ historia, uti eam refert Palladius, qui toto novennio eum novit.

IV. His præmissis pro *Evagrío*, cujus causa *Rufino* communis est, jam ad *Evagrii* Opera Græce scripta, & per nostrum conversa, accedamus. Ea recenset Gennadius, inque duas classes partitur in Catalogo cap. xi. Quædam enim ait ab se, quædam ab alio (Rufinum intellige) latine translata. Quæ in posteriorem hanc classem rejicit, hæc sunt.

1. Liber centum Sententiarum ad monachos, sive anachoretas.
2. Liber de vita communi cœnobarum ad Synoditas, alias Sententiæ de *apatbia*.
3. Liber ad Virgines Deo sacratas.

De primo opere scribit Gennadius eodem cap. xi. *composuit & anachoretis librum CENTUM SENTENTIARUM, per capitula digestum.* Mox alium librum recenset: *& eruditiss ac studiosiss (librum)*

RUFINUS.
LIB. V. CAP. IX.

(librum) *quinquaginta Sententiarum, quem ego latinum feci. Nam superiorem* (librum centum Sententiarum) OLIM TRANSLATUM, quia vitiatum & per tempus confusum vidi, partim reinterpretoando, partim emendando, auctoris veritati restitui. In Gennadii vetustissimo codice Vaticano ob antiquarii incogitantiam hic aliqua defunt. Ex vulgatis liquet, librum centum *Sententiarum* ab alio interprete olim conversum, sed ignavia librariorum corruptum: quem Gennadius ad veteres codices exegit & emendavit. Primus ille centum *Sententiarum* interpres non alius fuit, quam *Rufinus*, si Gennadium quidem Gennadio explicamus. Gennadius autem cap. xvi. de *Rufini* Græcorum operum translationibus loquens, generatim ait, eum exhibuisse *Evagrii Sententias*. Hunc eundem librum cum reliquis duobus perspicue designavit Hieronymus ad Ctesiphontem de *Evagrio* sermonem trahens.

1. *Scribit ad VIRGINES.*

2. *Scribit ad MONACHOS.*

3. *Edidit librum & SENTENTIAS ipsi auctoris, quam nos impassibilitatem vel imperturbabilitatem possumus dicere, quando nunquam animus ullo perturbationis vitio commovetur, & ut simpliciter dicam, vel saxum, vel Deus est. Hujus (Evagrii) LIBROS per Orientem Græcos, & INTERPRETANTE discipulo ejus Rufino, LATINOS plerique in Occidente LECTITANT.*

Non jam unum ergo, sed plures *Evagrii libros* Rufinus transtulit. Tres nimirum, supra a me recensitos. Quid luculentius? Primum Gennadius eodem cap. xi. librum centum *Sententiarum* appellat, Secundum sic refert: *Composuit et Cœnobitis et Synoditis doctrinam aptam vitam communi.* De *Synoditis*, qui iidem sunt ac *cœnobitæ*, ne ego, ut alius fecit, Cangii scrinia compilem, vide utrumque ejus Glossarium. Tertium *Evagrii* librum his verbis Gennadius designat: *et ad Virgines Deo sacratas libellum competentem religioni et sexui.* Tria hæc opera *Evagrii* adhuc supersunt, licet *Rufini* interpretis nomine & prologo ablatis, quomodo alibi quoque hæc eadem ablata observavimus. Nam Gennadius de *Rufini* translationibus hoc peculiare adnotavit: *horum omnium quæcumque præmissis prologis a LATINIS leguntur, a Rufino sunt INTERPRETATA.* De his nihil recentes Literatorum nomenclatores. Non enim ad codicem regularum Sancti Benedicti Abbatis Anianensis, quem octingentis ab hinc annis scriptum publici juris fecit Holstenius, digitem intenderunt. Immo ex his unus Guillelmus Caveus *Evagrii opuscula* ab *Rufino* translata, *deperditis* adnumeravit A.D. 390. Sed Appendix ejusdem codicis ex membranis Floriacensibus Reginae Svecorum, nunc Vaticanis, tria jam dicta monachi *Iboritæ* opuscula, a *Rufino* conversa nobis servavit. Priora duo absque ulla distinctione sententiarum ob similitudinem in unum coalescunt, utriusque hac una epigraphe imposita, in duas tamen, ut quilibet liber suam habeat, hoc pacto dividenda.

1. *Evagrii monachi Sententia.*

2. *Ad*

2. *Ad eos, qui in Cœnobiis et Xenodochiis habitant.* Hi sunt Synodica. Cœnobia enim hujusmodi, etiam Synodochia, seu Xenodochia dicebantur apud Cangiium in Glossario.

Primus Evagrii liber, *centum Sententiis* constans, hisce verbis absolvitur pag. 35. editionis Parisiensis: *suave est mel et dulcis farus, Scientia autem Dei dulcior ambobus.* Mox alter libellus subsequitur: *ad eos, qui in Cœnobiis et Xenodochiis habitant fratres, seu Cœnobitas et Synoditas;* non scilicet solitarios, sed cum aliis degentes; atque his verbis inchoatur: *audi monache, sermones Patris tui.* His duobus succedaneum venit *tertium* opusculum, quod, præter Hieronymum & Gennadium, Socrates cum reliquis memorat lib. IV. cap. XXIII. *Sententia ad Virgines.* In his porro libris, & præsertim in primo occurrit *apathia*, sive *impassibilitas*, quæ in libris Evagrii Latinis & Græcis Hieronymum tantopere offenderat: manifestius hoc fiet, si exempla aliqua huic adferam, unde clare id comprobetur.

Pag. 34. *Qui servituti subjicit carnes suas, impassibilis erit.*

Pag. 35. *Sedes autem impassibilitatis anima bene operans.*

Pag. 36. *Sine impassibilitate non exaltabitur Cor. Caritatem antecedit impassibilitas, impassibilitatem generat prudentia.*

Pag. 37. *Longanimis monachus impassibilitate gaudebit, monachus prudens impassibilis erit.*

Pag. 40. *Quæ miseretur viventibus oculis suis, et tabescentibus carnibus suis, non latabitur impassibilitate.*

Habemus ergo tres Evagrii libros a Rufino conversos, & a Hieronymo nonnintim indicatos, qui jamdudum periisse credebantur. Jam vero summopere optandum, ut singuli seorsum dispositi, & sententiis per numeros ad oram distinctis, quod Xysto factum notavimus, cum reliquis Rufini operibus, tam alienis, quam propriis in unum corpus redactis, officinas typographicas subeant.

V. Quandoquidem Xysti & Evagrii sententias a Rufino conversas excussimus, locus postulat, ut etiam Pamphili martyris *sententias adversus mathematicos*, ab eodem Rufino conversas, excutiamus, de quibus alibi mentionem aliquam fecimus, & facit Gennadius cap. XV. In hujus tamen verbis mendum latere credidit Tillemontius tom. XII. Artic. CXXIX. quoniam Sanctus Pamphilus non *sententias adversus mathematicos*, sed pro Origene *Apologeticum* scripsisse legitur: quem Gennadius indicare voluit. Caveus A. D. 390. post Labbeum tom. II. pag. 310. easdem sententias *deperditis* adnumerat, suspicatus etiam, in nomine Pamphili Gennadium alucinari. Norisius, in Dissert. de Synodo v. cap. XIII. *Rufinum* nostrum, ab se cum alio Rufino, hæreticorum antesignano, commixtum, exagitans, crimen fraudis & imposturæ propterea eidem Rufino adglutinat, quod in priori Apologia, Macario scribenti *contra mathematicos*, persuaserit, *Sanctum Pamphilum martyrem quadam ex parte tale aliquid operis conscripsisse in Apologetico;*

RUFINUS.
LIB. V. CAP. IX.

hoc quod Pamphilus scripserat, se translaturum pollicitus, nec postea transtulerit. Ex his doctissimus Cardinalis se agnovisse ait, Gennadium a Rufino in errorem abductum; nam, inquit, in *Pamphili* Apologetico, quem *Rufinus* Macario nuncupavit, nihil prolatum legitur *contra mathematicos vel Fati assertores*. Tantum de *Patre, de Filii aternitate et consubstantialitate; de Sancti Spiritus divinitate, de Verbi incarnatione ac Christo Domino, de pœnis damnatorum, et de animarum transmigratione ibidem disseritur*. Norisius mox percontatur, quodnam igitur opus *contra mathematicos* Pamphilus scripsit? Quomodo *Rufinus* eorum, quæ *Macarius*, scire cupiebat, notitiam tradiderit? Tandem putat, *impostura* originem latuisse in reliquis libris quinque Apologeticis pro Origene, nunc deperditis, quos idem vir summus uni *Eusebio*, non item ut debuit, *Pamphilo*, tribuit. In horum aliquo dicta Originis *contra mathematicos* recitata existimat; hosque libros omnes, Rufinum transferre voluisse. At vix *primum* interpretatus, manum de tabula amovit, veritus, inquit Norisius, ne reliqui libri *quinque*, non *Pamphili*, sed *Eusebii* esse cognoscerentur, si eos vertisset. Hinc error Gennadii, rem infectam pro facta accipientis. His & illud addit Norisius, *Rufinum* noluisse Apologetico, ab se converso, *primi libri* nomen imponere, ne ab alio, quam a Sancto *Pamphilo*, compositus putaretur. Ego de ipso Apologetico, & an *libri primi* unus *Pamphilus* auctor fuerit, necne abunde disserui lib. v. cap. v. §. II. & IV. Nunc ostendam, *Rufinum* Macario promissis stetit, dum illum *unum* unius *Pamphili* martyris librum, qui *primus* fuit *sex librorum* Apologetici, latine converterit; non item ceteros vertisse, quia Pamphilus *contra mathematicos* in eo uno, qui *primus* & suus fuit, non etiam in reliquis, scripserat. Rei veræ, & luce meridiana clarioris, explicationem accipe. *Pamphilus* in illo ipso *Apologetico* suo, qui ex versione Rufini etiamnum superest to. I. Operum Originis pag. 758. editionis Gryncæ, tuetur humani arbitrii libertatem *contra mathematicos, & Fati assertores*, humanas actiones astrorum cursui & motibus impie tribuentes. Verba sunt Pamphili: *consequens est intelligere, non nos necessitati esse subiectos, ut omni modo, etiam si volumus, vel bona, vel mala agere cogamur. Si enim nostri arbitrii sumus; impugnare fortasse nos possunt aliqua virtutes ad peccatum, & alia juvare ad salutem. Non tamen necessitate cogimur vel recte agere vel male: quod fieri arbitrantur (mathematici & iudicarii astrorum vulgo dicti) qui stellarum cursus & motus, causam dicunt humanorum esse gestorum. Non eorum, quæ extra arbitrii libertatem accidunt, sed eorum, quæ in nostra sunt posita potestate. Ad hæc vir sanctus pag. 760. hæreticorum albo illos adscribit, qui liberi arbitrii potestatem ex animabus auferre nituntur, velut pernicioso dogmate communi humana vita, & virtuti continentia labem quandam inferre iudicandi sunt, ne humani propositi reputetur bonum quid vel facere, vel dicere, vel sentire, ex quo ad contemptam aut negligentiam divini iudicis*

cis mens humana firmabitur. Et infra. *Habendam est autem in ecclesiasticis observationibus, quod neque hominum quis a Deo in perditionem traditus est; sed unusquisque pereuntium sua negligentia pereat & culpa, qui habens arbitrii liberi potestatem, eligere quod bonum est et potuit et debuit. Quod etiam de ipso diabolo sentiendum est*. Hæc testimonia contra astrologos seu mathematicos, ex ipso Sancti Pamphili Apologetico excerpta, Rufini probitatem ab impostura & fraudis calumnia vindicant. Recte enim Macario scribenti contra mathematicos Rufinus dixisse produnt, Pamphilum tale aliquid Operis conscripsisse in Apologetico suo, qui erat primus librorum sex ab illo uno conscriptus quum reliqui iv. non ab eo uno, sed ab eo & Eusebio simul conscripti fuissent, ultimus vero ab uno Eusebio. Hoc quod Pamphilus scripsit, etiamnum superest in ejusdem Apologetico. Non ergo Gennadius, a Rufino in errorem abductus, Pamphili Sententias adversus mathematicos, quæ nullæ essent, operibus a Rufino conversis adnumeravit; sed quod Pamphilus in Apologetico adversus mathematicos vere scripserat, & Rufinus latine converterat, hoc idem Gennadius expressit vocavisse *Sententiarum adversus mathematicos*; quamvis Apologeticum potius quam Sententias appellare debuisset. Non enim Gennadius quasi duos libros a Rufino conversos, Pamphilo adscripsit, Apologeticum & Sententiarum adversus mathematicos, sed unum tantum adscripsit, ut titulo Sententiarum adversus mathematicos palam faceret, unum martyris Apologeticum ab se denotari. Ne librum indictum præteriret, alterutro eum nomine indicare debuit. Indicavit autem nomine Sententiarum adversus mathematicos. Minime tamen hoc loco dissimulandum, in vetustissimo Gennadii codice Vaticano haudquaquam legi ut in vulgatis: interpretatus est etiam (Rufinus) Sententias Pamphili martyris adversus mathematicos. Sed post Evagrii Sententias mox sequitur: Pamphili martyris adversus mathematicos, intellige forsitan librum, vel Apologeticum. Utcumque Gennadius scripserit, certe librum primum Apologetici indicavit, eundemque pro fœtu Sancti Pamphili agnovit. Jam ergo patet, in Sancti Pamphili Apologetico re vera hujusce martyris Sententias adversus mathematicos, a Rufino conversas, etiamnum exstare: quas viri docti vel nunquam exstitisse, vel jamdudum periisse censuerant. His pro Rufino observatis, nolo quicquam Norisii laudum imminui. Virum, interioribus literis ornandis locupletandisque natum, semper summe suspexi. Sed nusquam labi, Diis, non hominibus datum. Nunc ceteris quoque Rufini translationibus evolvendis operam demus.

CAPUT X.

1. *Clementis Recognitiones Græcas post earum translationem, ab amico Paulino Nolano frustra tentatam, Rufinus latine convertit. II. Rogatus Sanctæ Silvix, Rufini præfæcti prætorio sororis, opus adgreditur, quod Gaudentio Brixiano Episcopo nuncupat. III. Verus præfationis auctor & Recognitionum interpret Rufinus. IV. Bellavini locus circa Clementis Recognitiones expenditur. V. Variæ inscriptiones Recognitionum Clementis recitantur. VI. Auctor Recognitionum inquiritur. VII. Eiusdem atas statuitur. VIII. Dodoveli sententia refellitur. IX. Censura Gelasii Papæ de Recognitionibus. X. Variæ Recognitionum editiones numerantur.*

1. **P**aulinus Nolanus Epist. XLVI. olim XLVI I. *Rufinum* ex Cænobio *Pineti*, ut alibi dixi, Romam iturum, humanissime salutavit, gratis amico habitis, quod se de Græcis litteris attentius perdiscendis communisset, postquam Latinam Operum Sancti Clementis ab se adornatam editionem, ad eundem Rufinum transmiserat. Vir sanctus & modestissimus imperitiæ suæ tribuit, quod alicubi sensum magis quam verba, quippe ab se non intellecta, converterit. Sed Paulinum ipsum loquentem audiamus: *sane quod admonere dignaris affectu illo, quo nos, scit te diligis, ut studium in Græcis literis attentius sumam, libenter accipio. Sed implere non valeo, nisi forte desideria mea adjuvat Dominus, ut diutius consortio tuo perfruar. Nam quomodo profectum capere potero sermonis ignoti, si desit a quo ignorata condiscam? Credo enim, in translatione Sancti CLEMENTIS præter alias ingenii mei defectiones, hanc te potissimum imperitiæ meæ penuriam considerasse, quod aliqua, in quibus intelligere verba non potui, sensu potius apprehenso, vel, ut verius dicam, opinata transtulerit: quo magis ego misericordia Dei, ut pleniorum tui copiam tribuat; quia pro divitiis erit pauperi, ut micæ, a divitis mensa cadentes, avido famelici cordis ore colligere. De Clemente Romano Paulinum hic loqui, non est cur quisquam dubitet cum Heriberto Rosvveydo. Suo enim is nomine ab Alexandrino, aliisqve, apud veteres antonomastice se distinguebat. Rufinus, qui Clementinas Recognitiones in libros x. distinctas una cum aliis bene multis Græcorum codicibus ex Oriente secum attulerat, in Italiam redux, Paulino hospiti interpretandas commodaverat. Sed Paulinus interpretationem adgressus, ultimam ei manum nequaquam imposuit, quod Rufinus ex specimine ad se misso, eam minus accurate confectam deprehendisset, sanctum virum, ut majus studium in Græcis literis poneret, benevole hortatus. Hæc omnia nobis prodit Paulinus. Rosvveydus monet in notis, *Rufinum vel Paulinum interpretationem interpolasse, vel de novo Clementinas illos vertisse*. Vir doctus in re clara hærare non debuit. Hoc enim pos-*

sterius certissimum est. Neque *Rufinus* alienam interpretationem, & ab se non probatam, sibi usurpasset. Hanc Rosveydi dubitationem illud satis convellit, quod Paulinus aliqua, in quibus intelligere verba non potuit, sensu potius apprehenso se vertisse dicat. Rufinus vero, non solum a sententiis, sed nec a sermonibus quidem satis, elocutionibusque se discensisse profiteatur: quæ res, inquit, quamvis minus ornatum, magis tamen fidele narrationis reddit eloquium.

II. *Rufinus* hunc suæ Clementinæ translationis laborem susceperat, rogatus olim a Sancta *Silvia* Virgine, quam Paulinus laudat epist. xx. 1. alias xi. ad Severum, eam testatus, multorum ex Oriente martyrum reliquias in Italiam convexisse. De illa *Rufinus* in prologo Operis Clementini ad Gaudentium Brixianum Episcopum: nos, inquit, quos & iugentium tenuitas minus promptos, & senectæ jam tardos reddit, ac segnes, opus, quod OLIM veneranda memoriæ SILVIA injunxerat, ut Clementem nostræ lingua redderemus, & tu deinceps jure hæreditario posebas, licet MULTAS post MORAS, tamen aliquando restituimus. Prædam non parvam, Græcorum bibliothecis ereptam, nostrorum usibus & utilitatibus convertamus, ut, quos propriis non possumus, peregrinis nutriamus alimentis. Nam & solent suaviora videri peregrina, interdum vero & utiliora. Ait *Rufinus*, Gaudentium hæreditario jure ab se poposcisse hanc translationem, proptereaquod Sancta *Silvia* Virgo, cui eandem ipse sponderat, Brixie, in sede Gaudentii diem suum obiisset, ubi ejus corpus quiescit in æde Sancti Johannis, recoliturque memoria die xv. Decembris, ex Actis Sanctorum Bollandianis die xxvii. Aprilis pag. 495. §. 3. Palladius, qui in Historia Lausiaca cap. cxlii. se cum *Silvia*, 12. annos agente, Ægyptum petiisse testatur, *Salviam*, alias *Silvaniam*, & *Rufini* *Expræsæti* sororem, vocat. In veteri tamen ejusdem Historiæ suæ versione, quæ *Paradisus Heraclidis* inscribitur, non *Silvaniam*, aut *Salviam*, sed *Silviam* dicit cap. xlii. pag. 977. editionis II. Rosveydi. Uterque vero, Palladius & Heraclides, initio capituli subsequentis, auctor est, Sanctam Olympiadem, Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconissam, *Silvia* egregias virtutes sibi imitandas proposuisse. Tanta nimirum *Silvia* fuit claritudo & fama sanctitatis, ut aliis in exemplum daretur! Vocabulum *expræsæti*, Græce τῆ ἐπὶ ἀρχῆς, non est cur Tillemontius tomo xi. pag. 639. ad tempus itineris Palladii cum *Silvia* in Ægyptum, five ad A. D. 388. referendum dicat, quam vere ad A. D. 420. quo scribebat *Palladius*, referri debeat. *Rufinus* enim *Silvia* frater, & Præfectus Prætorio in Oriente sub Arcadio Augusto, affectatæ tyrannidis pœnas luit Constantinopoli v. Kal. Decembris A. D. 395. adeoque post A. D. 388. ex Philostorgio Gothofredi lib. xi. cap. lii. & ex Socrate lib. vi. cap. l. *Rufino* fratre sublato, *Silvia* soror in Italiam trajecit, ubi aderat A. D. 398. ex Paulini epist. xxxi. alias xi. Hoc enim anno post festum Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, ut dictum est lib. iv. cap. v. §. lii. Paulinus Victorem in Aquitaniam ad Severum dimisit cum eadem epistola,

la, cui pro consecratione novæ basilicæ addidit particulam sanctissimæ Crucis, ex Melania impetratam. Sed non ita addidit sacros cineres, a Severo expetitos, quibus carere se dixit. Victorem tamen ait, *spem ejusdem gratiæ copiosius habere a Sancta SILVIA, quæ illi de multorum ex Oriente martyrum reliquiis spondidisset*. Ergo Silvia ex Oriente in Italiam ad illud tempus reverterat. Hac vero circa finem sæculi IV. Brixiam demortua, Gaudentius urbis episcopus *jure hereditario* Clementinas Recognitiones poposcit, quas Rufinus noster *Silviæ* viventi pridem sponderat. Idem Rufinus sub finem perorationis Commentariorum Originis in Paulii epistolam ad Romanos his verbis fidem suam Gaudentio obligaverat: *post hoc sane vocat nos opus, quod OLIM quidem injunctum est (a Silvia). Sed nunc (post Silviam) a beato Gaudentio episcopo vehementius perurgetur, Clementis scilicet Romani episcopi Apostolorum comitis: quorum ut successoribus darem cognitionem, libri a nobis in latinum vertuntur*. Rosvveydus in notis ad Paulini epistolam XLVII. quæ in nova editione est XLVI. postque eum Cotelærius ad Recognitiones æque ancipites sunt, *Gaudentio Brixiano, an Novariensi* Rufinus illud opus inscripserit. Alio abit primus libri vulgator Jacobus Faber Stapulensis, *Gaudentium gloriosum Christi martyrem pariter & Arimixensium episcopum* præ oculis habens: qui tamen sub Constantio Augusto, tanto ante, pro Christo sanguinem fuderat. Varie variis hoc pacto seram ducentibus, quanto melius David Blondellus in Pseudo-Isidoro pag. 28. de *Brixienfi* omnino intellexit! Rufinum in præfatione ad *Gaudentium*, hoc discrete comprobantem audiamus: *tibi quidem Gaudenti, NOSTRORUM decus insigne DOCTORUM, tantus ingenii vigor, immo tanta spiritus gratia est, ut siquid a te etiam COTIDIANI ELOQUII more dicitur; si quid in ECCLESIA DECLARATUR, id in LIBRIS HABERI, & ad INSTRUCTIONEM TRADI posteris, debeat*. Infra vero: *æquum est sane tibi, qui hæc etiam GRÆCÆ LEGERIS (ne forte in aliquibus a nobis servatum translationis ordinem putes) interpretationis nostræ indicare consilium*. Hæc elogia, in *Gaudentium* episcopum a *Rufino* congesta, uni *Brixiano* aptari possunt; præterea nemini. Is enim fuit *Doctior*, vel *Tractator* insignis. Ita enim qui Verbum Dei sacrasque literas vel voce vel scripto exponerent ac docerent, ab ecclesiasticis Scriptoribus passim dici, adnotavit Franciscus Bernardinus Ferrarius lib. I. de Ritu sacrarum concionum cap. II. ex *Gaudentio Brixiano* exemplum etiam adducens, a quo *Sermones* sui, in *Ecclesia declamati* (ut Rufinus loqui amat) *Tractatus* dicuntur in præfatione ad *Benivolium*. Horum egregiam editionem nuper accuravit V.C. Paulus Galeardus Canonicus Brixianus. Idem eximius antistes se comperisse ait, a *novariis, latenter adpositis*, Tractatus suos, ex ore loquentis collectos. Hæc idem inquit Rufinus his verbis: *si quid a te, etiam COTIDIANI ELOQUII more dicitur, si quid in Ecclesia DECLAMATUR, id in LIBRIS HABERI, & ad INSTRUCTIONEM TRADI videmus*, ab iis nimirum,

quæ

qui notarios, ea omnia clam excepturos, submittebant. *Gaudentius*, RUFINUS.
Lib. V. Cap. X. teste Rufino, Græcas literas calluit. Quidni vero, qui sacras peregrinationes per Orientem se suscepisse testatur, ubi eousque fama ejus virtutum pervenit, ut Orientalium Præfulum suafu episcopali oneri, post Philastrii obitum, a suis per Legationem eo missam sibi denunciato, humeros supposuerit? Ibidem Jo: Chrysofomo nondum episcopo, stricta necessitudine adhæsit, proque eo, postmodum episcopatu dejecto, Legatus Ecclesiæ Romanæ Constantinopolim missus est. Adi ejusdem Gaudentii sermonem xv. Chrysofomi epistolam cxxxiv. Palladii Dialogum cap. iv. & Nicephorum Callistum lib. xiii. cap. xxxiii. Itaque nullum superest dubium, quin *Gaudentius episcopus*, cui Rufinus *Clementem* suum nuncupavit, fuerit *Brixianus*, non alius.

II. Hæc susus prosequutus sum propter doctissimos viros, Sixtum Senensem, & Robertum Bellarminum venerabilem Cardinalem, quorum ille in libro II. Bibliothecæ, hic in Catalogo A. D. 390. *Rufini* præfationem ad *Gaudentium* pro commenticia nimis propere habuerunt. Bellarmini proferam verba ob glossam, quam Labbeus to. II. pag. 309. illis adnectit: *sicut ipsæ Recognitiones falso fortasse tribuuntur Clementi, ita etiam non est incredibile falso illi adjunctam fuisse præfationem Rufini, quasi interpretis.* Ad hæc sic scribit Labbeus: *verum imposturam non agnovit Gennadius, nec ejus sequaces Honorius & Tribemius.* Post Joh. Rainoldum, nostrorum perfidum exscriptorem, in Censura apocryphorum, eodem ac Sixtus & Bellarminus, spectavit Gerardus Joh. Vossius in lib. II. de Historicis Græcis cap. ix. *Rufini vel alterius sub ejus nomine præfationem appellans.* Immo infra nedum præfationem *proprus ficticiam*, sed & libros ipsos Recognitionum *ab alio*, quam a Rufino *translatos*, se credere malle significat. Vossio ad errorem præverat Caspar Barthius. Verba ipsius adferam ex Adversariis lib. xiv. cap. v. *Recognitionum Clementis titulo inscripti libri, Clementem auctorem ne auctorem & Rufinum interpretem habeant, non est facile decidere.* Viris literatura excultissimis nollem hæc excidissent. Nunquid difficile est decidere quod spissa & locuples veterum monumentorum auctoritas comprobat? Nihili ergo est Rufinus ipse in Peroratione Commentariorum Origenis in Paulii epistolam ad Romanos, ubi, *Gaudentio episcopo perurgente*, se operam dare ait, ut *Clementem* Latinum faciat? Nihili Gennadius capite xv. *Clementis Romani Recognitionum* libros a Rufino latine redditos narrans? Longum sit iter conficiendum, si alios deinde rem eandem testantes percurrere velim. At indictum abire non patiar unum & alterum. Anastasius Bibliothecarius in epistola ad Johannem Diaconum, Operum Jacobi Sirmondi to. II. pag. 472. *Clementem*, ait, *quem Rufinus, nostræ linguæ redditum, restitutum, & redeuntem, ad Gaudentium scribens, innuit.* Sanctus Aldhelmus sive Althelmus Scireburnensis episcopus cap. xxv. de Laudibus virginitatis pag. 316. editionis Londinensis, emendatæ ab Henrico Whartono, laudat *Itinerarium Petri* (sunt

RUFINUS.
LIB. V. CAP. X.

(sunt Clementis Recognitiones) *Rufino in Latinum ex Græcorum bibliothecis vertente*. Tam disertis testibus consonant Recognitionum codices Mss. plane omnes, *Rufini* interpretis nomen præferentes. Quominus ergo viros, insigniter doctos, ad alia properantes hæc fugerint, non est ambigendum; alius rem certam pro commento non habuissent. E junioribus *Cotelerius* in *Judicio de libris Recognitionum* pag. 484. editionis novæ, Rufini esse præfationem ad *Gaudentium* juxta ac versionem totius Operis, ex stilo etiam probari ait: & codicum vetustiorum præsidio utranque *Rufino* vindicat. Unus enim, quem laudat, sic incipit: *Rufini presbyteri præfatio ad Gaudentium pontificem in Itinerarium Clementis, ab eo ex Græco in Latinum conversum*. Et post præfationem, Clementisque ad *Jacobum* epistolam, ita habet: *Itinerarii Clementis, Petri Apostoli successoris, liber primus incipit, a Rufino traductus*. Ceterum *Bellarmino* agnovit, *Clementinas* Recognitiones a *Rufino* latine conversas, neque de hoc dubitavit; nam *Baronio* judice A. D. 102. §. xxii. nemo est, qui dubitare debeat, quom *Gennadius* hoc ipsam de *Rufino* testetur. Et tamen *Dupinum* audire nobis contingit in tomo iii. *Bibliothecæ*, omnino aliam sententiam *Bellarmino* tribuentem, eam scilicet, quam refutavimus. Nec minus spisso errore tanto ante irretitum deprehendimus *Anastasium* *Bibliothecarium* in epistola pridem adducta, inque illo e junioribus *Petrum* *Danielem* *Huetium* in libro de *Claris* interpretibus pag. 151. quando hæc verba, quibus *Rufinus* præfationem suam ad *Gaudentium*, auspicatur, ut *Clementem* nostra lingua redderemus, ita acceperunt, quasi *Recognitiones* ipsæ latine scriptæ primum fuissent; postmodum deperditæ, & demum a *Rufino* e *Græcia*, in *Latium* restitutæ, non e *Græco* translatae. At plane aliud, non hoc scripsit *Rufinus*, apud quem viri docti primis tantum oculis, uti fit, raptim perlectis, in errorem adducti sunt.

IV. Nec penitus nobis prætereundus est alter *Bellarmini* locus. In *Catalogo* enim A. D. 92. hæc de *Clementinis* Recognitionibus scribit: teste *Epiphano* hæresi 30. *Clemens* ipse testatur, *Circuitus* *Petri*, a se conscriptos, ab hæreticis depravatos fuisse. Vir purpuratus hæc hausit ex magnis *Annalibus* A. D. 41. §. x. & A. D. 102. §. xxi. Verum *Lucas Holstenius* non hoc dicere *Clementis* detexit, sed ex *encycliis* epistolis *Beati* *Clementis*, quæ in *Ecclesiis* leguntur, *Periodos* istas falsitatis convinci. Neque enim congruere cum stilo *Sancti* *Clementis*, neque cum ejus docendi modo. Verba sunt *Holstenii* in notis Mss. ad *Bellarmini* *Catalogum*, in Museo nostro servatum. Lapsus tanti viri indicavi, ne ulli amplius ob dicentis auctoritatem sit causa offensionis, ut nuper fuit alteri viro docto, quem corrigens, nominare non debeo, ne amicitiam, quæ mihi cum eo intercedit, lædere videar. Idem *Epiphanius* *Hæresi* xxx. §. xv. *Clementinos* libros fuisse ab *Ebionitis* corruptos testatur. *Phocius* etiam cod. cxiii. vocat *refertum opus absurdis nugis, non sine plurimis ex Arij opinione in Filium blasphemis*. Hæc suaserunt magni,
nomi-

nominis Theologo Dionysio Petavio lib. I. de Trinitate cap. III. §. extremo, Photianos codices magis fuisse depravatos, quam sit interpretatio *Rufini*; quæ ab hæreticis, præsertim Eunomianis, ingesta, idem *Rufinus* monuerat in opusculo de *Adulteratione librorum Origenis*, quippe quæ eodem *Rufino* teste, *ecclesiastica regula omnino non recipiat*. Sed memoria repetendum, *binas* Recognitionum veteres editiones a *Rufino* indicari in præfatione ad *Gaudentium*, nimirum quomodo *Xyfti Sententiarum binas* pariter editiones antiquitus factas monuimus. *Rufinum* ea de re loquentem audiamus: *puto quod non te (Gaudenti) lateat, Clementis hujus in Græco ejusdem operis ἀναγνώστου, hoc est Recognitionum, DUAS EDITIONES haberi, & DUO CORPORA esse LIBRORUM, in aliquantis quidem diversa; in multis tamen, ejusdem narrationis. Denique pars ultima hujus operis, in qua de transformatione Simonis refertur, in UNO CORPORE habetur. Sunt autem & quedam in UTROQUE CORPORE de ingenito Deo, genitoque disceptata, & de aliis nonnullis, quæ, ut nihil amplius dicam, exceperunt intelligentiam nostram*. Jam dispice quamnam *Clementini Operis* editionem *Epiphanius* & *Photius* censura perstrinckerint. Non certe quam *Rufinus* latine convertit. Hæc enim ab hæreticorum depravationibus vacat, eandemque etiam Græce scriptam vacasse, nos credere jubent viri *Sancti Paulinus* & *Gaudentius*, qui eam per amicum *Latio* donandam studuerunt. *Fabricius* in *Bibliotheca Græca* to. v. cap. I. pag. 35. in allatis *Rufini* verbis pro ἀναγνώστου legendum putat ἀναγνώστην ex *Rufino* ipso in libello de *Adulteratione librorum Origenis*, & ex *Photio* eod. cxi. quanvis omnes Recognitionum antiqui codices ἀναγνώστου exhibent: quod perinde est. Hinc enim operi inscriptio, quia in illo narratur, quomodo *Clemens*, parentes, & fratres se mutuo recognoscant.

V. De variis Recognitionum *Clementinarum* inscriptionibus post *Cotelerium* pag. 484. accuratè agit *Jo. Ernestus Græbius* in *Spicilegio Patrum* to. I. pag. 275. ubi plures earundem egregios codices Mss. in *Bibliotheca Oxoniensi* adservatos enumerat.

- | | | |
|--|---|--------------------|
| 1. Recognitiones |) | <i>Clementis</i> . |
| 2. Recognitionis | | |
| 3. Clementis Romani Itinerarium ad Jacobum fratrem Domini. | | |
| 4. Itinerarium Sancti Clementis de factis & dictis B. Petri Apostoli | | |
| 5. Acta Petri Apostoli. | | |
| 6. Circuitus |) | <i>Petri</i> . |
| 7. Periodus | | |
| 8. Itinerarium | | |
| 9. Historia | } | <i>Clementis</i> . |
| 10. Chronica | | |
| 11. Gesta | | |
| 12. Liber | | |
| 13. Libri | | |

14 De vera disputatione Petri Apostoli contra falsitatem Simonis magi.

15. De disputatione Petri cum Simone mago.

Titulum *Disputationis* vel *Dialogi Petri cum Apione*, quem Henricus Valefius & Cotelarius huic operi indiderunt, *Grabi*us expungit. Nomen *Itinerarii*, seu, quod idem est, *Circuitus*, & *Periodi*, frequentius operi adhæsit ob historiam itineris, quod Petrus Hierosolymis Antiochiam susceperit credebatur, prætergressus Cæsarea, Dora, Ptolemaide, Tyro, Sidone, Beryto, Tripoli, Orthosiade, Antarado, & Laodicea. Holstenio tamen in notis Mss. ad Catalogum Bellarmini visum est, *Itinerarium a Recognitionibus* disse, neque esse earundem *compendium*; volumem intelligens Parisiis editum cum latina versione Joachimi Perionii. Sed Vossius lib. II. de Historicis Græcis cap. 1x. peue in fine, *opus non admodum antiquum hoc esse, præter dictionem, multis argumentis* convinci animadvertit. Luculentius hoc patebit, si Barthius adeatur, illud examinans in *Adversariis* lib. xxxii. cap. xv. & lib. xxxvii. cap. xxiii. Libri inscriptio sic loquitur: *Clementis Romani episcopi de rebus gestis, peregrinationibus, atque concionibus Sancti Petri, Epitome ad Jacobum Hierosolymitanum Episcopum. Parisiis apud Hadrianum Turnebum 1555. in 4.º* Cotelarius, qui ad septem Mss. codices regios istud opus collatum vulgavit, pag. 749. post *Recognitiones & Homilias*, nihil aliud esse deprehendit, quam puram *Epitomen*, non tamen ex foliis *Recognitionibus*, a *Rufino* editis, constantem, sed etiam ex *Homiliis & epistola Clementis ad Jacobum*. Item ex *eiusdem martyrio*, & *narratione Ephraemi episcopi Chersonesi*, quæ ibidem subjungitur. Hoc ipsum, quod ex parte Baronius viderat A. D. 102. §. xxii. Cotelarius locis ad oram indicatis, sedulo adstruit, ratus, ab iis contextum opus, qui doctrinæ ac pietatis suæ esse duxerunt, ea, quæ in libris jam dictis (alterius tamen editionis, a veteribus memoratæ, quod censuit Baronius) supervacua, falsa, & periculosa videbantur, vel tollere, vel mutare aut corrigere. Itaque is liber non unius *Recognitionum* voluminis *Epitomen* se prodit: quod Perionius, & Vossius ad solam *Rufini* versionem respicientes, existimarunt; sed aliarum etiam *farraginum*, ejusdem tamen commatis, jure compagine dixeris, qualem Cotelarius ter factam didicit ex codicibus Mss. bibliothecæ Regis Galliarum.

VI. Ceterum libri *Recognitionum* alium plane a Sancto Clemente, post Petrum *tertio* vel *quarto* Romanæ Ecclesiæ pontifice, architectum habuerunt. Ad ejus ætatem quod attinet, cum ante Origenem floruisse, in comperto est. Origenes enim qui sub Elagabalo florere cæpit, primus omnium testimonia ex illo, tanquam scriptore jam noto, & *Clementis* nomine quidem distincto, semel atque iterum promittit in tomo III. *Commentariorum* ad cap. I. ver. 14. *Geneleos*: qui licet ferme universi interciderint, locus tamen Origenis ex *Recognitionum* libro x. cap. x. etiam-

etiannum superest in Philocalia cap. xxii. Alius quoque legitur in Commentariis ad caput xxvi. ver. 6. Matthæi, perinde ex Recognitionum libro vii. cap. xxxviii. deductus. Quamobrem Clementini operis artifex, Origene junior dici non potest, sed paullo senior, quod nimirum ad tempus scriptionis pertinet. Ante Origenem, seu mavis *tertium* Christi Domini *seculum*, nemo unquam *Recognitiones* laudavit, nemo Clementinorum mentionem fecit. Libri auctorem *tertio* demum Christi *seculo* vixisse, duo produnt. Unum, quod ex *Bardesanis* Syri Dialogo de *Fato* contra Abidam Astrologum, laciniam bene longam suffuratus, suam fecerit, fortasse quod non facile id agnitiu iri putaret, quum *Bardesanes* non Græce, sed *Chaldaice* scripsisset. Alterum quod de civitate Romana, universo orbi donata, non obscure loquatur. Atqui *Bardesanes* sub M. *Aurelio* Augusto floruit circa A. D. 171. cui Dialogum suum nuncupavit. *Caracalla* vero circa A. D. 215. gentes Romano imperio subjectas, propriisque antea legibus usas, in Urbis rerum dominæ jura, constitutione edita, primus omnium transire iussit. Ne res in dubium venire possit, jam per singula ibimus. Eusebius in Præparatione Evangelica lib. vi. cap. x. *Bardesanis* Dialogi partem Græce translata nobis servavit, quæ in Recognitionibus Clementinis, secundum Cotelerii divisionem, a capite xix. ad caput xxix. latine exstat. Joh. Ernestus Græbius in Spicilegio to. I. pag. 290. Clementinam Rufini versionem, & Græcum *Bardesanis* contextum, quem non aliunde sumtum, sed proprio ingenio ab se confectum, auctor *Bardesanes* affirmat, e regione dispositum, ita inter se comparavit, ut quilibet statim agnoscat, quatenus conveniat uterque, vel discrepet. Varias item notulas subiecit, quibus potissimum demonstratur, Clementinorum artificem nonnulla immutasse, alicubi paraphrasten egisse, quædam minus recte accepisse. alia omisisse, alia denique interpolasse, ut nimirum quæ ex *Bardesane* supplerat, ipse narrationibus suis consentanea redderet. Quod profusus rem conficit, Clementinum scilicet auctorem ex *Bardesane*, tanquam hoc juniorem, non *Bardesanem* ex eo, sua mutuatum, locus est lib. ix. Recognitionum cap. xxvii. ex quo evidenter discimus, hoc idem opus ante editam ab Imp. Antonino *Caracalla* Constitutionem, cujus meminit *Ulpianus* in lege xvii. D. de *Statu hominum*, concinnari nullo modo potuisse. Locum ipsum recitabo, cui etiam *Bardesanis* verba e regione jungam, ut *Bardesanem* quodammodo cum ipso Recognitionum auctore committens, clarius patefaciam, quid hic posterior, tanquam a *Clemente Romano* dictum, *Bardesanis* verbis de suo addiderit, quid immutaverit.

RUFINUS .

I.

I I.

LIB. V. CAP. X. Clemens lib. ix. Recognitionum
cap. xxvii.

Bardefanes in Dialogo de Fato apud
Eusebium lib. vi. Præparationis
Evangelicæ cap. x.

*Certe quod in promptu est noscere
quanti Imperatores, gentium,
quas vicerunt, leges & instituta
mutarunt? Quod evidenter a Ro-
manis factum docetur, qui tamen
OMNEM pene ORBEM, omnes-
que nationes propriis PRIMO &
variis legibus institutisque vi-
ventes, in ROMANORUM JUS
& CIVILIA SCITA verterunt.*

Πῶς βασιλεῖς κεραισάντες ἰδίῳ, τα-
πραγαῶν τῆς τῆς ἀρχῆς αὐτῶν νόμους, καὶ
ἰδίῳ τῆς ἰδίῳ.

*Quicumque Reges aut Imperato-
res, subactis gentibus, muta-
runt postas ante se leges, & pro-
prias induxerunt.*

Jam ex collatione utriusque Scriptoris perspectum redditur, Bardefanem generatim locutum, nullam ante se legem particularem ab Augustis editam respexisse, eoque minus Caracallæ Constitutionem. Verba insuper modo adducta Bardefanem eadem Constitutione antiquiorem omnino producit: atque hoc ipsum in causa fuit, cur eadem *Bardefanis* verba a posterioris ætatis homine Pseudo Clemente suppilata interpolarentur. Hic enim Antonianam Constitutionem omni ambage seposita ita ob oculos ponit, ut suas ipse Recognitiones non ante, sed post Constitutionem a Caracalla vulgatam, proculas, plane nobis exhibeat. Certa quippe sunt & manifesta, quæ in verbis proxime allatis testimoniis leguntur, totum scilicet qua patuit orbem Romanum, gentesque Romano Imperio subjectas, variis antea legibus usas, tandem jubente Caracalla omnes in Romanorum jus transiisse. Quare Pseudo-Clemens hæc, quæ adeo luculenter scripsit, ante Caracallam scribere non potuit. Hujus, quam dixi, Constitutionem, duabus Exercitationibus, *Orbis Romani* titulo editis, egregie illustravit Ezechiel Spanhemius, ætatem Pseudo-Clementis ex verbis a me depromptis subodoratus pag. 248. & 579. Ex his perspicimus quantopere fallantur qui Clementini Scriptoris ætatem *seculo secundo* præsumere voluerunt. Horum agmen ducit Blondellus in prolegomenis ad Pseudo-Isidorum pag. 59. inque censura epistolæ I. Clementis pag. 28. Blondelli sententiæ, ut videtur, accessit Cotelerius in suo de Libris Recognitionum Judicio pag. 484. & demum etiam Grabius tom. I. Spicilegii pag. 277. 279. Cunctis tamen ad hanc eandem sententiam præverat Sixtus Senensis in libro II. Bibliothecæ.

VII. Sed cum Henrico Dodvvello nobis etiam res est, *Bardefanem* Caracalla juniorem faciente. Dodvvelus enim Dissert. IV. in Irenæum §. xxxv. pag. 360. & Dissert. VI. §. XI. pag. 443. veterum testimoniis, qui *Bardefanem* sub Marco floruisse tradunt, insuper habitis, Elagabalo parem facit, qui ex gente Antoninorum ortus, juxta ac Aurelius, *Marsi* prænomen habuit. Grabius tom. I. Spicilegii pag. 317. se hanc sen-
tentiam

tentiam amplexurum promisit, & priorem emendaturum. Sed eum promissis stetit non video. Quæ ab antiquis de *Bardeſane* tradita sunt, accurate digessit Baronius A. D. 175. §. xv1. *Marci Antonini* senioris æqualem omnes plane constituunt, de hoc certe ab antiquioribus, & præsertim ab ipsis ejus commentationibus edocti. Ii sunt Eusebius Hist. Ecclesiast. lib. iv. cap. xxix. & in Chronico, Olympiade cxxxv11. anno Christi Domini 173. qui æræ vulgari A. 171. respondet: quo quidem anno Eusebius Valentini hæresim, a *Bardeſane* palam seminari captam tradit; quum tamen contra Marcionis errorem ante scripſisset, quod præter Epiphanium Hæresi lv1. & Theodoritum lib. I. Hæreticarum fabularum cap. xx11. docemur ab Augustino cap. xxxv. de Hæresibus. Annus, quem dixi, Eusebianus 173. M. Aurelii Augusti annum xi. refert. His plane consonat Theodoritus, qui tom. iv. Operum editionis Sirmondi pag. 208. *Bardeſanem* M. Veri Cæsaris temporibus floruisse dicit. Hoc Epiphanius etiam comprobat Hæresi lv1. §. 1. testatus, *Bardeſanem* post excessum Abgari Edeſſæ dynastæ *Antonini Veri* ævum attingiſſe. Hieronymus in Catalogo cap. xxx111. ait, eum Valentini hæresim, quam primo sectatus fuerat, postea confutasse, novamque statuisse: & librum de Fato *M. Antonino* tradidisse. Tillemontius, qui res *Bardeſanis* fuisse persequitur tom. 11. pag. 454. post Henricum Valesium in notis ad Eusebium, eo propendit, ut hunc *Antoninum*, non *Augustum*, sed ex *Bardeſanis* amicis, in Dialogo colloquentibus, unum existimet. Atqui *Augustus* omnino dicendus, qui Mesopotamia & Edeſſa, *Bardeſanis* patria, potitus est. Neque enim Syrorum fuit *Antonini* nomen, neque Dialogus uni ex amicis in eo colloquentibus nuncupari debuit. At neque in causa quidquam esse potuit, quominus librum Syriacum *Antonino*, Augustorum doctissimo, inscriberet, ut ingerit Tillemontius. Scilicet *Aurelio* deerant qui eum Græce converterent. His adde ex Epiphanio, *Bardeſanem* ab *Aurelio* tanti factum, ut eum in suam superstitionem per Apollonium trahere conatus fuerit. Ergo quem alii *Antoninum*, Hieronymus, qui *Bardeſanis* librum, Græce conversum, legit, *M. Antoninum* recte appellavit, cui nuncupatum dixit. *Marci* enim prænomine etiam solo, *Aureliam* seniore apud veteres Scriptores præcipue denotari, ostendit Spanhemius tom. 11. Dissert. x. pag. 32. Adjiciamus & aliud pro *Bardeſanis* ætate, cui non parum inest momenti contra Dodvvelum. *Bardeſanes* apud Eusebium de Præparat. Evangel. lib. iv. cap. x. hæc habet: Χδς οὖ Ρωμαῖοι τῆς Ἀραβίας κεραιουτος, τῆς οὐρῆς Βαβυλωνορ ἰσμου ἠνακταρ: NUDIUS TERTIUS *Romani Arabia potiti, Barbarorum leges mutarunt*. Trajanus Augustus *Arabiam* primo subegit, ex Dione lib. lxxv111. pag. 777. unde antiquarii in ejus nummis legunt ARAB. ADQUIJS. Vide Spanhemium tom. I. Dissert. ix. pag. 185. Sed & sub *M. Aurelio* rursus bello subactam, constat ex Dione lib. lxx1. pag. 812. quod A. D. 170. illigandum censet Tillemontius in Historia Imperatorum tom. 11. pag. 366. *Bardeſanes* tamen incunte Sæculo 11. sub

Ela-

RUFINUS.
LIB. V. CAP. X.

Elagabalus inepte dixisset, Arabiam *nudius tertius* a Romanis subactam, quam initio *Sæculi* 11. *Trajanus*, vel *M. Aurelius* tunc primum subegisset. Bene vero de utroque id dicere potuit ipse sub *Marco vivo*. Alia hujus generis possem afferre. Sed hæc plus satis evincunt, *Bardesanem* sub *M. Aurelio Antonino* seniore claruisse, adeoque illum nullo modo Recognitionum Clementinarum auctore juniorem, multoque minus earundem auctorem, dici posse: quod tamen Caveus cogitavit. Præter Græcos, Epiphanium, aliosque veteres Patres, etiam Chronici Edeffeni a V. C. Josepho Simonio Assemano nuper editi auctor, in Bibliotheca Orientali tom. I. pag. 399. *Bardesanem* retulit ad tempora *M. Aurelii*. Photius Cod. cccxiii. dum *Theodori*, Tarfi Episcopi, libros viii. contra *Fatum* recenset, ait, eum cap. I. & l. simul dum *Fati* opinionem convellit, etiam *Bardesanis* sententiam refellere; nam etsi animam quidem a *Fato*, & a natalicia notatione, qua dicitur, liberam dimittit, arbitrii libertatem illi conservando; corpus tamen, & quæcumque corpus spectant, *Fato* gubernando subjecit. Hæc nimirum sunt veterum errorum fordes, quas, teste Eusebio *Rufini*, lib. iv. cap. xxx. *Bardesanes* ex integro non deposuit, dum *Valentinianos* deseruit; ac propterea Hieronymus de eo tradit, quanvis *Valentinianos* quos primum sectatus fuerat, confutasset, tamen novam *hæresim* condidisse. De hac Ernestus Salomon Cyprianus in notis ad Hieronymi Catalogum hæc habet: *vellem dixisset quænam fuerint novæ illius hæreseos capita*. Paulo post, Augustinum carpere non veretur, quod *Bardesani* errores tribuerit de *Fato*, quum tamen contra *Fatum* scripserit. Ita quidem certe, quod ad liberum hominis arbitrium attinet; sed corpus tamen, & quæcumque corpus spectant, *Fato* gubernanda subjecit, teste Theodoro Tarfensi. Verba Augustini de *Bardesane* hæc sunt cap. xxxv. de Hæresibus: *non per omnia in Valentini hæresim lapsus est* (postquam resipuisset) *addens de suo, ut Fato adscriberet conversationes hominum*. Sed hæc postrema, addens &c. non exstare in Mss. codicibus monent curatores novæ editionis quæ tamen explicant superiora. Hæc de *Bardesane* paullo fufius disserere compulit ejus plagiarius Pseudo-Clemens, Recognitionum artifex, quandoquidem cum plagiariis latere se putantibus, non raro nobis res est. Dodvællus compactas censet Recognitiones inter A. D. 219. & 231. Verius dixisset inter A. D. 211. & 217. etenim A. D. 211. solus imperare cæpit *Caracalla*, novæ, quam dixi, *Constitutionis* auctor, in Recognitionum libris laudatæ. Mox eodem A. D. 217. *Caracalla* occidit. His repellitur maximus Petri Allixii lapsus in Diatriba de Anno & mense natali Domini pag. 8. agentis, *Pseudo-Clementem* vixisse non diu ante *Suspicium*, ante quem tamen 200. annos vixit. Origenes primus Recognitionum præco, *Caracallæ* iram fugiens, Alexandria in *Palaestinam* primo fecessit. Bis autem illuc eum convolasse animadvertit Huetius in Origenianis libro I. cap. 11. §. vi. pag. 10. Prius Origenis iter in *Palaestinam*, ubi Cæsareæ pedem fixit, sanctoque Alexandro Hieropolymorum

folymorum Episcopo innotuit, ab Huetio illigatur A. D. 215. Ibi tantus ei honor habitus est, ut nondum sacris initiato ministerium deferretur Verbi Dei publice in Ecclesia explanandi coram episcopis. Ex hoc itinere, post cæsum Caracallam A. D. 217. Origenes Hierosolymis Alexandriam redux, secum Recognitiones tulisse dicendus est, unde ipse illarum sententias suis Commentariis admiscuit, quorum *octo priores tomos* in Genesim Eusebius lib. vi. Hist. cap. xix. ex *tomo* eorum *nono* ostendit, Alexandriæ fuisse conscriptos, & quidem post Origenis iter illud primum in Palæstinam. *Recognitiones* vero in *Palæstina* concinatas, cum *Blondello* facile credimus; quandoquidem in illis *Thronus Hierosolymitana Ecclesiæ* supra ceteros extollitur. Hoc non parum iuvat, quod eisdem ex *Palæstina* in *Italiam Rufinus* quoque primus advexerit. Ceterum operi, ex argumento *vox Recognitionum* adhæsit. *Recognitio* enim, sive *agnitio*, ex Aristotele in *Arte poetica*, oritur, quum homines olim inter se conjunctissimi, tandem multos post casus in tragædiis & comædiis se mutuo nec opinato agnoscent. Ita plane in hac Pseudo-Clementis commentatione Faustiniانو Mattidiæ, ac filiis, Clementi, Fausto, & Faustino contingit. Itaque cum inscriptione formam etiam operis poeticam accepisse, vero perquam simile fit Doddvello pag. 444. Dissertationum in Irenæum. Genuinum & primum *Recognitionum* artificem, doctrina quidem ac varietate rerum & copia abundare non distemur; philosophum tamen se prodere, nemo non videt. At *Catholicum* certe, quanvis philologum magis, quam theologum. Ob viri famam, iudicium Jo. Pici Mirandulani de eo adferam, *doctrinam continere Apostolicam*. Hoc debemus *Jacobo Fabro Stapulensi* in epistola ad Jacobum Ramirum, pontificem Catinensem, primæ suæ editioni *Clementinarum Recognitionum* præposita. Quicumque tamen is auctor fuerit, quandoquidem sub larva latere maluit, critico iudicio parum instructus videtur, maximeque diversus se prodit a *Clemente*, viro Apostolico, a cujus manu prodiit admiranda illa epistola nomine Ecclesiæ Romanæ ad Corinthios. Id plurimis ab hinc sæculis, uti dixi, observaverat Epiphanius. Librorum analysi pertextenda superfedemus, quum id præliterit Nicolaus Nurrius in Apparatu ad Bibliothecam Patrum to. I. dissert. ix. pag. 211.

VIII. Sed Gelasius pontifex in Decreto genuino, ex veterrimo codice Vaticano, olim a me edito, hanc censuram de Recognitionibus, a *Rufino* conversus, pronuntiavit: *Itinerarium, nomine Petri Apostoli, quod appellatur Sancti Clementis, apocryphum*. Nullus hic, ut in ceteris editionibus, *librorum numerus* explicatur, quia is pendeat ex arbitrio librariorum. Gelasius, *Sancti Clementis* opus quidem appellari non esse, dixit; eique publicam lectionem & canonicam auctoritatem vocabulo *apocryphi* abjudicavit. Gelasium in Concilio Romano lxx. episcoporum sic desinentem, *Clementinas Recognitiones a Rufino* translatas, sub nomine *Itinerarii* indicasse, haud dubitandum. Non ideo tamen

RUFINUS.
LIB. V. CAP. X.

men privata auctoritas apud plurimos Ecclesie Latinae scriptores illis defuit. De Graecis non loquor. De *Rufini* versione Latinae agens Sanctus Isidorus Hispalensis episcopus, ex ea testimonium adduxit capite xvii. & xxxi. de Natura rerum, & lib. iii. Originum cap. l. Locum apud Sanctum Aldhelmum in libro de Laudibus virginittatis, supra attuli. Beda in Hexameron ad capita I. vii. viii. Genesios, in Acta Apostolorum cap. v. §. 34. Retractione ad eundem locum, & cap. iii. de Ratione temporum, Recognitionibus utitur ex lib. I. cap. xxxi. §. 23. Item Agobardus de Judaicis superstitionibus cap. xvi. Freulfus in Chronicis to. ii. lib. ii. cap. x. cumque his Hincmarus de Divortio Lotharii & Tetterbergae cap. ix. Honorius etiam de Luminaribus Ecclesiae cap. xv. Ad haec Caesarus monachus ex lib. viii. cap. xxix. §. 70. locum supplitatum transtulit in Dialogos suos, Responione cxi. At Humbertus Cardinalis Episcopus Silvae Candidae, & S. R. E. apocrypharius Constantinopoli in Responione ad Nicetanum Pectoratum post tomum xi. Annalium Baronii pag. 798. editionis Coloniensis, adversarium redarguit, quod *Clementis*, idest *Petri, Itinerarii*, licet apocryphi, testimonia pro Sabbati jejunio, adduxisset, codice *Græco* tamen, non *Rufini Latino*, fortasse usus. Hos Libros, quamquam *apocryphos*, idest publicae auctoritatis expertes, quum sint maximæ antiquitatis, non parum fructus idcirco adferre posse, cum Nurrio sentimus. Nam Christianae Religionis *Apologia* sunt, & gentium fabulae, cultusque ethnici, Fatigue adfertorum errores, in ea refutantur. Neque inutile opus iis esse poterit, qui philosophorum opinioniones, gentium mores, consuetudines, allegoricaeque fabularum explicationes scire voluerint. Nec sane facile esset plurima Latinorum loca intelligere, si his Recognitionibus careremus. Hoc etiam fatetur auctor praefationis ad novam *Cotelerii* editionem, qui alias de more suo non pauca perperam dicit.

IX. Grabius in Spicilegio to. I. pag. 290. ex codice Bodlejano breve fragmentum depromsit, libro x. *Recognitionum* adnectendum, in reliquis editionibus desideratum. De his *Recognitionibus*, a *Rufino* vulgatis, juniorum etiam post veterum iudicia, proferamus. Omnium ferme ordinum Scriptores *Clementi Romano* easdem abjudicant. Primo ex *Cardinalium Senatu Baronius*, prudentia & gravitate admirandus. A. D. 34. §. cclxxx. & ccxci. A. D. 41. §. x. A. D. 44. §. xxxvi. A. D. 51. §. lxxx. A. D. 102. §. xxii.

Baronium subsequitur *Bellarminus* in Catalogo, & libro ii. de Romano Pontifice cap. ii.

Ex ordine episcoporum Carolus Bovius Ostunensis Antistes in praefatione ad Constitutiones Apostolicas.

Ex Ordine Praedicatorum Franciscus Victoria to. ii. Relatione xii. de arte magica §. 35.

Ex presbyteris Societatis Jesu Benedictus Pererius in Genesim lib. ii. Quaest. I. pag. 40. editionis I. Romanae. Jo. Lorinus in Acta Apostolorum

rum

rum cap. XIX. §. IX. Nicolaus Serarius to. I. opusculorum de Apostolis RUFINUS.
LIB. V. CAP. N.
§. 1. pag. 27. editionis Moguntinæ 1611. Antonius Possevinus in Ap-
paratu .

Ex *Academia Lovaniensi* Jo. Driedo to. I. de Ecclesiæ Dogmatibus,
Parte v. lib. IV. cap. v. fol. 255. 2. editionis Lovanii 1572.

Ex *Academia Parisiensi* Natalis Beda contra Jacobum Fabrum, Pro-
posit. 103.

At *Cotelerii* verba non præteribo, totius commentationis argu-
menta complexi in præfatione suæ editionis, ubi vocat *syntagma, theo-
logicis, historicis, philosophicis, & astrologicis rebus refertum*. Acce-
dat etiam Barthius, qui in *Adversariis* lib. XLV. cap. v. libros ait, *anti-
quos esse, & bonarum verum plenos*. Eisdem sæpenumero illustrat, &
acri etiam censura perstringit, *vetus fragmentum appellans, & Latine*
*conversum, quum nondum genus dicendi barbarisvis admodum in-
natum esset, nec mistam olim Gotborum aut salium illaviam oleat, etsi*
suis etiam uavis non careat. Rem concludit, *bonorum monitorum gratia*
se talia libenter perlegere: tam, inquit, de veritate eorum securi, quam
si Appulejum, aut Apollonium aliquem, vel Philostratum videremus.
Recte quidem ita censet Barthius de veritate historica, si hanc interdum
species. Non ita de dogmate, de quo aliter Lambertus Gruterus, po-
stea dicendus, sic statuit: *nusquam non in hoc libro defenditur liberum*
hominis arbitrium, baptismi & Eucharistiæ vis, necessitas, ac dignitas.
Præterea Trinitas personarum unius Dei, providentiæque adstruuntur.
Docetur item non contemnenda esse miracula ad martyrum sepulcra edita.
Sed sunt hic tamen loci quidam, veluti navi, quos piùm lectorem vel
caute legere, vel suspectos habere oportet. Nequis fallatur, ejusmodi
hæc sunt numeris notata suis locis, ut quis observare possit. Hi navi;
a Grutero explicati, sex numero sunt, qui apud ipsum videri possunt.
Postremo loco adjungamus Hugonis Grotii de his libris judicium ex
to. III. operum pag. 488. *Recognitionum qui dicuntur libri, eatenus*
apud me valent, quatenus aliorum diis congruunt. Ceteroquin probe
Cardinalis Baronii de iis judicium, qui ex Epiphanio, Rufino, aliisque,
dicit, illis libris plurima fuisse assuta, & inter ea omnes illas fabulas
de iis, quæ Casarea fecisse dicitur Petrus contra Simonem.

X. Jam tandem ad varias Clementini Operis editiones veniamus.
Jacobus Faber Stapulensis primus omnium eas, a Rufino conversas,
inque libros & capita distinctas, typis vulgavit in volumine sic præ-
notato.

Paradisus Heraclidis.

Epistola Clementis.

Recognitiones Petri Apostoli.

Complementum epistolæ Clementis.

Epistola Anacleti.

Parisus ex officina Bellovisiana impensis Jo. Parvi 1504. in fol. parvo.

V v

Hanc

RUFINUS 4
LIB. V. CAP. X. Hanc perraram *Fabri* editionem post duos & viginti annos ignoravit Sichardus, *vetustissimorum librorum venator*, ut de se prædicat in epistola ad Bernardum Clesium episcopum Tridentinum, ac postmodum Cardinalem. Huic enim *Sichardus* ex duobus MSS. codicibus, Basiliensi & Schonaugiensi, idem opus cum quibusdam aliis ab se erutum, & brevibus scholiis alicubi instructum nuncupavit. At Vossius etiam, & Fabricius editionem *Fabri* ignoraverunt. Ille enim lib. II. cap. IX. de Historicis Græcis, alter vero in Bibliotheca to. v. pag. 36. *primam* omnium Sichardinam appellaverunt. Hujus inscriptionem subjicio.

Divi Clementis Recognitionum libri x. ad Jacobum fratrem Domini Rufino Torano Aquilejense interprete, cui accessit non penitenda epistolarum pars vetustissimorum episcoporum hætenus non visa, eorum qui ab hinc annis MCC. Romana Ecclesia præfuerunt. Basilea per Jo. Bebelium 1526. in folio.

Decennio serius hæc editio *Sichardi*, primorum quatuor Ecclesiæ Conciliorum decretis aucta, iterum prodiit Basileæ apud Bebelium A.D. 1536. in folio. Hanc, quæ *tertia* est, Barthius pro *prima* accepit lib. XIV. cap. v. in fine. Vossius judicii defectum *Sichardo* imputat, quod pro *genuino Clemente* habuerit. Hoc tamen ætati potius, judicio critico parum assuetæ, adscribendum. Etenim non unus *Sichardus*, sed ante eum Stapulensis, & postmodum Perionius, Lambertus Gruterus, aliique non pauci, viri cetera docti, pro *genuino Clemente* habuerunt. Duo in *Sichardo* non ferenda censemus. Primum, quod Recognitiones ab Eusebio supplantas tradiderit. Alterum multo gravius (nec nobis solum, sed Barthio etiam & Vossio) quod *Gelasii* & LXX. episcoporum de Clemente judicium reprehendere non sit veritus. Eum tamen Decreti *Gelasiani vulgata lectio* fefellit, ubi Clementinum *Itinerarium* in capita & libros distinguitur, secus ac MSS. codicum veritas comprobatur. Quamquam sane capitum divisionem non ita esse insolentem, ut putavit *Sichardus*, prima *Fabri* editio demonstrat. Hunc lapidem offensionis genuinus & vetustissimus *Gelasius* a me editus, jam sustulit, de scripta solum, non de librorum, & eo minus de capitum numero sententiam ferens. Reliquæ Clementinorum operum editiones a *Sichardina* manarunt, ut *Coloniensis* ex officina Melchioris Novesiani 1547. in 8.º & *Parisiensis* apud Audouenum Parvum, alias apud Michaellem Sonnum, & Sebastianum Nivelium 1568. in 8.º quæ eadem est, mutato solum operis titulo. Sed nemo in Rufinianis Clementis Recognitionibus majorem operam impendit, quam *Lambertus Gruterus*, Maximiliani II. Imp. a sacris concionibus. Universâ enim, quæ sub nomine Clementino circumferuntur, ipse in unum congeffit, præfationibus, argumentis, notis, & monitiis ornata vulgavit. Operis titulum, etsi æquo longiorem, audire non pigeat, quandoquidem Historicum literarium non dedecet minutiora hæc persequi, deque librorum etiam inscriptionibus agere.

Clementina, hoc est B. Clementis Romani, Divorum Petri & Pauli

Pauli Principum Apostolorum discipuli, & in Rom. Sede Successoris Pontificis, Sapientissimi philosophi, martyrisque fortissimi opera, quae quidem in hunc usque diem a variis auctoribus collecta, conversa, emendataque latine existant, omnia cum nova praefatione de veris falsisque B. Clementis scriptis, postremaque eorundem fidei emendatione, ac diligenti argumentorum difficiliumque locorum explanatione D. Lamberti Gruteri Veneradii ad Reverendissimum & Illustrissimum Principem D. Danielelem Sanctae Sedis Moguntinae Archiepiscopum, Sacri Romani Imperii Principem Electorem, Germanicae Archicancellarium. Colonia Agrippina apud Jo. Birckmannum 1569. in folio.

RUFINUS:
LIB. V. CAP. X.

Hæc editio, nonnullis resectis, postmodum transit in Bibliothecam Patrum editionis Lugdunensis to. II. pag. 376. Sed omnium plane indulfriam & diligentiam vicit Jo. Baptista Cotelerius, de ecclesiastica antiquitate præclare meritus, qui *Clementis* pseudepigrapha omnia a *Rufino* translata, cum aliis nonnullis iterum publica luce donavit volumine inscripto: *Sanctorum Patrum, qui temporibus Apostolicis floruerunt, opera, personibus, notis, & indicibus illustrata. Luteciae apud Petrum Le-Petit 1672. in folio.* Collectio hæc præstantissima; novis subinde lucubrationibus aucta, prodiit *Amstelodami* sub nomine *Antuerpiae*, Huguetanorum sumptibus A. D. 1698. tomis duobus in folio, cum subjectis ipsi Patrum contextui in singulis paginis Cotelerii & aliorum notis, ut facilius & commodius lectoribus præsto essent, quum antea seorsum proflarent. Sed qui editioni præfuit Jo. Clericus epistolam nuncupatoriam, & præfationem, ubi Cotelerius suorum operum lectoribus rationem exponit, consulto omitens, utranque editionem, hujusmodi scripta versantibus, ex parte necessariam reddidit. In hac *secunda* editione to. I. pag. 487. exstant *Recognitionum Sancti Clementis ad Jacobum fratrem Domini libri x. a Rufino Torano, Aquilejense presbytero, e Græco in Latinum versi cum ejusdem interpretis præfatione ad Gaudentium episcopum.* Cotelerius totum opus ad sex egregios codices accuratissime exegit, variantes lectiones adtexuit, notisque brevibus, sed bonæ frugis, *Clementem* ubi opus fuit, passim illustravit, libris in capita post *Fabram*, quanquam diversa ratione, distinctis. Codices MSS. quibus est usus, in præfatione prioris hujus editionis enumerantur.

1. Sorbonicus.
2. Thuanus.
3. Regius.
4. Petri Candelarii.
5. Carmelitarum exalceatorum.

Nurrius in sua dissertatione de his libris pag. 224. alium Colbertinum adducit. Palatinum quoque per vetustum servant plutei Vaticani nu. 147. *Faber* in margine præfationis *Rufini ad Gaudentium*, ubi de ingenio *genitoque Deo* agitur, hæc verba adnotavit: *pari illa de ingenio, genitoque*

RUFINUS .
LIB. V. CAP. X.

que Deo, cognoscitur, ab Eanomio, aut ab aliis, qui Eanomii sequebantur errorem, vitata, ut & epistola Pauli ad Corinthios a Marcione corrupta fuerat. Merito igitur illud Eanomii interpretandum non fuit, ut neque Marcion in Paulo. Istud Scholion in ceteris editionibus, & in hac ipsa Cotelerii, desideratur, etiamsi in Colonienfi anni 1547. quæ Sichardinam fideliter exprimit, Scholion perfimile ad oram legeretur: corrupta hac fuisse suspicor ab Eanomio, quemadmodum epistola Pauli ad Corinthios a Marcione. Vossius idem Scholion adducit ex prima, ut ait, editione Sicardi, in qua non legitur quidem certe. Hæc tamen, quæ in Clemente suo, ut ab hæreticis corrupta, prætermisit Rufinus, reliquæ ejus versionis inserta reperit Cotelierus in tribus codicibus, Candelieriàno, Sorbonico, & Thuano, suntque decem capita, inter primum & duodecimum clausa, de quibus ait: nescio quis igitur quod a Rufino prætermisum fuerat, sibi sumsit, ut interpretaretur. Hoc adfumentum prodit, ni fallor, versionem Rufini antiquitas ad Græca exemplaria recognitam & collatam. In omnibus vero exemplaribus Rufinus Toranus legitur, non Tyrannius Rufinus. Nam librarii pro Tyrannio, Rufini prænomine, Tyrannum legentes, & postea rem truculentam metuentes, ex Tyranno Toranum facere, ac Rufino instar cognominis, postponere maluerunt: quod deinde ingenia eruditorum sic torfit, ut non defuerit, qui a Tora, Sabinorum urbe excisa, deductam appellationem putaverit, ut dixi lib. IV. cap. I. §. II. quanquam Rufini patrium nomen Aquilejense, ab eadem appellatione longe diversum, post Toranum ibidem subsequeretur. Hoc loco pauca alia adnotabo. Johannes Albertus Fabricius in suo codice Apocryphorum novi Testamenti, Hamburgi edito A. D. 1703. pag. 413. & 439. in spuriam Historiam, Abdixæ, alias Melitoni attributam, quam Wolfgangus Lazius ex codice Ms. Cænobio Ossiacensis in Carinthia primus edendam curavit Basileæ apud Joban. Oporinum A. D. 1551. in folio, multa ad verbum transfusa ex Rufini contextu Recognitionum Clementinarum legi observavit. Geverhardus Elmenhorstius in notis ad Arnobium editionis Lugduni Batavorum apud Jobannem Maire A. D. 1651. in 4.º ad librum IV. a pag. 15. ad pag. 152. ex eodem Rufini contextu multa in rem suam ad Arnobii sermonem illustrandum adducit.

Nunc ad epistolam, Recognitionum libris subjectam, deveniamus. Romæ ex ædibus Populi Romani A. D. 1591. prodierunt epistolæ Summorum Pontificum, tribus tomis distinctæ, in quorum primo ante omnes alias exstat quæ dicitur Clementina ad Jacobum fratrem Domini, Rufino interprete. Huic pag. 7. adnectitur spuria appendix cum epigraphæ ad oram: *Compendiolum Fidei Christianæ*. Labbeus, qui to. I. Conciliorum pag. 89. illam inseruit, de additamento ita scribit: *hic desinit epistola in quibusdam codicibus. Cetera sunt vice appendicis addita circa annum 800. ut videtur*. Idem ferme ait Mabillonius in *Analectis* tomo I. pag. 142. Petrus Crabbe, affumento conjunctam epistolam, inferuerat

inferuerat tomo I. Conciliorum pag. 14. edit. *Coloniæ apud Petrum Quentel* A. D. 1538. At *Siehardus* in prima sua editione anni 1526. quartæ ex epistolis Clementis, appendicem ita inscriptam subjecerat: *Compendium Fidei*. Quæ in altera ejus editione anni 1536. ipsi epistolæ conjungitur. *Gruterus* quoque, *Siehardum* sequentur, conjunxit post Constitutiones Apostolicas pag. 345. quam tamen *Faber* ante disjunxerat. *Theodorus Bibliander* libro inscripto *Christiana & catholica doctrina, Basilea per Jacobum Parcum* 1550: in 8.º pag. 221. eandem epistolam, *Rufino* interprete, inseruit, sed ablata appendice. Ea tamen sine nomine interpretis, & sine appendice dudum inserta fuerat paginæ 7. alterius libri, sic prænotati: *epistolæ aliquot illustres, graves, & eruditæ, extra Bibliorum canonem licet, Apostolica tamen & pia. Augusti Vindelicorum per Alexandrum Weyssenborn* 1529. in 8.º Primam inter epistolas Pseudo-Isidori temere statuit, qui eam virulentis notis de more configit, *Blondellus*. Quanti eam fecerit *Franciscus Turvianus*, inde constat, quod lib. II. cap. III. & XIII. pro Canonibus Apostolicis & epistolis decretalibus contra Magdeburgenses, *Coloniæ apud Gervinum Calenium* A. D. 1573. in 4.º eam & pro vera tueatur, & latinæ versioni roborandæ, ex codice Vaticano Græcum ejus contextum non semel advocet. At enim libro IV. cap. XXIV. *Rufinum* versionis auctorem esse, quum careat *prologo*, non admittit. Quis vero ignorat, *Rufinum* longioribus tantum Græcorum scriptis, ab se translatis, non brevi ac simplici epistolæ, ex Gennadii sententia, *prologos* dare debuisse? Epistolæ antiquitatem adstruit testimonium *Rufini*, ab se *olim interpretatam, atque editam* adseverantis in præfatione ad Gaudentium; Recognitionibus non præmissam, quia *tempore posterior est*, nempe Recognitionibus a Clemente, ut putabatur, antea conscriptis. Istud *Rufini* consilium *Cotelerius* sequutus, eam & ipse Operi Clementino postposuit, licet codici Carmelitico insertam inter præfationem, & Recognitionibus reperisset. Ita sane etiam codices, quibus usus fuit Stapulensis, insertam habuerunt, & Photius quoque cod. CXLII. aperte ait, in exemplaribus Græcis eam libris Recognitionum præponi solitam. Postponitur tamen in codice Palatino sine spuria appendice. Epistolæ ipsi additur in collectionibus Vaticanis Isidori cod. 629. fol. 127. & cod. 630. fol. 6. Quin ergo Clementis epistola ad Jacobum, quam *Rufinus* latinam fecit, ea sit pura puta; quæ omnium manibus teritur, jure ambigi nequit, nec sane dubitat *Belarminus* lib. II. de Romano Pontifice cap. XIV. post initium. Ipsemet *Blondellus* hoc idem satis evincit, quanvis suæ sectæ virus censuræ immisceat. *Cotelerius* quum post Recognitiones eandem epistolam Græce & Latine, sine ullo additamento, edidisset, mox *Rufini* interpretationem subjecit, ad veteres editiones & codices Mss. de more collatam, & in capita XX. distinctam, quorum duodevicesimum citari observavit in Concilio I. Vasensi, A. D. 442. celebrato canone VI. apud *Labbeum* tom. III. pag. 1458. in Capitularibus Francorum tom. II. pag. 1127. in-

que

que Concilio Metensi canone XII. apud Labbeum tom. IX. pag. 416. Citatur quoque a Nicolao I. Pontifice epist. XLIX. a Johanne VIII. epistola CCXXXIV. & a Gregorio VII. lib. VIII. epist. XXI. Ad ejus epigraphen tanto ante allufit Sidonius lib. VI. epist. I. eandemque Bibliothecarius in *Clemente* laudavit. Antiquissima esse creditur perinde ac sunt libri Recognitionum. At *Clementi* ante *Blondellum*, quinque insignes S. R. E. Cardinales abjudicaverant, *Thyrecremata* in summa Ecclesiæ lib. II. cap. cz. *Cassanus* in Concordantia catholica lib. III. cap. II. *Baronius* A. D. 69. §. XIIII. *Bellarminus* in Catalogo, & *Peronius* in iterato Responso ad Regem Britanniæ cap. XXXI. pag. 159. Ex antiquioribus idem sanxerant *Petrus Camester* in Historia Actuum Apostolorum cap. CI. ac postea *Marsilius Patavinus* in Defensorio pacis, Parte I. cap. XXVII. & *Gobelinus Persona* in Cosmodromio Ætate VI. cap. VII. De epistola III. Clementina, cujus interpretatio *Rufino* etiam tribuitur, nihil dicam, quum liqueat, eam ad *Isidori* merces ex toto spectare. Nondum *Clementem* dimitto, quin *Patricii Junii*, & *Dodvelli* errores pandam. Is in fine suæ præfationis ad auream *Clementis* epistolam ad *Corinthios* pag. 131. editionis Cotelierianæ, sibi ex quodam Lobienfi catalogo blanditus fuit, ejusdem epistolæ versionem latinam, ab Hieronymo factam, alicubi delitescere. Sed *Cotelerius* spem *Junii* pertenuem aut nullam esse postea cognovit, suspicatus, librariorum ex versione epistolæ Clementinæ ad Jacobum nomen *Rufini* invisum erasisse, ut eam Hieronymiano honestarent. Hoc alibi pariter factum narravimus. De *Rufino* etiam dictum observo a *Dodvello* in additamentis ad Pearsonii opuscula Parte I. cap. VI. §. XXI. pag. 214. *Clementem* ab eo primum *martyris* titulo fuisse ornatum. Hinc *Dodvellus* martyrii laureolam *Clementi* auferre conatur. Sed frustra conaris, nec auferes quidem certe, *Dodvelle*. In vetustissimo enim Codice Sacramentorum, quem summa doctrina, & pietate venerabilis Cardinalis Josephus Maria Thomasius publici juris fecit, *Beati Clementis Sacerdotis & MARTYRIS natalicia* celebrantur lib. II. §. LXV. pag. 176. Hujus autem codicis preces & orandi formulas, Constantino Magno antiquiores cum Jo: Morino statuit hujusmodi rerum longe intelligentissimus, & in iis dijudicandis facile princeps Thomasius. Ætate *Rufini Zosimus* Pontifex epist. III. ad Africanos, tanquam de re alias notissima loquens, ait, *Clementem* Christi Fidem, quam a Petro didicerat & docuerat, suo martyrio consecrassè. Alia hujus generis vide apud *Tillemontium* tom. I. pag. 563. ubi *Rufinum* primigeniam Ecclesiæ Romanæ traditionem, a *Clementis* ævo & martyrio vere deductam, sequutum animadvertit, dum elogio *martyris* eum decoravit in libello de Adulteratione librorum Origenis.

CAPUT XI.

- I. *Rufinus Chromatio Aquilejensium antistiti obsecutus, Historiam Eusebii Latinam facit, librisque duobus auget. I. Quid in Eusebianis praestiterit, quid in suis, a Dupino perperam reprehensis. II. Rufini Historia a Gallis maximi facta; item ab Anglis, & Africanis Patribus. IV. A Graecis similiter. V. Graeci duos ejusdem libros Graece convertentes, suos faciunt. VI. Concilium Nicanum II. eorundem testimonio utitur. VII. Latinae versionis Eusebiana historia per Rufinum praestantia ostenditur. VIII. Gelasii censura explicatur. IX. Variæ editiones recensentur.*

I. **A**D omnium, quæ *Rufinus* ediderit, celeberrimum opus progrediamur. De Historia ecclesiastica loquor, ab Eusebio Græce scripta, quam 1x. annos post ejus mortem, *Rufinus* ab se translata, & libris duobus auctam cum Latinis communicavit. jubente Chromatio nostrorum Aquilejensium antistite, cui suam interpretationem, præmisso de morte prologo, nuncupavit. Viri docti hunc *Rufini* literarium laborem conjiciunt in A. D. 400. quo Alaricus Gothorum Rex, superatis Alpibus Juliis, Italiam primum invasit; quasi *Rufinus* Chromatium alloquens hoc idem testetur, ubi id operis sibi a sanctissimo viro injunctum ait, *tempore, quo disruptis Italia claustris, Alarico duce lateque vastavit. Alaricus tamen non semel tantum, sed iterum, & tertium Italiam populabundus intravit, A. D. 400. 402. & 403. Sed Rufinum loqui de prima ejus irruptione, quæ apud Prosperum & Cassiodorum primo consulari Stiliconis, & proinde A. D. 400. illigatur, ambigi nequit. Si enim de alia irruptione Alarici loqui voluisset, eam utique, ne cum prima confunderetur, explicatius indicasset. Rufini verba idipsum confirmant: TEMPORE, quo disruptis Italia claustris. Hæc unquam quidem ab Alarico irruptionem, Rufino scribente factam, ob oculos ponunt. Quod argumentum fortius eo est, quo Tillemontius utitur to. XII. nota LXXIX. Rufinum scilicet neque in prologo, neque in Historia, loquentem de Theodosio Magno, quicquam tangere, quo a juniore illum distinguat, qui natus initio Aprilis A. D. 401. & subinde XI. die Januarii A. D. 402. declaratus Augustus, Arcadio patri octennis successit die 1. Maii A. D. 403. adeo ut Rufinus Historiam suam intra biennium, Tillemontio iudice, absolutam ediderit. Certe edidit ante A. D. 402. quo Alaricus secundo in Italiam advenit. Nunquid vero timeri poterat, ne jam pridem mortui Imperatoris egregia facinora, tunc recens nato infantulo homonymo adscriberentur, nisi historicus disertus*

disertis verbis unum ab altero distinguens, erroris occasionem auferret? Paulo rectius sic differemus. *Chromatius*, cui *Rufinus* Historiam inscribit, diem obiit A. D. 406. ut alibi dictum. Ergo *Rufinus*, qui post A. D. 400. in suam lucubrationem condendam incubuit, eam ante A. D. 407. utique absolvit. Immo ante A. D. 402. quo *secunda* Alarici irruptio facta est. Nec sane *Rufinus* statim a prima irruptione, sed aliquo post tempore animum ad scribendum adpulit POST *dirupta Italiae claustra*, ut etiam *Pearsonius* observat in *Vindiciis* Ignatiani Parte I, cap. vi. pag. 88. postquam scilicet *pestifer morbus*, à Gothorum exercitu in Venetiam nostram allatus, florentissimam, & primo barbarorum furori obviam regionem vastasset: quod non ictu oculi, sed temporis spacio fieri oportuit. Quare *Chromatius* optimi pastoris officio fungens, ut novæ lætionis blando veluti pharmaco, suorum, & nostratum, qui tantis malis supererant, præteritæ calamitatis memoriam leniret, Historiam Eusebii e Græco in Latinum sermonem a *Rufino* transferendam curavit: quod a presbytero, in aliis etiam occupato, cito fieri non potuit, Rem aptioribus verbis, quam iis ipsis, quæ in hoc explicando *Rufinus* adhibuit, me declarare posse non credo: *peritorum dicunt esse medicorum, ubi imminere urbibus vel regionibus generales viderint morbos, providere aliquod medicamenti, vel poculi genus, quo præmitti homines ab imminente defendantur exitio: quod tu venerande pater CHIROMATI, medicina exequens genus, TEMPORE, QUO DIRUPTIS Italiae claustris ab Alarico duce Gothorum, se pestifer morbus INFUDIT, & agros, armenta, viros longe lateque VASTAVIT, populis, tibi a Deo commissis, feralis exitiis aliquod remedium quaerens, per quod agræ mentes ab ingruentis mali cogitatione subtrahat, melioribus occupatæ studiis tenerentur, injungis mihi, ut Ecclesiasticam Historiam, quam vir eruditissimus Eusebius Casariensis Græco sermone conscripsit, in Latinum vertam: cujus lætione animus audientium vincat, dum notitiam rerum gestarum avidius petit, OBLIVIONE quodammodo malorum, quæ gererentur, acciperet: a quo ego opere quum excusare me vellem, utpote inferior & impar, & qui in tam multis annis usus Latini sermonis amiserim, consideravi quod non absque aliquo Apostolica institutionis ordine nobis ita præciperes, Pergit Rufinus tam modeste, quam pie tenuitatem suam, operi transferendo imparem, præcipientis auctoritate excusare. Librum x. omiffis quæ videbantur superflua, cum libro ix. ab se conjunctum ingenue futetur, quoniam perparum habebat in rebus gestis, per reliqua omnia in episcoporum paegyricis tractatibus, nihil ad scientiam rerum conferentibus, Libros x. atque etiam xi. totos se conscripsisse ait, partim ex majorum traditionibus, partim ex his, quæ nostra memoria comprehenderat. Ceterum omne opus (Eusebii) res in Ecclesia gestas ab Salvatoris adscensione, & deinceps, continere subjungit. Suos vero Libellos duos ab Constantino & Arianæ hæresis incunabulis ad A. D. 395. quo diem obiit Theodosius Magnus,*

Magnus, pertingere affirmat, seques hos, ut *Cyromatii* quoque, *patris religiosi*, præceptis obtemperaret, partim *ex majorum literis*, partim *ex sua memoria* brevitèr addidisse. Falsus ergo est Radulphus de Dico, qui *Rufinum* ait, Historiam suam terminare A. D. 399. Eum vide inter Anglicanæ Historiæ scriptores antiquos, a Roberto Tvylden publici juris factos to. I. pag. 431.

RUFINUS :
LIB. V. CAP. XI.

II. *Rufinum* in Eusebio transferendo nimia libertate usum critici vociferantur. Sane multa abstulit, plura *addidit*, nonnulla mutavit. Revelationes, Alexandro Hierosolymorum Episcopo factas, quas non satis perspicue refert Eusebius lib. vi. cap. xi. *Rufinus* libro eodem capite viii. optime exponit. Libro viii. adfuit narrationem de miraculis Sancti Georgii, qua caret Eusebius. Libro ix. de suo adtexuit concionem Sancti Luciani martyris. Pauca de multis indico, quibus *Rufini* ope Eusebius ditescit. Ad hæc in libro vi. & in vii. ordinem capitum nonnihil mutavit. Hinc Vossius in libro ii. de Historicis Latinis cap. xi. Eusebianam *Rufini* versionem ne paraphrasin quidem dici posse arbitratur, *sed proprium opus, in quo tamen Eusebium plurimum exscripserit, multa adeo addit, multa demit, multa mutat*. Rufinum in reliquis duobus Historiæ suæ libris concinnandis, annorumque ratione digerenda, credulam fuisse junioris caussantur, incertosque vulgi rumores plus æquo sequutum. Palmarium ejusmodi exemplum, quod proferunt, exstat lib. x. cap. xiv. ubi narrationem adtexit de pueris in littore maris ab Athanasio puero baptizatis. Hanc *ex Rufino* didicerunt Socrates lib. 1. cap. xv. & Sozomenus lib. ii. cap. xvii. Sed de rei veritate eruditi inter se certant. Nam Bollandiani Scriptores die 11. Maii cap. I. §. 20. pag. 188. de illa ex parte ambigunt: quam tamen ut veram ex toto propugnat Antonius Pagius A. D. 311. §. xxvii. Contra est amicus noster insignis Bernardus de Montefalconis in Vita Sancti Athanasii, quæ elegantem hujus operum editionem præcedit, atque hanc sententiam amplectitur Tillemontius tom. vii. Nota I. At Bollandiani fodales sua rursus tueri conantur in Historia Patriarcharum Alexandrinorum tom. v. Junii: quibus Montefalconis epistolam opposuit, Parisiis editam A. D. 1710. in qua diligenter inquirat, *an vera narratio Rufini de baptizatis pueris ab Athanasio puero*. Pro *Rufino* memorare sufficiat, hæc ab illo non ex sua, sed ex aliorum fide narrari. Verba sunt lib. x. cap. xiv. *ab his, qui cum ipso (Athanasio) vitam duxerunt* ACCEPIMUS. Iis locupletiores testes, qui *cum ipso Athanasio vitam duxerant*, profecto audire non poterat. M. Antonius Muretus Variarum lectionum lib. xii. cap. x. istum puero-rum lusum aliis exemplis illustrat. Hæc faciunt, ut neque Dupinum probare possim, qui in to. iii. Bibliothecæ quorundam *Rufinum* insinulat, quæ facile diluuntur.

1. Ait ab eodem tradi, Athanasium post Concilium Tyri, sexennio in cisterna latuisse. Id quidem dicit *Rufinus* lib. x. cap. xviii.

RUFINUS . sed ex relatu aliorum dicit . Idque ex verbo fertur probe colligitur .

LIB. V. CAP. XI.

2. Caussatur , ab eodem inverti ordinem temporum in historia Athanasii . Hoc ideo visum Dupino , quia *Rufinus* plenam de Athanasio historiam non dedit , sed pauca ex plurimis delibavit , ut subsequenter verbis palam facit lib. I. cap. xiv. in fine : *quoniam talia ac tanta ejus gesta sunt , ut magnitudo quidem rerum nihil me praterire patiatur , multitudo vero loquar de studio , quod Rufinus impendit in utriusque libris Latina civitate donandis : quod signum est maximum , quanti eos fecerit . Sanctus Aldhelmus in libro de Laudibus Virginitatis pag. 320. quam longe aberret Dupinus his verbis comprobatur : Rufinus mira verborum urbanitate præditus , in prologo Apologetici plenius exposuit , nempe laudes Gregorii Nazianzeni .*

3. Noster male audit apud Dupinum , quasi parum saveat viris magnis , Gregorio Nazianzeno & Basilio . Sed eum iniquo hoc crimine purgat elogium , quod utriusque in perhonorificum lib. I. cap. 1x. ne interio loquar de studio , quod *Rufinus* impendit in utriusque libris Latina civitate donandis : quod signum est maximum , quanti eos fecerit . Sanctus Aldhelmus in libro de Laudibus Virginitatis pag. 320. quam longe aberret Dupinus his verbis comprobatur : *Rufinus mira verborum urbanitate præditus , in prologo Apologetici plenius exposuit , nempe laudes Gregorii Nazianzeni .*

4. Falso dici a *Rufino* ait , Hilarius diris devotum , & post Concilium Mediolanense in exilium missum . Sed longum sit omnes Dupini alucinaciones reflexere , an dicam referre ? Falso dici a *Rufino* ait , quæ in Historia sua nunquam dixit . In opusculo quidem de adulteratione Librorum Origenis ait , *librum instructionis plenissima ab Hilario Pictavensi ad emendationem eorum , qui Ariminensi perfidia subscripserunt , conscriptum , ita ab inimicis illius corruptum esse , ut cum illi postea in Concilio Episcoporum secundum ea , quæ in libello ipsius se corrupisse noverant , hæreticum enim capissent vocare , ac prolatus libellus talis inventus esset , quem ipse non agnosceret , fecerint eum excommunicatum de concilii conventionem discedere .* Hæc vere scripsit *Rufinus* . Ad hæc reclamatur Hieronymus lib. II. Apologiæ I. *Synodus , a qua excommunicatus est , in qua Urbs fuit ? (Mediolani eam fuisse ait Dupinus ex Historia Rufini) Dic episcoporum vocabula . Profer sententias subscriptorum , vel diversitatem , vel consonantiam . Doce qui eo anno Consules fuerint ? Quis Imperator hæc Synodum iussit congregari ? Galliane tantum episcopi fuerint , an & Italia & Hispania ? Certe ob quam causam Synodus congregata sit ? Nihil horum nominat . Quid ad hæc *Rufinus* responderit , ob deperditam ejus epistolam , ignoramus . Sed vir egregius Petrus Cousstantius in vita Sancti Hilarii , quam ejus operibus ab se illustratis præposuit pag. cxix. §. 107. librum , a *Rufino* memoratum , eum intelligi putat , quo Hilarius Historiam Ariminensis ac Seleucienfis Synodorum complexus fuerat , cujus fragmenta existant pag. 1279. Cumque*

que *Rufinus* auditu tantum accepisset, Hilarium ab Auxentio hæretico hæreticum vocitatum, & conventu habito, ex urbe Mediolano egredi jussum, facile sibi animo finxit, ob libri illius, quem dolo malo falsatum audierat, depravationem, ab hæreticis factam, libri auctorem Hilarium, non solum e civitate, sed e conventu etiam expulsum. In opusculo ergo de Adulteratione librorum Origenis id scripsit *Rufinus*, non in *Historia*, quam nondum condiderat. In hac vero lib. xi. cap. xxx. & xxxi. de Hilario narrat quæ nemo improbat. Non ea certe, quæ Dupinus decoctor comminiscitur: cuius permagnam indiligentiam fati mirari non possum.

III. *Rufinus* ergo toti occidenti primævos historiæ ecclesiasticæ fontes, antea ignoratos, vel parum notos, maximo omnium plausu referavit; unde Latini majores nostri, Christianorum gesta perdiscere, & Gallicani præsertim Episcopi Nicænas definitiones mutuari potuerunt, quas *Rufinus* abbreviatis in canones xxii. diviserat lib. x. cap. vi. Jacobus Sirmondus in rimandis Ecclesiasticæ historiæ penetralibus opido sagax, id primus olfecit in notis ad Concilium II. Arelatense apud Labbeum tomo IV. Conciliorum pag. 1813. Hinc Nicæni canones; ex *Rufino* petiti, in Codicem antiquæ Ecclesiæ Gallicanæ migrarunt. De hoc agit Quænellus in Dissertatione Leonina xv. cap. xv. Sed homo invidus *Sirmondus* primæ observationis laude fraudat, quæ huic uni debetur. Res ipsa perspicue proditur ex Concilio II. Arelateni, duobus & quadraginta annis post editam *Rufini* Historiam congregato A. D. 444. apud Labbeum tom. IV. pag. 1012. Proditur ex canonum etiam excerptis, quæ epistolæ Johannis II. Pontificis ad Cæsarium Arelatensem ob examen causæ Contumeliosi Rejenis Episcopi, subjecta leguntur ad A. D. 535. Ibi enim apud Labbeum pag. 1756. præmittitur canon Concilii Nicæni, verbum de verbo ex *Rufino* descriptus, a quo undecimus numeratur. Canon I. Concilii II. Arelatenis exprimit Canonem II. Nicænum, uti est apud *Rufinum*. Canon Arelatenis VII. ex primo Nicæno *Rufini* desumptus est. Canon x. respicit *Rufini* Canones XII. & XIII. Canon xv. ex Canone altero *Rufini* derivatur. Canon xvi. Nicænum Canonem XXI. versionis *Rufini* fideliter exhibet. Quare palam est, Arelatenfes Patres, sua decreta condentes, Nicænos canones ipsis *Rufini* verbis in codice suo descriptos habuisse, quorum notitia quemadmodum ante *Rufinum* apud Gallicanas Ecclesias obscura habebatur, ita postmodum avidè hausta est eorundem canonum versio, a nostro data in suo Eusebianæ Historiæ supplemento. Magno enim in pretio fuit *Rufinus* doctissimis & sanctissimis viris universi Occidentis, si unum *Hieronymum* eumque quodam tempore excipiamus; maxime vero apud Gallos. Hoc a Sirmondo alibi etiam notatum, obfervo; nimirum ad Sidonium, qui annos quinquaginta post *Rufini* obitum Latinas ejus versiones summopere commendavit lib. II. Epist. IX. Post Sidonium Gregorius Turonensis antistes, in Historia Francorum lib. IX. cap. xv. *Rufini* Historiam Eusebii interpre-

RUFINUS .
LIB. V. CAP. XI.

tationi conjunctim sub *Eusebii* nomine laudans, *Arius*, inquit, *quem projecisse in secessum extra Historiographus narravit Eusebius*, immo *Rufinus* lib. x. cap. xiv. Accedat postremo loco Hincmari Remensis Archiepiscopi de *Rufini* Historia testimonium, sane perhonorificum. Is enim tom. II. Operum pag. 463. hæc habet: *decimus Historia Ecclesiastica liber Rufini, qui in Catalogo Apostolicae Sedis inter recipiendos libros describitur*. Ordo rerum, & regionum vicinitas facit, ut ex gente Anglorum huc advoceum Sanctum *Aldhelmum*, & Venerabilem *Bedam*. Is in libro de Laudibus Virginitatis pag. 328. ex decimo *Rufini* libro auctoritatem arcessit; hic vero de Temporum ratione cap. xxxviii. totum locum Eusebianum ex *Rufini* libro vii. cap. xxviii. describit. Si ex Anglia in Africam trajicimus, *Rufini* Historiam ab ejus amico Augustino Hipponensi laudari audiemus. In libro de Cura gerenda pro mortuis cap. vi. legimus, inquit, in *Ecclesiastica Historia, quam Græce scripsit Eusebius, & in latinam linguam vertit Rufinus, martyrum corpora in Gallia canibus exposita*. In libro de hæresibus cap. lxxxiii. eandem iterum laudat: *quam Eusebii Historiam scrutatus essem, cui Rufinus a se in linguam latinam translata subsequenti etiam temporum duos libros addidit, non inveni aliquam hæresim, quam non legerim apud istos Jo-vinianistas*. Post Hipponensem, Victor, Vitenfis Episcopus, in Historia persecutionis Vandalicæ, quam scripsit A. D. 487. lib. v. cap. xviii. de *Rufini* Historia magnifice loquitur. Argumento enim quod versabat, se imparem eousque fatetur, ut illi explicando vix sufficeret Tullius, Salustius, Eusebius, aut ejus translator, *Græce facundia, latinisque floribus Rufinus ornatus*. Etiam Vigilius, Tapsensis Episcopus, qui floruit ad A. D. 560. *Rufinum* ad manus habuit, eoque, non tamen speciatim ab se nominato, usus est. Totum enim caput I. libri vi. contra Arianos ex Rufiniana Historia & rerum sensu, & ipsis sermo verbis deduxit. De morte Constantini Magni Vigilius sic loquitur: *denique dum ejus causa (Arii) ab Episcopis diutius retractatur, idem Constantinus Imperator in suburbano quodam, cui Nicomedia nomen est, finali ordinato judicio, tricesimo primo Imperii sui anno diem clausit extremum*. Rufinus lib. ix. cap. xi. rem ipsam his verbis narraverat: *interea dum hæc apud Alexandriam frustra agitantur, venerabilis Augustus Constantinus in suburbana villa Nicomediae tricesimo & primo Imperii sui anno diem suævitæ est*. Vigilius suburbanam villam, cujus nomen Rufinus omisit, *Nicomedia* putavit: quam tamen Hieronymus in Chronico, Olympiadis cclxxix. anno II. Christi Domini Eusebiano 338. *Ancyronem, sive Acyronem* (variant enim codices) dictam prodit.

IV. At neque uni *Latini*, sed ipsi etiam *Græci* duos *Rufini* libros, Eusebio additos, magni fecerunt. Rem ob oculos ponit, quod ipsi suos reddiderint; unde *Cyrillus Alexandrinus*, ac *Gelasius Cyzicenus*, & quod majus est, etiam Concilium II. Nicænum iisdem *Rufini* libris, Græce conversis, sua comprobaverunt. Ut rei veritas constet, singulis non-

non nihil immorari necesse est. De *Cyrillo Alexandrino* postmodum loquar. *Cyzicenus*, qui florebat A. D. 476. sæpe suas narrationes *Rufini* auctoritate confirmat, ducemque initio Operis sibi constituit. Petrus Daniel Huetius in Dialogo de Claris Interpretibus pag. 135. edit. I. animadvertit, hunc *Gelasium* e duobus *Rufini* libris non pauca in suos de *Nicana Synodo* transtulisse, & non tam interpretatum, quam mutatum res, ad institutum suum facientes. Photius autem quum tradidisset, *Gelasium* Cæsareensem in Palæstina Episcopum, a Cyziceno diversum, horratu *Cyrilli* avunculi sui, Hierosolymorum Episcopi, Eusebianam Historiam prosequutum, mox *Cyrillum* ipsum Græcum Rufinianæ Historiæ interpretem facere videtur. Do verba Photii ex codice lxxxix. *alibi autem legendo*, hoc quidem comperi, *Cyrillum ipsum cum hoc Gelasio, Rufini Romani Historiam in Græcum vertisse sermonem, non vero propriam suam aliquam condidisse*. Addit Photius, si id verum est, quod comperit, hunc *Gelasium* Cæsareensem vetustiorum esse *Gelasio* Cyziceno, cujus Historiam Concilii Nicæni ex *Rufino* pariter expressam superius retulerat cod. lxxxviii. Nec Photius silentio præterit, ab hoc *Gelasio* Cyziceno, prioris *Gelasii* & *Rufini* dicta laudari. Quare non unum, sed tres *Gelasios* Cæsareæ in Palæstina episcopos Photius enumerat, quos inquit, discernere nequeas. Primus *Gelasius* fuit fororis *Cyrilli* filius, quem avunculus Euzojo, Acacii successori, Cæsareensem in Palæstina episcopum suffecit. Adi Epiphanium Hæresi lxxxi. §. 37. & Hieronymum in Catalogo cap. cxxx. Secundus *Gelasius* scripsit contra Anomæos apud Photium cod. ciii. Tertius *Gelasius* est Cyzicenus. At *Gelasium*, *Cyrilli* fororis filium, *Cyrillum*que ipsum Rufinianæ Historiæ interpretes facere, nugari est. Nam *Cyrillus* extinctus est A. D. 384. die xviii. Martii, ex Antonio Augustino Toutteoo ad *Cyrillum* pag. lxxxv. *Gelasius* vero obiit A. D. 394. cui in Sede Cæsarensi Johannes successit A. D. 395. quando certe *Rufinus* nondum ex Palæstina in Italiam transfretaverat; ubi postmodum *Historiam* suam condidit. Tillemontius to. viii. nota viii. ad *Cyrillum* Hierosolymitanum, Photio innixus, *Gelasii* hujus Historiam aliam facit ab *Historia Rufini*, quamvis Eusebii Historiam se augere profiteatur. Sed non levi errore irretitur vir cetero qui accuratus. Photius enim ibidem loquitur de *Historia Gelasii Cyziceni*, quam superiori codice recensuerat, non de alia *Historia Gelasii*, qui (ut ipse quidem existimat) *Rufini* Eusebianum supplementum Græce reddiderit. Verba Photii codice lxxxviii. hæc sunt: & hic certe *Gelasius* (Rufini Græcus interpres) *diserta quoque dicendi forma ab illo* (Cyziceno) *discrepat; quanquam uterque longe est eo Gelasio, qui adversus Anomæos scripsit, inferior*. De Cyziceno hæc scripserat: *ipsa porro dicitio ad humilem vilemque stilum plus æquo vergere animadvertetur*. Vide Fabricium in *Bibl. Græca* to. viii. pag. 370. Photius similiter scripsit cod. xv. ut nullum sit dubium, quin comparisonem fecerit inter *Gelasium* Cyzicenum, quatenus *Historiæ Nicænæ Synodi* conditorem, prioremque illum *Gelasium, Rufini*

interpretem, ab se creditum; non vero inter duos Gelasios, in eodem argumento versatos, alterum, qui Historiam Eusebianam auxerit, alterum ejusdem Historiæ interpretem. Cyzicenus lib. I. cap. vii. de Actis Nicænæ Synodi citat *Gelasium*, & *Rufinum*; hunc, ut primarium auctorem, illum, ut interpretem: quod in Photii oculos etiam incurrit.

V. Huetius in Dialogo pag. 131. Romanæ linguæ dignitati hoc tribuit, quod *Græca* conversio *Gelasii*, infra Latinum exemplar habita vel seriem temporum ferre non potuerit, vel in Bibliothecarum pulvere cum tineis luctetur. Apud Latinos quidem non abnuo; secus vero apud Græcos. Nam in Catalogo Græcorum codicum Bibliothecæ Constantinopolitanæ apud Lambecium tom. I. pag. 149. extare dicitur *Rufini presbyteri magna Ecclesiæ Historia ecclesiastica*. Præterea in Bibliotheca Juris canonici veteris Christophori Justelli to. I. pag. 405. extat epistola Cyrilli Alexandrini, ad Synodum Africanam, scripta A. D. 419. ad quam Cyrillus mittit exemplar Nicænæ Synodi: quod, inquit, & in *Ecclesiastica Historia*, *requirentes*, *invenietis*. Justellus in notis pag. 443. *Rufini* Historiam a Cyrillo heic designari nos monet, quippe quæ apud Græcos æque ac Latinos tunc esset maxime pervulgata, decennio scilicet ab *Rufini* obitu. At, quæso te, lector, hic parum siste. Nam *Cyrillum Alexandrinum*, *Theophili* fratris filium & successorem, qui primus Græcorum, *Rufini* Historiam, ut omnibus notam, laudavit; non vero alium, ejusdem interpretem fuisse arbitrator: quem *Photius* homonymia deceptus, nec observato ordine temporum, cum *Cyrillo* Hierosolymitano confuderit. Photii errorem nuper vidit etiam Toutteus Dissert. II. ad Cyrillum cap. I. §. 5. pag. xcvi. Cyrilli verba, ecclesiasticam historiam non solum *Græcis*, sed *Latinis*, scilicet Africanis, ad quos tunc scribebat, maxime notam, antonomastice indicant. Hæc fuit *Rufiniana*, Græcæ & Latine conscripta; præter hanc nulla. Henricus Dodvellus Socratem *Rufini* versione Græca usum animadvertit in libro de Jure Laicorum cap. iv. pag. 278. Theodoritum Petavium in Diatriba de potestate consecrandi cap. 111. pag. 83. Nec sane aliunde, quam ex *Rufino*, historiam Frumentii uterque haurire potuit, dum eam unus & primus omnium *Rufinus* literis consignaverat lib. x. cap. 1x. ab *Ædesio* Tyri presbytero sibi narratam, unde ceteri Scriptores eam didicerunt, quamque Dodvellus egregie tuetur. Socrates quidem lib. I. cap. x11. in fine, de Sancto Spiridione, Cyprî Episcopo agens, *Rufini* Historiam laudat, sed *Latine* videtur innuere se eam legisse, nisi *Græcam* legerit: quod verisimilius puto, illamque designet, quam *Rufinus* Latine scripsit. En Socratis verba: *atque hæc ego tum a multis Cyprîis auditu accepi, tum in syntagmate Rufini cujusdam presbyteri, Romana lingua conscripto, posita inveni. Ex quo quidem libro tum hæc ipsa tum alia, quæ paulo post dicentur, collegi*. *Rufinum* iterum laudat cap. xv. in fine: *Hæc de Athanasio Rufinus in libris suis commemoravit*. cap. xix. in fine: *Hæc Rufinus ab Ædesio, qui & ipse Tyri presbyter*

postmodum factus est, se accepisse narrat. Hanc Frumentii Historiam ex *Rufino*, quem tamen haud nominat, sumit etiam Sozomenus lib. 11. cap. xxiv. & Theodorus lib. 1. cap. xxiii. Ex *Rufino*, ut multa alia, transit in Menologium Græcorum, in Martyrologium Ufuardinum Grevini & Molani, & postea in ipsas tabulas Ecclesiæ Romanæ die xxvii. Octobris. Socrates libro eodem cap. xxi. prope finem rursus laudat *Rufinum*: *Hæc Rufinus se a Bacurio didicisse scribit*. Socrates & Sozomenus Historias suas perduxerunt ad A. D. 439. quo florebat. Theodorus suam scripsit A. D. 450. Idem Socrates initio libri 11. *Rufinum* pariter citat, qui *Romanorum lingua ecclesiasticam historiam composuit*. Verum in temporum notatione aberrare ait in quibusdam, ad Athanasium pertinentibus, & plurima prætermittere: de quibus, uti diximus, ipsemet *Rufinus* lectorem monuerat, quæque critici plus æquo exaggerant, interque hos Valesius in Vita Socratis, & Fabricius tomo vi. pag. 119. Postmodum Socrates meliora documenta naest, librum I. & 11. posterioribus curis ex toto dictavit: at *retentis nihilominus iis, in quibus Rufinus a veritate minime aberravit*. Post hos, *Rufini* historiam, Græce scriptam, laudavit Theophanes in Chronographia pag. 19.

VI. Sed *Rufino* maximus honor accedit, quod Concilium 11. Nicænum Actione I. apud Labbeum tom. vii. pag. 79. de episcopis, ab hæresi ad catholicam fidem redeuntibus, & statim recipiendis, agens, testimonium adduxerit ex *ecclesiastica Historia Rufini presbyteri Romæ*, quod est in lib. x. cap. xxviii. Ne discedam ab Ecclesiâ Latinâ, hæc semper & *Rufinum* & ejus Historiam plurimi fecit, quam tantum non publica lectione dignam declaravit. Ejus enim *Martyrologia Rufini* libris creverunt, & præsertim *venérable illud & perantiquum*, a Hieronymiano diversum, quod olim Ecclesiæ Romanæ proprium, *parvumque* appellatum, una cum Adoniano publica luce donavit Heribertus Rosveydus. Hoc idem *martyrologium* multis in locis ex *Rufino* constat ostenderit Henricus Valesius in Dissertatione, quam Eusebio, ab se præclare illustrato subjecit. Neque id diffitetur V. C. Jo: Baptista Sollerius, ejusdem Martyrologii Romani *parvi* strenuus vindex, in præfatione ad Ufuardum pag. xxxiv. §. 86. ubi contra Valesium & Romæ illud confectum circa A. D. 770. & *Aquilejam* a Romano Pontifice missum, ut nostrates ritui Romano se conformarent, & a Sancto *Adone* Viennensi Ravennæ ante A. D. 860. exscriptum egregie demonstrat. Quid speciatim hujus *martyrologii* auctor, quid *Ado*, quid *Ufuardus*, cujus martyrologium Ecclesiâ Romana postmodum adoptavit, ex *Rufino* desumerint, idem *Sollerius*, aliique Hagiologi abunde indicarunt, ut jam actum agere non sit opus. Pro *Rufino* hoc tantum addo, nævos, qui ejus *historia* tribuuntur, plerosque a multitudine exemplarium fluxisse, nimirum ex pretio, in quo eadem historia habita est. Quare cum majoribus nostris grates *Rufino*, quod Ecclesiæ Latinæ primus omnium Christianæ historiæ fontes reseraverit, non injuriæ rependendæ, ut cum aliis recentioribus

RUFINUS. fecisse video Guillelmum Cave in Historia literaria A. D. 390. ubi, de
 LIB. V. CAP. XI. *Rufino* disceptans, in multis errat, & præcipue dum *sublesta fide ver-*
scuem Eusebii, ab illo adornatam appellat, proptereaquod multa contra-
 xerit, multa addiderit, multa prætermiserit. Sed quum *Rufinus* hæc
 non ut Grammatista uni literæ adhærens sententias potius, quam ver-
 ba secutus, additis & decurtatis non paucis, & monito lectore se præ-
 stitisse ingenue fateatur in prologo ad *Cyromatium*, cur hæc eadem in
 crimen *sublesta fidei* a Scriptore Anglo vertuntur? Periniquum est quo-
 que de *Rufino* iudicium Huetii in Dialogo de Claris interpretibus pag. 151.
 Postquam enim plurima, quæ Latinam a *Rufino* conversionem adeptas
 sunt, & postremo loco, *Eusebii Historiam*, enumerasset, asperrimis
 verbis & tanti viri gravitate minime dignis, sic in nostrum præclare de
 Ecclesia Latina deque suis ipsis Gallis præcipue meritum sævit: *ad insa-*
niam usque ineptivit, & extra modum profusissima verbiloquentia proces-
sit. Corruptissimis ad hæc usus est codicibus, & iudicio caruit critico,
quo falsa a veris discerneret. Huetius *Rufino profusissimam verbiloquen-*
tiam adscribit. Sed non ita censuit Gallorum eruditissimus, ut Mamer-
 tus Claudianus & ipse Gallus, vocat *Sidonium*, cuius lib. 1v. epist. 111.
 est illud *ut Orosius affluit, ut Rufinus STRINGITUR, ut Eusebius nar-*
rat. Hoc de *Rufino* propterea dictum adnotat Jo: Savaro, quod *eccle-*
siasticam perstrinxit Historiam. Sed alio id trahit Gaufredus Canonicus
 regularis epist. xlv 111. apud Martenium in Thesuro to. L. pag. 549. ubi
 hæc scribit ad Johannem Abbatem: *ut Rufinus STRINGITIS.* Sane im-
 merito *profusissima verbiloquentia* illi imputatur, qui brevitas adeo stu-
 duit, ut *decem* libros in *novem* contraxerit. Nos *Huetio*, cui admodum
 juveni hæc exciderunt, opponemus Henricum Valesium, in eodem sta-
 dio *Rufini* æmulum, qui in sua egregia Eusebii editione licet presbyteri
 nostri versionem alicubi non amplectatur ex more novorum interpretum,
 qui, ut suas translationes extollant, veteres deprimunt; tamen passim
Rufini versione suam confirmat; non raro ait, Eusebiano contextui eam
 commentarii vicem præstare. In summa Valesius de *Rufino* longe aliter
 ac Huetius sentit, de quo in præfatione ita scribit: *Rufinus, quavis*
sensum potius Eusebii sequatur, quam verba, tersus est tamen, nec legen-
tibus injucundus: ac vel eo nomine plurimum laudandus, quod ecclesi-
asticam Historiam primus Latina lingua hominibus dedit, cujus versione
ad nostram usque ætatem usa est occidentalis Ecclesia. Immo virum in-
 signem post editos Ecclesiæ Græcæ Historicos, de Latinæ etiam Ecclesiæ
 Historicis edendis atque illustrandis, *Rufino*que in primis, meditatam,
 nos docet Hadrianus Valesius in Vita Henrici fratris seorsim edita Lipsiæ
 A. D. 1680. & postmodum cum Eusebio Francofurti ad secundas Vale-
 si curas impresso A. D. 1695. apud Balthasarem Christophorum Wustium
 pro Henrico Wetstenio bibliopola Amstelodamensi. En verba Hadriani,
 de Henrico fratre loquentis: *sanctæ Historiæ Græcis auctoribus Latinos,*
Sulpicium Severum, Turanium (lege Tyrannium) Rufinum, Cassiodor-
 Sena-

Senatoris historiam tripartitam, Liberatum Diaconum, nonnullorum aliorum præfciis membranis collatos, & opera sua emendatos, commentariisque expositos adjungere constituerat, si ei diutius vivere contigisset. Utinam contigisset ! Haberet enim a suis Ecclesia Latina, unde Græcæ usquequaque non invideret, præsertim tanti viri accedentibus commentariis. Optandum, ut alius publico bono hoc præstet, quod Valesius præstare non potuit.

VII. De his, quæ occasione Canonis VI. Nicæni, a *Rufino* relati lib. x. cap. vi. viri docti ultro citroque differuerunt, ne a proposito divertat, alibi agam. Quod vero de Eusebianæ translationis præstantia, ad Græci auctoris genium explicandum aptissima, Valesius adnotavit, hoc idem alii quoque adnotarunt. Inde obscuris primigenii contextus verbis persæpe lux data, veræque lectioni nativa integritas restituta. In eo etiam Romanæ linguæ formulas, ab ingruente barbarie nondum tactas, periti, hujusmodi elegantiarum aucupes observarunt; unde factum, ut Janus Gebhardus, infra laudandus, *Rufinum stilo terso, & facundia in narrationibus perspicua*, Historiam Eusebii prosequutum pronuncia-verit. Ne Valesiana exempla percenseamus, quorum ob maximam copiam, non est animus numerum inire, Scaliger, alias & ipse *Rufino* parum æquus, unum & alterum subministrabit. Itaque Scaliger in Animadversionibus ad Chronicon Eusebii num. 2084. verba ejus Græcæ in fine libri II. Historiæ ecclesiasticæ, non aliunde, quam ex *Rufini* translatione restituit, & Christophorsoni versionem redarguit: quod facit etiam num. 2086. locum libri III. cap. VII. examinans. At postea num. 2203. ad alium locum libri V. cap. XXI. editionis *Rufini*, hunc perinde ac Hieronymum carpit, quasi uterque Græcum sensum de Apollonio male per-ceperit. Tum hæc addit: *neque dubito, Hieronymum, quum illam scriberet* (in Catalogo cap. XLII.) *non Græcum Eusebii exemplar, sed Rufini interpretationem Latinam in manibus habuisse*. Itane, vir magne, Hieronymus, qui A. D. 392. Catalogum suum concinnavit, *Rufini interpretationem Latinam* post A. D. 400. conscriptam *in manibus habuit*? Pearsonius in Vindiciis Ignatianis Parte I. cap. vi. pag. 293. edit. II. hunc lapsum in Sciligerio pariter, & in Valesio ad Eusebium lib. v. cap. xx. ante me castigavit. Mitto inscitiam Rhenani, qui in sua epistola Eusebio præposita, *Rufini libros duos ex Tripartita desumptos, & velut bujus esse compendium*, tradidit, quum tamen illorum auctores longe post *Rufini* obitum scripserint, a quo sua derivarunt. De *Rufino* eleganter loquente, & *iboracem* pro clypeo, in quo imago seu protome expressa est, usurpante, rursus Scaligerum consule num. 2286. Sed *Rufinum* fugillat num. 2065. & 2285. Nec tamen perdifficile esset *Rufinum* tueri. Scaligero æquior & mitior Holstenius in notis ad Acta Sanctorum Perpetuæ & Felicitatis verbis Rufinianæ versionis crebro & non sine præconio utitur ut pag. 123. 144. 155. 167. 180. 181. inque animadversionibus ad Martyrologium pag. 257. editionis Parisiensis. Holstenio consonant critici

RUFINUS .
LIB. V. CAP. XI.

inignes, eximie sibi laudi tribuentes, ad Rufinianæ Historiæ contextum illustrandum haud perfunctoriam operam impendere. Hos inter excellit Janus Gebhardus in *Crepundiis*, seu juvenilibus curis, ut vocat, quas Hanoviae edidit typis Wecheliani A. D. 1615. in 4.^o & nuper Jo: Hermannus Schminckius iterum Marpurgi edendas curavit in Syntagmate critico variorum. In his enim *Crepundiis* Gebhardus sæpenumero Historiam Rufinianam ad membranas Palatinas & Gruterianas castigatissimas emaculat, lib. I. cap. II. v. VI. VIII. XI. XVI. lib. II. cap. VI. VIII. lib. III. cap. VI. & XXI. Rursus id facit in Antiquis lectionibus Herbomæ primum impressis A. D. 1619. in 8.^o & a Schminckio recusus, nempe lib. I. cap. IV. & XXV. Idem fausto omine præstitit Barthius in Adversariis lib. I. cap. IV. lib. IV. cap. XV. lib. XXV. cap. I. & fufius lib. XXI. cap. XI. Etiam Thomas Reinefius in Variis lectionibus lib. I. cap. IV. Nec tacendi Geverhartus Elmenhorstius & Jo: Savaro, qui Arnobii & Sidonii loquendi modos cum Rufiniana Historia committentes illustrant, ille in notis ad lib. I. pag. 20. alter ad lib. I. epist. v.

VIII. Labore delassatum ferme in *Rufini* laudibus colligendis, hic me sistit Sanctus Gelafius Pontifex. In Decreto enim, quod condidit in Concilio Romano LXX. Episcoporum cap. IV. Eusebii Historiam a Rufino conversam apocryphis adnumeravit: *Historia Eusebii Pampbili apocrypha*. Miror Henricum Valefium, ingenio & eruditione præstantem, in notis ad Eusebium lib. VI. cap. XIV. genuinum hujus vocis *apocryphi* sensum non assequutum. Æque ac Valefius assequuti non sunt *Pearsonius*, *Carveus*, aliique, a me olim expensi in Antiquitatibus Hortanis lib. III. cap. III. §. III. unde aliqua huc transferam. Apud veteres Patres *apocrypha* ea vere sunt, quæ *canonicis* opponuntur. Hinc Annalium parens Baronius A. D. 31. §. LX. *apocrypha* esse ait *quasi non bagiographa*, non tamen, ut ea (Gelafius) ab Ecclesia omnino proferibat. Augustinus tradit lib. XV. cap. XXIII. de Civitate Dei, ea denotari nomine *apocryphorum*, quæ ab auctoritate canonica diligenti examinatione remota sunt. Duplex enim erat Scriptura, *canonica*, cujus auctor Spiritus Sanctus, & *apocrypha*, cujus auctor homo solus. Illa publice in Ecclesia, hæc non ita, legi poterat. Quare librum *apocryphum* esse, idem censetur, atque auctoritate carere, qua publice in Ecclesia, ut *canonica* leguntur, legi possit. Duplicis etiam generis *apocrypha* Gelafius enumerat, *orthodoxorum*, & *hereticorum*. Hæc omnino rejiciuntur, illa *canonicis* opponuntur, & publica tantum, ob nævos quosdam, in Ecclesia lectione privantur. Exstat enim Canon apud Ferrandum in Breviario num. 238. *ut præter scripturas canonicas nihil in Ecclesia legatur*. Ita quoque sentit Petrus de Marca lib. III. cap. II. §. VII. de Concordia, & Petrus Franciscus Chiffetius ad Vigilium Tapsensem pag. 147. Hæc ostendunt, Eusebii Historiam publica tantum in Ecclesia lectione per Gelasium privari, dum *apocrypha* declaratur: in quem censum ob suos nævos veniunt Lactantius; Severus Sulpicius, Commodianus; Arnobius, Clemens

Alexan-

Alexandrinus, alique præstantissimi auctores. Immo Gelafius cap. III. quod est *de opusculis recipiendis*, non solum Eusebii Historiam, sed & Chronicon a Hieronymo translatum, & auctum, propter verum, ut ait, *singularum notitiam, quæ ad instructionem pertinent, usquequaque veniendos*, a se non dici, palam testatur. His refellitur Beati Rhenani impudentia in epistola, Eusebio *Rufini* præfixa, ubi Gelafium, ait, interdicere nobis voluisse Eusebii lectione, *vel ab aliquo asino adjectum ejus decreto, Historiam Eusebii apocrypham esse*, vel tandem Gelafium, sibi ipsi contrarium, improbare librum alibi a se probatum. Hæc Rhenanus perperam scripsit, vero sensu *apocryphorum* non intellecto. Libros tamen duos, quibus Eusebium *Rufinus* prosequitur, ab Ecclesia Romana Catalogo recipiendorum adscribi, testis est Hincmarus Remensis, a me superius adductus; unde refellitur Algerus in libro de Misericordia & justitia cap. III. apud Edmundum Martenium in Thesaurio to. V. pag. 1045. ubi quod *Rufinus* refert de pueris ab Athanasio puero baptizatis, propterea improbat, quod *Rufini Historia Ecclesiastica minus judicatur authentica*. Sed non ita censuit Sanctus Gregorius Magnus, qui in Regesto lib. IV. epist. XXXI. ad Mauricium Augustum *Rufini* Historiam, ut *authenticam*, & generatim receptam his verbis laudavit: *Ecclesiastica quoque testatur Historia, quia quum pia memoria Constantino Principi, scripto oblata accusationes contra episcopos fuissent, libellos quidem accusationis accepit, & eosdem, qui accusati fuerant, episcopos convocans, in eorum conspectu libellos, quos acceperat, incendit &c.* Locus est apud *Rufinum* lib. X. cap. II. quem innuit etiam Johannes Diaconus in Vita magni Pontificis cap. III. Quanta vero fuerit apud omnes hujus *Rufiniana* Historiæ æstimatio, manifestius adhuc reddunt plurima illius exemplaria per omnem Europam olim diffusa, quorum non pauca in variis bibliothecis etiamnum supersunt. Ut a nostratibus incipiam, bibliotheca Ecclesiæ principis in municipio Sancti Danielis elegantem *Rufiniana* Historiæ codicem servat. In tabulario Canonorum Civitatis Fori-Julii alius exstat egregius codex membranaceus in folio, complectens *Historiam Rufini*, & etiam *Victoris episcopi Patriæ Vitenfis de persecutione Vandalica*, quibus accedunt *Hieronymi & Gennadii* Catalogi cum Regula Sancti Pachomii. Quatuor alios in bibliothecis Patavinis exstantes recenset Jacobus Philippus Tomasius pag. 7. 17. 45. 76. Sunt in Ecclesia episcopali, apud Canonicos regulares Sancti Johannis in Viridario, in Cœnobio Sanctæ Justinae, & apud Eremitas Augustinianos. Duos memorat Bernardus Montefalconius in Diario Italico pag. 377. & 392. Primum in Abbatia Florentina, alterum in Fesulana. Duos Romæ pariter servant plutei Vaticani num. 1978. & 5089. Alim Bibliotheca etiam Capranicensis. Valefius in testimoniis, suæ editioni pro Eusebio præfixis, laudat codicem Ecclesiæ Parisiensis ante 800. annos exaratum: quem, aut alium, in notis ad lib. IV. cap. XXII. & ad lib. VI. cap. I. & XVI. in subsidium adducit, & *vetustissimum* vocat. In Catalogo codi-

RUFINUS.
LIB. V. CAP. XL.

RUFINUS .
L. V. CAP. XL.

cum MSS. Angliæ to. II. pag. 21. & 25. enumerantur Wigornienfis 872. & Sarisberienfis 1001. His alius adjungatur cœnobii Einsidlenfis, cujus indicium debeo amplissimo Archiepiscopo Ephesiorum Dominico Passioneo, Sanctæ Sedis Apostolicæ Apocrifario apud Rempublicam Helvetiorum. Georgius Colvenerius in notis ad librum II. cap. XXII. §. 2. de *Apibus* pag. 33. citat suum veterem codicem MS. Historiæ Rufini, ubi legitur lib. II. cap. I. *Bartholomæum* Apostolum in *Indiam interiore* provinciore ivisse, ut ibidem habet Cantipratanus pag. 244. Edmundus Martenius in Itinerario I. Parte II. pag. 208. alios *Rufini* codices MSS. supereffe ait in Abbatia Cambronensi monachorum Cisterciensium in episcopatu Cameracensi.

IX. Jam tandem *Rufini Historiæ* editiones, typographicis formis expressas, percurramus. *Prima* debetur *Jobanni Philippo de Lignamine* Messanenfi Xysti IV. summi Pontificis Archiatrorum comiti, equestri dignitate ornato ab eo, quem ipse, Pontificis commissarius apud Vellitras & Vallem montium exceperat, Ferdinando Siciliæ Rege, & *terra citra Pharyum*, quo nomine Regnum alterum Apuliæ, Neapolitanum vulgo dictum, Ecclesia Romana appellare consuevit. Idem *Jobannes Philippus* ex officina impressoria, quam Romæ in ædibus suis instruxerat, Historiam Eusebianam, a *Rufino* translata, deque suo auctam, vulgandam curavit A. D. 1476. Inscriptio, quæ non, ut alias in prima pagina, sed post Lignaminei ad Xystum pontificem nuncupatorium epistolam, legitur, hæc est: *Liber Historiæ Ecclesiasticæ Eusebii Cæsariensis, quam BEATUS Rufinus presbyter de Græco in Latinum transtulit.* In fine operis in forma folii adscribuntur hæc verba: *millesimo ccccxxxvi. die xv. Maii P. M. Sixti quarti anno ejus quinto completum est hoc opus.* In epistola Xysto IV. Historiam nuncupans, cum laudat *quod inter paucos admodum Principes Italiæ, ingeniis faveat, viros literatos & doctos honoribus & præmiis dignis attollat & nutriet, in quem omnis eruditorum turba suspirat & clamat.* Ait se post plurima, suo jussu typis impressa, & eidem Xysto dicata, animum convertisse ad Historiam, & ab hac Rufiniana auspiciatum. Editio paucis obvia, quam, ut vetustissimam laudat merito Janus Gethardus, est elegans, literis tamen paullo crassioribus, & syllabis, ex sæculi genio sæpe contractis. Copula & vulgari numero septenario ferme respondet, quomodo in MSS. a sæculo XI. interdum occurrit. Vide Mabillonii rem diplomaticam pag. 423. & 429. edit. II. & Jo. Michaellem Heineccium in Syntagmate de sigillis pag. 219. quibus adde auctores Adnotationum ad Jo. Boccatii Decameronem pag. 94. & Leonardum Salvium in Animadversionibus suis de Lingua Italica to. I. lib. II. cap. VII. IX. X. Adstipulatur lapis Basilicæ Sancti Paulli in Via Ostiensi apud Margarinum pag. XIX. num. 252. Charta est nitida, solida & magna, cujus margine amplo & spaciofo totius contextus forma circumquaque vallatur. Typographi juniores, in aliis ceteroqui non paucis supra seniores illos præstantes, certe hæc splendidi-

splendidam & magnificam imprimendi formam dedidicerunt, vel assequi nolunt. Hujus editionis singulis libris *capitula* præfiguntur, quæ alii *titulos* vocant, ex quibus lectores quid in libris tractetur, uno quasi intuitu agnoscent. Hoc ab Eusebio ipso, non ab alio, factum observat Valesius in notis ad caput I. libri I. *Rufinum*que in suo exemplari eadem reperisse: idque apparere ex MSS. *Rufini* codicibus, quorum unum, ut jam dixi, ante 700. annos descriptum penes se habuit. Hæc ostendunt Lignamineum quoque suam editionem ex vetusto codice expressisse. De hujusmodi titulis egi lib. II. cap. II. §. v. *Primam* hanc Eusebii Rufiniani editionem, per Lignamineum curatam, tanti omnes fecerunt, ut vix edita, statim distracta fuerit. Hoc inde fit palam, quod mox eodem anno *rufinus* illam *iterari* oportuerit iisdem notis & signis, quibus prior in lucem prodierat, si unam epistolam nuncupatoriam & librum primum excipiamus, qui novos plane typos subiit, ut eam cum priore conferenti patebit. *Secundam* hanc editionem, a priori perparum diversam, Lignamineus apparere voluit in nomine Guillelmi de Estoutavilla episcopi Ostiensis, S. R. E. Cardinalis Rotomagensis nuncupati, quo dignum opus, prædicat, ex *rerum gestarum cognitione*, & *auctoris præstantia*, & *quoniam disciplinam ecclesiasticam sapit*. Cardinali, quem laudat a reparatis templis Sancti Augustini, & Sanctæ Mariæ majoris, quinque millia diversorum auctorum volumina *in hanc usque diem* (xv. Maii 1476.) suo jussu impressa significat. Inter hæc speciatim nominat opuscula Sixti IV. *de Sanguine Christi*, *de potentia Dei*, & *de futuris contingentiis*. Ceteros auctores ab eodem excusos, quos ego observaverim, in gratiam bibliophilorum hic obiter adnotabo.

1. Iliados Homeri libri III. IV. V. XIII. XVIII. XIX. latino carmine expressi a Nicolao de Valle, & a Lælio patre vulgati. *Roma in domo Jo. Philippi de Lignamine* 1474. in 4^o.

2. Terentii Comædiæ instar profæ in 4^o.

3. Joh. Philippi de Lignamine Chronicon Summorum Pontificum Imperatorumque 1474. in 4^o.

4. *Il Pungilingua di Domenico Cavalea da Vico Pisano* 1472. in folio.

In præfatione ad Matthæum Marci Abbatem Sancti Placidi, ait, se a biennio quo Romæ moratur, subsequentes libros edidisse.

Quintilianum.

Suetonium.

Leonem.

Lactantium.

Ambrosium de officiis.

Laurentii Vallæ elegantiam.

Horatii opuscula.

5. Probæ cento cum opusculis Philippi Dominican. Romæ, apud Philippum de Lignamine 1481. in 4^o.

6. *Deip*

RUFINUS.
LIB. V. CAP. XL

6. *De Immortalitate dell' anima, dialogo di Frate Jacopo Casfaro Domenicano. Roma &c. 1473. in fol.*

7. Flavii Blondi Italia & Roma instaurata. *Roma &c. 1474. in fol.*

8. Epistolæ magni Turci, editæ a Laudivio equite Hierofolymitano. *Roma &c. 1473. in 4^o.*

Tertia Eusebii editio, pariter elegans, geminam subsequuta, quæ tamen censeri potest, alium medicum, auctorem habuit, Johannem Schallum Herosfeldensem, cujus cura & typis Mantuæ prodiit A.D. 1479. in folio, Romana editione ignorata. Eam Schallus dicavit Friderico Gonzagæ Mantuæ Marchioni, in fine operis hoc epigrammate adjuncto:

*Transulit Ausonias istud Rufinus ad aures
Eusebii clarum Casariensis opus.*

*Schallus Joannes celebri Germanicus arte
Ære premit, Mantus Principe Federico.*

*Quum datus est suis, referebat Julius annos
Mille quater centum septuaginta novem.*

*Hunc eme qui docti nomen, qui limen Olympi
Quæris. Habet præsens munus utrumque liber.*

*Hinc cælesti bonum sanctosque docere mores,
Et prodesse magis læticio nulla potest.*

Quarta editio lucem vidit Parisiis, typis Petri Lovet A. D. 1497. in 4.

Quinta editio in forma folii minoris, typis quos Gothicos vocant, & tacito nomine artificis, facta est Argentinæ A. D. 1514. cum Bedæ Historia Ecclesiastica gentis Anglorum. Hanc, ut rarissimam, & sibi non visam memoravit Petrus Franciscus Chiffletius in notis ad Bedæ & Fredegarii concordiam pag. 319. apud quem Johannes Gravius eam Bedæ editionem, depravatissimam & mendosissimam vocat. Sexta editio debetur Gaufrido Boussardo, Theologo Parisiensi. Hic enim Argentinensem Eusebii editionem Bedæ adnexam quum immensis erroribus scatere deprehendisset, ab se recognitam denuo vulgandam curavit Parisiis in 8. sed sine typographi nomine & temporis nota, nuncupavitque Stephano Poncherio Senatus Galliarum Præfidi & postea Parisiensium antistiti. Mox eodem typorum genere, ac superior prodiit, Lugdani, apud Benedictum Bounyn A. D. 1523. & 1533. in 8. Boussardus in præfatione ad Poncherium ait, se hanc Historiam quum jam apud bibliopolas perinde ac non exstaret, nusquam reperiri videret, imprimendam curasse diligentissime castigatam. Est enim, inquit, superioribus annis impressa fuisset (Argentinæ A. D. 1514.) menda tamen, quibus abunde repletus erat codex, quum in notis, signis & punctis, tum in ipsi vocabulis & integris sententiis, plerosque literarum amantes juve ab ejus lectione deterrere poterant, & legentes non parum offendere. Quare ipse Boussardus multis exemplaribus & archetypis, quos ex variis bibliothecis conquieserat, eam castigavit & emendavit, quam potius accuratissime, non sententias modo, sed singulas pene syllabas. In Rufini

ver-

versione laudat *sermonis culturam*, qua tanta est, ut quum Græca sit Historia, mirum sit tantam in vertendo venustatem servasse Rufinum. Rufinus etiam Aquilejensis presbyter, utriusque lingua peritissimus Græcam Eusebium Latinum fecit, jacentemque nostrorum auribus contradidit. Nec id modo sed & novem illius, duos posteriores addidit libros, partim ex majorum traditionibus, partim ex his, qua rerum experimento didicerat, ab se pari cultura compositos. Tot labores a Boussardo exantlatos non inconcinne laudavit Publius Fanstus Andrelinus Foroliviensis poeta laureatus. Ejus carmen adscribo.

RUFINUS.
LIV. V. CAN. XL

*Inclita si quæris Sanctorum gesta virorum,
Omnia tam cultum scripta volumem habet.
Obsta qua fuerant, magnoque oppressa veterno,
Boussardi polii lima diserta mei:
Boussardi æternos digni vixisse per annos,
Quo reliqua e turpi vindicet acta situ.
Et postum est cunctis certo caput ordine rebus,
Ut facilis brevius semita pandat iter.
Quid non longa dies multis obliterat annis?
Sed nihil est, quod non sedula cura novet.*

Hanc Boussardi editionem iterum expressit Parisiis Franciscus Regnault A. D. 1525. in 9.º Hæc septima editionis loco esse potest. Octavam editionem accuravit Beatus prænomine, non merito, Rhenanus Basileæ apud Joh. Frobenium A. D. 1527. in folio. Totam libri inscriptionem adponam: *Autiores Historia Ecclesiastica Eusebii Pamphili Cæsariensis libri IX. Rasino interprete, Rufini presbyteri Aquilejensis libri duo, recogniti ad antiqua exemplaria Latina per Beatum Rhenanum. Item ex Theodorito episcopo Cyrensi, Sozomeno & Socrate Constantinopolitano libri XII. versi ab Epiphanio Scholastico, abbreviati per Cassiodorum Senatore, unde illis Tripartita Historia vocabulum; emendati & hi multis locis, additis passim Græcis epistolis plerisque Synodorum ac Imperatorum e tomis Theodoriti, cum & Latina versione ex his succurratur, tum ut velut monumenta quædam Christiana antiquitatis conferentur, & habeat lector quod non sine fructu conferat.* Rhenanus passim notulas suas margini adscripsit. Octavam hanc editionem Frobenius A. D. 1528. in folio, abjectis Rhenani præfationibus iteravit: quod tamen minime factum in editione III. a Rhenano recognita Basileæ pariter apud Frobenium A. D. 1539. in folio. Huic editioni quæ decima est, accessit Victor Vitenfis de Persecutione Vandalica, & liber v. Theodoriti, conversus a Joachimo Camerario. Eandem expressit Galeotus a Prato Parisiis A. D. 1541. in folio. Deinde inserta fuit tomo III. Operum Eusebii Latine editorum Basileæ apud Henricpetrum A. D. 1542. in folio. Ex decima Rhenani editione undecima facta est Antuerpiæ apud Joh. Steelfium A. D. 1548. tom. II. in 8.º addita Vita Constantini, interprete Joh. Portefio, & Theodori

RUFINUS.
LIB. V. CAP. XI. doriti Historia. Huic *decimam tertiam* subjungamus cum brevibus scho-
liis Johannis Jacobi Grynæi tomo II. eorundem Eusebii Operum Basileæ
pariter editorum apud Henricpetrum A. D. 1570. in folio, ubi tamen
liber x. est ex versione Johannis Christophorsoni, liber vero xi. ex Ru-
fino. Eusebii Historia a Christophorsono Latine reddita cum ceteris Hi-
storiarum Ecclesiasticarum conditoribus prodiit *Lovanii apud Servatium Sasse-
num* A. D. 1569. tonis duobus in 8.^o *Coloniæ apud Arnoldum Birckman-
num* A. D. 1570. in folio, cumque Scholiis Johannis Curterii, & duobus
libris Rufini *Parisijs apud Nicolaum Chesneau* A. D. 1571. in folio. Ce-
terum post has xv. editiones Historiarum Ecclesiasticarum, Scriptores Græci,
ex interpretatione Wolfgangi Musculi, prodierunt *Basileæ* non semel
apud Frobenium A. D. 1549. 1554. 1557. in folio, ubi post Eusebium
de Vita Constantini exstant libri II. Historiarum Rufini. Hos tamen Johan-
nes Dacreus rejecit ab Eusebii operibus, quæ Latina edidit *Parisijs
apud Michaelem Sonnium* A. D. 1581. in folio, usus versione Christo-
phorsoni, & Scholiis Curterii. Musculi editio varie aucta, & chrono-
graphia Abrahami Bucholzeri exornata prodiit *Basileæ apud Sebast.
Henricpetrum* A. D. 1611. in folio. Postmodum Renatus Barreus Rufini
librum x. & xi. a ceteris avulsam, inseruit ejus opusculis Parisijs apud
Sonnium A. D. 1580. in folio. Eusebianam Rufini Historiam in linguam
Italicam vertit Benedictus Ægius Spoletinus. In Teutonicam transtulit
Caspar Hedion, Argentorati excusam apud Johannem Hervagium A. D.
1545. in folio.

CAPUT XII.

- I. *Rufini historia eremitica.* II. *Aliquando Hieronymo adscripta.* III. *Ru-
finus enarrat alterius, non suam historiam itinerum per solitudines
monasteriorum Ægypti.* IV. *Is est Petronius Bononiensis, non alius.*
V. *Idem multis rationibus comprobatur.* VI. *Deque hoc difficul-
tates tolluntur.* VII. *Cur opus Hieronymo adscriptum.*

I. **A**B ecclesiastica ad eremiticam Rufini Historiam recensendam de-
venimus. Antiqui & juniores, qui de re literaria commenta-
rios ediderunt, eam ob difficultates, quibus involvitur, vix tactam, &
ne leviter quidem excussam præteruisse comperiuntur. Hujusmodi opus
Rufinus quum Historiam suam scriberet, sub manu habere se innuit
lib. xi. cap. 1v. Etenim Sanctorum Patrum, quos in Nitriæ eremo flo-
rere cognoverat, facta mentione, obiter ait, se *proprio opere* fusius eo-
rundem gesta enarraturum: *verum si singulorum mirabilium gesta pro-
sequi velimus, excludimur a proposita brevitate, maxime quum HÆC
NARRATIONEM PROPRII OPERIS meventur.* Istam postmodum
narrationem proprii operis a Rufino seorsum confectam, ex Hieronymo
perspicue intelligimus, qui in epistola xliiii. ad Ctesiphontem, monacho-
rum

rum Vitas a *Rufino* descriptas sugillat his verbis: *hujus* (Evagrii) *libros* (sententiarum) *per Orientem Græcos, &, interpretante discipulo ejus Rufino, Latinos, plerique in Occidente lætitant.* QUI (Rufinus) LIBRUM quoque SCRIPSIT, quasi DE MONACHIS, multosque in eo enumerat, qui nunquam fuerunt. Hunc locum subobscuro infra explicabo, ad quem critici hærent, quasi Hieronymus, eos traderet a *Rufino* enumerari, qui nunquam fuissent in rerum natura; quum tamen ad unum omnes certo certius fuisse constet. Prosequitur Hieronymus: *& quos fuisse scribit, Origenistas ab episcopis damnatos, esse non dubium est, Ammonium videlicet & Eusebium, & ipsum Evagrium. Or quoque & Isidorum & multos alios, quos enumerare tadium est. Et juxta illud Lucretii* (lib. 1v. v. 19.)

*Et veluti pueris, absynchia tetra, medentes
Quam dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt dulci mellis flavoque liquore.*

Ita ille (Rufinus) *unum Johannem* (Eremitam) *in ipsius libri posuit principio: quem & catholicum, & sanctum fuisse non dubium est, ut per illius occasionem ceteros, quos posuerat hæreticos, ecclesie introduceret.* Ad hæc Hieronymus alia *Rufini* opera vellicat, ob *Evagrium, Xystum, Pampbilum, & Origenem*, ab ipso Latinis auribus accommodatos. Quare nullo modo ambigi potest, quin *Rufinus* de *Monachis*, seu *Vitis Patrum* scripserit, non quidem, ut *interpret*, sed ut primarius quodammodo *auctor*, contra ac *Erasmus* exillimavit in notis ad Hieronymi Epistolam ad Ctesiphontem, ubi suoapte arbitrio *Evagrium Ponticum* totius operis conditorem, *Rufinum* interpretem, fecit. Verum & alii eruditi viri has *Vitas Patrum*, quæ *Rufini* sunt, *Evagrio* tribuerunt. Horum sententias recenset Heribertus Rosvveydus in prolegomeno iv. pag. xvii: *Historiæ eremiticæ editionis II. Plantinianæ A. D. 1628.* cujus librum II. constituit idem *Rufini* opus de *Monachis* seu *Vitis Patrum*, ad stipulantibus etiam antiquis codicibus Mss. compluribus, ut *Audomarensi* optimæ notæ apud Rosvveydum, prolegomeno xxiv. pag. lxxvii. Item aliis apud Henricum Graviium in notis ad epistolam Hieronymi ad Ctesiphontem: quibus unum adjungo ex *Bibliotheca Bigotiana* pag. 20. qui nunc est in regia Parisiensi. Ad hæc ipsemet *Rufinus* cap. xxix. pag. 482. se ejusdem libri II. de *Vitis Patrum* scriptorem perspicue prodit. Nam loquens de *Macario Alexandrino*, lectorem eo mittit, ubi ante de illo scripserat, nimirum ad suam *Historiam Ecclesiasticam*. Sunt verba ejus: *sed & multa, ut diximus, alia, de operibus Sancti Macarii Alexandrini mirabilia servantur, ex quibus nonnulla in undecimo libro Ecclesiasticæ Historiæ inserta, qui requirit; inveniet.* Inveniet autem in libro xi. cap. 1v. quæ desunt in hoc libro II. de *Vitis Patrum*, videlicet.

1. De cæco illuminato, qui pulvere ex cella *Macarii* deterfo, & aqua putei, quo bibere consueverat, mazerato, oculos tinxit.

RUFINUS.
LIV. V. C. XLII.

3. De *λεξη* capitulis visis donatis.

Postremo loco ad confirmandum, hujus libri scriptorem esse *Rufinum*, illud accedit, quod statim a præfatione, initium operis illud est, quod Hieronymus epistola ad Ctesiphontem, esse adnotaverat in libro, cujus Rufinum auctorem facit, vita nimirum Sancti Jobannis Eremitæ: *unum, ipsequit, Johannem in ipsius libri posuit principio, quem & catholicum & sanctum fuisse non dubium est.* Atque hinc apparet, quam spisse erraverit Johannes Martianicus in notis ad eundem locum Hieronymianæ epistolæ tom. IV. Operum pag. 476. ubi verbis jam adductis *Johannem Cyrillosoyannem* designari credidit. Hoc certe credidit inconsulto Rufino, qui a *Johanne Lycopolita*, non a *Corysostomo, Constantinopolitano Episcopo*, initium libri auspicatur. Cur enim monachorum agmini episcopum præposuisset? Idem *Rufinus* de reliquis subjunde agit, de quibus Hieronymus, ab eo ipso libro suo agi, scripserat. Hi, secundum Hieronymi ordinem, sunt.

1. *Ammonius, Eusebius, & Euthymius* cap. xxiii. pag. 478.
2. *Evagrius Ponticus* cap. xxvii. pag. 479.
3. *Ory* sive *Hor* cap. ii. pag. 457.
4. *Isidorus* cap. xvi. pag. 475.

Tot ergo tantisque causis suadentibus certissimum sit, Historiam monachorum, quam Rufino Hieronymus tribuit, hanc eandem omnino esse, quæ nunc apud Rosveydum constituit librum II. Historiæ Eremiticæ de Vita Patrum. Quidquam enim luculentius, quidquam fortius & discretius, pro certo & legitimo libri scriptore Rufino evincendo, excogitari vix poterat. Nec sane minori argumentorum apparatu & pondere ad id demonstrandum opus erat, ob dubia nobis ex ipso Rufini libro adversarij: quorum vix plerique omnes haud aliter se declinare posse censerunt, quam si eundem librum Rufino abjudicarent, vel Rufinum interpretem tantum, non conditorem assererent. Hinc alij *Palladio* eum tribuerunt. Alii *Evagrius* episcopo Antiocheno, ut *Martinus Delcius* in notis ad Octaviam tragediam, Senecæ adscriptam pag. 552. Alii denique post *Erasmum Evagrius Pontico*, ut *Conradus Gesnerus* in Bibliotheca, *Georgius Wicelius* in epistola ante Historiam Divorum, *Johannes Molanus* in cap. xiiii. de Martyrologiis, *Goldastus* in notis ad *Valerianum Cemeliensem* de Bono disciplinæ pag. 89. & *Baronius* in notis ad dies xv. & xvi. Januarii, & xxv. Martii. In Annalibus etiam A. D. 393. §. xxix. & xxxv. A. D. 394. §. xx. & alibi sæpe numero. Nec desunt codices Mss. qui *Postumianum* monachum libri auctorem faciant. Singulas horum sententias diligenter excussit Rosveydus in prolegomeno, 19.

II. Sed nulla ex xx. ipsius operis editionibus, ab eodem viro docto enumeratis, alium auctorem, quam *Hieronymum* præfert: qui hoc pacto ejus Historiæ, quam sigillaverat in epistola ad Ctesiphontem, auctor evasit, adsupplante *Johanne Trithemio* in Catalogo cap. c. ubi huic

hunc librum de Vita Patrum, incipientem: *Benedictus Deus*, Hieronymus esse tradidit. Hinc Rosveydus, tot sententiis, *Rufinus* nequam quam inventibus, haud parum vexatus, tandem illuc animo inclinat prolegomieno iv. §. x. pag. xxviii: ut *Rufinum* abri primarium libri auctorem, sed interpretem credat. Hunc vero duas ob causas proprium nomen non adscripsisse comminiscitur. I. quod non adderet nomine sed librum extrudere, quo nonnulli Origenistae continerentur. II. quod non tam esset libri conditor, quam meritis interpretis, quum penam omnia in illo narrata, apud *Palladium* & *Heraclidem* legerentur. Quare alterutrum, vel quempiam alium, suppresso nomine, illum Graece edidisse arbitrat, quem *Rufinus* postea in Latinum sermonem transtulerit. Ita ferme Rosveydus. Verum his facile obviam itur. Utraque Historia, tam *Palladii*, quam *Heraclidis*, quae unum sunt, non ante sed post *Rufini* obitum in lucem prodiit. Hoc inde manifeste evincitur, quod in utraque *Rufinus* memoratur, utpote homo, qui jamdudum floruerit. Non ergo is hanc eandem *Historiam*, post se editam & concinnatam, interpretari ullo modo potuit. Editam vero fuisse A. D. 420. ipsemet *Palladius* auctor diserte nos docet in praefatione ad Lausum, ubi ait, se anno vicefimo Episcopatus, *vita sua quinquagesimo tertio* ad scribendam *Historiam* suam Lausiacam animum adpalisse. Atqui *Palladius* A. D. 400. ad episcopatum Helenopolitanam ascendit, & mense Maio ejusdem anni interfuit Concilio Constantinopolitano, in quo Antoninus Ephesi episcopus de simonia accusatus est. Ad Tillemontium tom. xi. in *Palladio* Articulo vi. pag. 514. *Rufinus* autem decennio ante vulgatam *Palladii* *Historiam* ad plures migraverat, et postea videbimus. Ad haec apud Hieronymum in epistola ad Ctesiphontem *Rufinus* male audit, non ut *interpres*, sed ut primarius *conditor* *Historiae* monachorum. Ex his liquet, quantopere fallatur Rosveydus alium, quam *Rufinum*, libri auctorem constituens. Ergo alia via nobis ineunda, ut omnes difficultates, quae nec paucae, nec parvae sunt, e medio tollamus. Idem vero accurate fieri non poterit, nisi eas ex ipso *Rufini* libro petitas ad examen revocaverimus: quod Rosveydus praestare neglexit.

II. Itaque scriptor libri de *Vitis Patrum*, quem nos, cum Hieronymo, *Rufinum* omnino esse contendimus, testatur in prologo, inque ipso operis contextu, se describere *Historiam itinerariam*, quae diversis temporibus is, qui in libro loquitur, per solitudines monasteriorum *Aegypti* ante susceperat, & seriem seriem, quas propriis oculis viderat, suisque auribus hauserat. Jam vero ex primo libri capite planum fit, *Rufino* ea convenire non posse, quae de Sancto Johanne Lycopolita ibidem narrantur. Quandoquidem *Rufinus*, uti dixi lib. iv. cap. ii. post A. D. 385. quo *Theophilus* Cathedram Alexandrinam ascendit, nunquam fuit in *Aegypto*. At contra qui loquitur in *Historia* lib. ii. cap. i. pag. 457. una cum Sancto Jo: Lycopolita in Thebaide vesabatur sub fine A. D. 394. se de *Hierosolymis ad eam utilitatis & profectus animae*

RUFINUS .
LIB. V. C. XII.

caussa venisse testatus, dum *Theodosij Magni* de *Eugenio* tyranno victoria *Alexandria*, nunciata est. Atqui *Rufinus* hoc tempore, non in *Aegypto*, neque in *Thebaide*, sed *Hierosolymis* aderat, interque se altercantibus *Johanne* urbis episcopo, *Epiphanio* & *Hieronymo*, ipse *Johannis* partes fovebat, ut dixi lib. IV. cap. 111. Neque hic finis difficultatum. *Qui* enim ea eundem Sanctum virum *Johannem* Lycopolitam accefferant, septem numerabantur, quorum unus, ceteris *adolescencior*, erat dignitate *Diaconus*, reliqui *Laici*. Hic & *Diaconus* & *adolescens*, quem præ modestia latere volentem, *Sanctus Johannes* detexit, ab eo, qui loquitur in *Historia*, mihi diversus non est. Sed de hoc postmodum. *Rufinus* certe A. D. 394. neque *adolescens*, neque *Diaconus* dici poterat, quem *Epiphanius* in epistola ad *Jo: Hierosolymitanum* hoc eodem A. D. 394. scripta, non diu post Pascha, semel atque iterum *presbyteri* nomine appellat. Quod ad alios pios viros, in *Historia* memoratos attinet, itinerum auctor duobus locis stipatis beatum *Apolonium* ab se visum ait, *annorum fere octoginta* cap. VII. pag. 460. Eundem IV. annos natum dicit, *Juliano Augusto*, qui A. D. 361. imperare cœpit, interiitque A. D. 363. Quare itinerum auctor *Apollonium* allocutus est circa A. D. 388. *Rufino* procul in *Palæstina* morante. Idem itinerum auctor cap. XXI. 11. pag. 478. quo tempore *Ammonium*, *Eusebium*, & *Euthymium* invisit, *Dioscorum* illorum fratrem, *Hermopoleos Episcopum* vocat. Atqui A. D. 390. is nondum erat *Episcopus*, ex *Tillemontio* in *Theophilo Alexandrino* tom. XI. Artic. 111. pag. 447. adeo ut itinerum auctor ante hunc A. D. 390. *Ammonium* convenisse dicendus non sit. Idem porro *Dioscorus* A. D. 394. erat *Episcopus*. Tunc enim die XXIX. Septembris subscripsit Concilio *Constantinopolitano* apud *Labbeum* tom. II. pag. 1151. Rursus itinerum auctor cap. XXV. 111. pag. 479. de *Evagrjo*, tanquam de monacho, tunc fama notissimo, sermonem instituit. *Evagrius* tamen *Aegyptiam* solitudinem ante A. D. 382. haudquaquam intravit, obiitque A. D. 399. Ait etiam auctor, *Evagrium pane penitus abstinuisse*, quem, teste *Palladio* ejus discipulo, cap. LXXXVI. pag. 764. non comedit, nisi post A. D. 397. Denique de duobus *Macariis* loquitur cap. XXV. 111. pag. 479. Sed velut de monachis ab se minime visis, utpote extinctis antequam ipse in *Nitriam* veniret. Prior obierat circa A. D. 390. Alter circa A. D. 395. *Rufinus* contra, semel, iterum, & tertium se utrumque *Macarium* novisse testatur. Eum vide lib. II. in *Hieronymum*, & in *Historia* lib. XI. cap. IV. & VIII.

IV. Hæc fusc profequi oportuit, ut nostræ sententiæ fundamenta substrueremus; unde, sicut, vel uno *Hieronymo*, instar omnium teste, constat, *Rufinum* libri scriptorem, sic pariter constat, itinerum & rerum, quæ in libro exponuntur, auctorem, ibidem loquentem, non esse *Rufinum*, sed omnino alium, tunc in *Aegypto* versatum, dum *Rufinus* in *Palæstina* degebat. Quare alius erit nobis libri scriptor, alius rerum scrip-

scriptarum auctor. Scilicet *Rufinus* alterius itineribus describendis manum & calamum commodavit; unde pariter contigit, ut ore alieno in libro suo loquente, suam Historiam, non ut opus proprium, sed plane alienum laudaverit. Ergo liber ad duos pertinet, ad libri scriptorem, & ad rerum in illo narratarum auctorem. Hinc ei neuter suum nomen adposuit, ne quisque sibi uni, opus, quod ad utrumque pertinebat, tribueret. Hoc idem in causa fuit, cur *Gennadius* de *Rufino* agens cap. xi. eundem librum, quem tamen optime novit, una cum reliquis *Rufini* scriptis non recensuerit, utpote opus alienum ex parte, non totum *Rufini*: quod tamen Hieronymus, ut *Rufini* proprium recensuerat. Sed *Gennadius* de Sancto *Petronio* Bononiensi verba faciens, illud probe recensuit cap. xli. unde lux nobis adfulget, quæ omnem obscuritatem dispellat. Hinc siparium tollitur, quo rem totam perspicue videamus. *Gennadius* ergo de *Petronio* hæc literis consignavit: *Petronius Bononiensis Ecclesie episcopus, vir sancta vita, & MONACHORUM studiis ab ADOLESCENTIA exercitatus, scripsisse PUTATUR Vitas Patrum MONACHORUM Aegypti, quas velut speculum ac normam professionis sancti, monachi amplectuntur*. *Gennadius* librum innuit, in Ecclesia receptum, & passim probatum. Similia habet *Gennadii* exscriptor Honorius in Catalogo lib. i. cap. xli. Vincentius Bellovacensis in Speculo historiali lib. xx. cap. xxv. & Boninus Mombritius in Sanctuario tom. i. litera P. Rosvveydus in prolegomeno iv. §. v. pag. 21. a *Gennadio* indicari arbitratur librum i. de Vitis Patrum, quem Hieronymus, *Rufini* esse tradiderat. *Gennadius* autem de *Petronio* ait, scripsisse PUTATUR, quia non ipse, sed *Rufinus* sub *Petronii* nomine revera librum conscripserat. Quare certum jam redditur, Vitas Patrum, quæ in capita xxxiii. subjectis itinerum periculis, distinguuntur, a *Rufino* esse enarratas, non suo tamen, sed *Petronii nomine*, qui ubique semper in libro loquitur, resque ab se visas in monasteriis Aegypti, testis oculatus & verax per manum *Rufini* accurate describit. Sanctus *Petronius*, teste *Gennadio*, fuit alterius *Petronii*, Præfæcti Prætorio, filius, quem pro *Anicio Probo* accepit Baronius die 1v. Octobris. Sed diversus non fuit a *Petronio* Præfæcto Prætorio Galliarum, cujus fit mentio in Honorii & Theodosii Augg. Constitutione A. D. 418. vulgata. Eam dedit *Sirmondus* in notis ad *Sidonium* pag. 148. editionis i. Hic noster ab *Eucherio* Lugdunensi in epistola de Contemptu Mundi, quam pag. 29. editionis Rosvveydi ab se scriptam testatur A. U. 1185. cui respondet annus vulgaris 433. vocatur in Italia NUNC antistes ex illa plenissima mundana potestatis Sede. *Eucherius* Gallus his verbis innuit Galliarum præfecturam *Petronii patris*, quam *Petronius* filius vir Sanctus pro Christo contempsit. Hic vero Christianæ simplicitatis multo magis, quam eloquentiæ, fuit studiosus: quod ipse, modestia ornatissimus, fatetur in prologo hujus Historiæ, de qua disceptamus: ad tantarum rerum narrationem minus idonei sumus, nec dignum videtur ingentium rerum exiguis ac parvos fieri auctores, præcelsisque

RUFINUS.
LIB. V. C. XII.

RUFINUS.
LIB. V. C. XL.

cellasque virtutes humiliter narrare sermone. Mox ad opus vulgandum se induci ait, quoniam statim caritas eorum, qui in monte sancto Oliveti commorantur, hoc a nobis FREQUENTER exposcit, ut Ægyptiorum MONACHORUM VITAM, virtutesque animi, & cultum pietatis, atque abstinentia robur, quod in eis CORAM VIDIMUS experlemus. Hæc liquido ostendunt, Petronio in Italiam reduci, cum monachis Oliveti, unde ante Ægyptum petiverat, necessitudinem, & literarum commercium intercessisse.

V. *Rufinus, ut dixi lib. IV. cap. II. cum monachis Oliveti diu vixerat. Inde libri, ad monachos Oliveti, per Petronium (scilicet Rufinum) missi, Hieronymus, Bethlemi, Oliveto proximi, incolæ Rufinum auctoritatem comperit, licet ejus nomen haudquam præferret. Hinc Bethleemiticus senex, data occasione, rei notitiam inseruit epistolæ ad Ctesiphontem, unde ad posterorum memoriam devenit. Ut res a Rufino ita hac Historia descripta Petronio, non Rufino, tribuamus, facit etiam Gennadius, a quo Petronius dicitur monachorum studiis ab ADOLESCENTIA exercitatus, idemque Theodosio (secundo) Arcadii filio, & Valentiniانو (tertio) regnantibus excessisse, inter annum scilicet 425. & 450. Hic enim chronologicus character, licet non fixus, satis est tamen, ut nobis ostendat, Petronium adolescentem fuisse, quem se in Ægypto monachorum studiis exercuit: illique omnino conveniunt quæ apud ipsum leguntur cap. I. de Sancto Johanne Lycopolita, eundem Petronium socioque reliquos interrogante: *signis, inquit, in nobis esset clericus? Quomodo omnes negarent, & ipse spiritu Dei monitus, Diaconum inter eos esse sciret, præ modestia latere cupiente, Sanctus Johannes in eum vidit, & quidem cum esset ADOLESCENTIOR ceteris, dixit ostendens eum, hic inquit diaconus est.* Petronius ergo A. D. 388. & 394. Ægypti solitarii immixtus, adolescens erat, atque diaconus: qui postmodum Bononiensis episcopus. Ita ex Gennadio, Petronium de se, tanquam de alio, ibidem loquutum agnoscimus. Sed quid opus pluribus? Gennadius testatur, Petronium eloquentiæ laude nequaquam excelluisse. Librum enim de ordinatione episcopi, ejus nomine circumlatum, hæc præcipua de cussa eidem abjudicat, quod eleganter esset conscriptus, quem, inquit, LINGUA ELEGANTIOR ostendit NON ESSE ipsius, sed, ut quidam dicunt, patris ejus. Hæc, reliquis copulata, certo veluti characterè designant, Petronium, paulo post Rufinum ex Oriente in Italiam reversum, & scribendi arte minus instructum, amici calamo usum in describenda suarum peregrinationum Historia, quas per Ægypti secessus, ex seculi more, susceperat. Cetera, de hoc scripto verba, a Gennadio prolata, rem adhuc amplius extra omnem controversiam ponunt & scripsisse PUTATUR Vitæ Patrum monachorum Ægypti. Quum enim Petronius vita sua magis, quam calamo Ægyptiorum Patrum mores exprimere sciret, hoc fecit per manum Rufini, unde librum alii Rufino, alii Petronio, alii nemini tribuerunt. Hinc ortum illud incertum*

certum & dubium Gennadii scripſiſſe putatur. Idem Genuadius in codice Vaticano de vero libri ſcriptore omnino anceps cap. xi. opus nulla auſtoris nomine memoravit: *Evagrius*, inquit, *monachus, ſupradicti Macarii familiaris diſcipulus, divina & muſdana literaturâ inſignis (cujus, liber qui adtitulatur VITA PATRUM, velut continentiſſimâ vixi, mentionem facit) ſcripſit multa.* Idem *Evagrii* præconium exiſtat apud *Rufinum* in *Vita Patrum* lib. ii. cap. xxvii. pag. 479. Proxima *Gennadii* parentheſis deſcit Baconium A. D. 388. §. cv. & Bellarminum in Catalogo; ſed Honorium ante omnes in lib. ii. cap. xi. Hi enim, *Gennadii* verbis male perceptis, libri conditorem *Evagrium* crediderunt. Scilicet *Evagrius* tam parum modicum fuiſſe dicemus, ut eum in propria opere tot laudibus ſe cumulare non puduerit, quot ſunt eæ, quæ ei tribuuntur in eodem cap. xxvii. Hoc merito pernegant Aubertus Miræus in notis ad *Gennadium*, & Roſſveydus in prolegomeno iv. §. v. pag. xviii. *Lucas Hoſtenius*, in notis Mſs. ad *Bellarmini* Catalogum, ubi de Hieronymo agit, *Gennadii* locum de *Evagrio* non bene intelligi animadvertit. Sed alio abiit Gerardus Johannes Voſſius in lib. ii. de Hiſtoriciâ Græcis cap. xix. ratus pleraſque Ruſſianæ Hiſtoriæ vitas ex *Timotheo* Alexandrino deſumptas, quem talia ſcripſiſſe narrat Sozomenus lib. vi. cap. xxix. Roſſveydus in hac ſententia Voſſio præverit prolegomeno iv. §. i. pag. xii. Nec Tillemontius refragatur tom. xii. pag. 658. ſane *Rufinum*, aliqua ſaltem ex parte, eorum ſcriptis ditatum, qui pridem hujusmodi commentationibus inclaruerant. Ex his unus fuit ſane *Timotheus*, quem tamen *Petronius*, in toto opere loquens, ab ſe unquam viſum nequaquam prodit. Præterea *Timotheus*, qui A. D. 385. in Sede Alexandrina ſucceſſorem habuit *Theophilum*, de rebus, quæ *Petronio* cum monachis *Ægypti* poſtmodum contigerunt, ſcribere non potuit: neque hunc ſane *Rufinus* exſcribere; dum amici ſui *Petronii* itinera deſcripſit, quæ fratres, in *Olivetis* commanentes, ab ipſo *Petronio* ſibi enarrari poſtulerant, quum tamen *Timotheum*, apud Orientales paſſim obvium, legere poſſent.

VI. Ex his patere arbitror, quam inaniter, poſt Roſſveydum, Cotelærius in notis ad Monumenta Græca to. ii. pag. 566. *Rufinum* libri *interpretæ*, non *auſtorem* fecerit. Hieronymus enim ut *primarium auſtorem*, non ut *merum interpretem* eum vellicat, illique uni totum opus tribuit, vitasque integras, quibus conſtat. Idem Roſſveydus prolegomeno iv. §. x. pag. xxviii. ait, pene omnia, in libro narrata, apud *Palladium* & *Heraclidem* reperiſſi, adeoque alterutrum hæc, quæ *Rufinus* verterit, Græce antea ſcripſiſſe. Sed ex his potius contrarium educitur, hoc eſt *Rufini* librum Latinum, in Græcum ſermonem poſtea coarctatum, Palladiique Hiſtoriæ ob rerum cognationem immixtum, ut ex utroque auſtore unum corpus fieret. Et enim in Hiſtoria *Palladii* a capite xliii. pag. 738. ad caput lxxvi. pag. 760. editionis ii. Roſſveydi præſtant quæcumque de *Ægypti* ſolitariis *Rufinus* expoſuit, ad conſentientem patebit

RUFINUS.
LIB. V. C. XII.

patebit. Rofvveydus ad fingulorum capitum oram id probe adnotavit. Cotelerius autem in tomo fupra indicato, pag. 564. 565. quatuor MSS. codices numerat, *Rufini* Historiam Græce converfam, exhibentes, non *Heraclydis*, ut ipfe, non infpecto *Rufino*, arbitratur. *Palladius* vero, qui miram fimplicitatem, fidelitatemque ubique fpirans, præcipuam in eo curam adhibuit, ut ingenuo pudore fateretur, per quos profecerat, nequaquam dicendus tam turpe plagium commiffiffe, ut totam *Rufini* Historiam, nufquam, ne femel quidem prolato ejus nomine, fuam faceret, quum multa in eodem comperiantur, quæ *Palladius* fibi immerito tribuiffet. Id unico exemplo demonftrare fufficiat. Apud *Palladium* cap. XLIII. pag. 738. & fub finem capitis XLVI. pag. 745. exftant quæ ex capite I. Historiæ *Rufini*, *Petronio* accidiffe adnotavimus, dum efferet cum *Jobanne* Lycopolita. Hoc unum, & nuncius præfertim victoriæ Theodofianæ de *Eugenio* tyranno, fatis eft, ut videamus, ab alio, quam a *Palladio*, *Rufini* Historiam cum *Laufiaca* olim conftatam, cui fubinde alii fortaffe, ut non raro contingit, alia mifcuerunt. Hujus mixtionis alia quoque argumenta investiganti, facile fuppent. Ejuſmodi illud eft, quod de Sancto *Jobanne* duobus in locis, de monachis *Nitriensibus* pariter & *Tabennensibus*, duobus in locis, differitur, capite XXXVIII. pag. 736. & cap. XLVIII. pag. 746. Hæc rerum confufio eruditorum mentes, in alterutra Historia difcernenda non parum turbavit, adeo, ut etiam Cotelerius, vir cetera perfpicax, *Rufinum* ex hoc fonte Græco fuum opus derivaffe crediderit. At contra, in Græcum opus, *Rufini* commentatio migravit. Nam *Rufini* Historia, olim Græce reddita fuit, cujus præfationem & partem edidit Cotelerius to. III. pag. 171. ex codicibus Colbertinis & regiis, quos laudat pag. 564. ubi in codice Colbertino 1213. *Rufini* Historiam Græce fcriptam, & *Hieronymi præbyteri Dalmatæ* nomen proferentem, poſt *Palladii* *Laufiacam* exſtare adnotavit. Hoc etiam Rofvveydus ex MSS. codicibus Veneticis & Auguſtanis animadverſerat in prolegomeno IV. §. VIII. pag. XXII. Quid ergo mirum, fi XX. *Latine editiones* eam *Hieronymo* tribuant? Pura puta hæc eadem *Rufini* Historia, Græce verſa, & fub titulo *Historia monachorum Ægypti*, *Hieronymo* adſcripta, exſtat in Bibliotheca Coſliniana; teſte *Montefalconio* noſtro pag. 198. quem tamen fugit ejus legitimus auctor. Fugit etiam *Johannem Meurfum*, qui in præfatione ad *Palladii* Historiam *Laufiacam*, quam Græce vulgavit, apud fe eſſe ait librum de *Vitis Patrum Ægypti*, ſcilicet a noſtro nequaquam diverſum.

VII. Neque putes, hodie aut heri, iſtud *Rufini* opus *Hieronymo* tribui cæptum, & ejus nomine circumferri. Ævo enim *Gelaſii* I. fub finem ſæculi V. jam id inoleverat. Erroris cauſam accipe. *Hieronymo* aliquas Patrum Vitas enarraverat. Cum his *Rufiniana*, ob ſimilitudinem argumenti, compaſtæ, & ob cauſas, ſuperius expreſſas, nemini adſcriptæ, ſtatim una cum reliquis, ad *Hieronymum* pertinere creditæ ſunt. Apud *Gelaſium* in Decreto cap. III. quod eſt de *opusculis recipiendis*,

dis, hæc verba leguntur: *Vitas Patrum, Pauli, Antonii, Hilarionis, & OMNIUM eremitarum, quas tamen beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus.* At Hieronymus *Pauli* tantum, *Hilarionis, & Malchi* *Vitas* scripserat; præterea nullas. Etenim *Antonii* *Vitam*, ab *Arthanasio Græce* editam, *Evagrius*, Antiochenus episcopus, *Latinam* fecit. Ceteras *Rufinus* descripsit, quas *OMNIUM eremitarum* nomine *Gelasius* designavit. Ergo hæc *Patrum Vitæ, ævo Gelasii*, pro Hieronymianis passim vulgo habitæ. *Historia* enim *Lausiaca*, ubi aliorum gesta explicantur, nostris occidentalibus tunc vix, aut parum nota. Neque unquam certe *Hieronymo*, sed *Palladio* semper, aut *Heraclidæ*, tributa est. *Gelasius* dum has *Vitas*, a *Hieronymo* scriptas, diserte recipit, alias propterea non rejicit. Ita mecum *Rosvveydus* in prolegomeno xv. pag. xlviii. At quidpiam aliud, notatu maxime dignum, de *Palladio* proferam, unde hæcenus dicta confirmabuntur. Etiamnum superest Græca ejus *Historiæ* pervetusta *Latina* translatio, quæ interpolationes Græcorum codicum detegit univasas. Ea quippe ætatis, quæ ex *Rufino* in eisdem *codices Græcos* postea irrepperunt, plane omnibus vacat, habetque nonnulla, quæ a Græcis absunt, ut a *Rosvveydo* adnotatur in margine. Eam translationem *Latinam*, in capita lviii. distinctam, & *Lauso* nuncupatam, sub nomine *Paradisii Heraclidis* una cum *Clementis Recognitionibus*, ut alibi dixi, primus vulgavit *Jacobus Faber Stapulensis* ex officina *Bellovisiana Parisiorum* A. D. 1503. die xxiii. *Februarii*, ut legitur in fine *Heraclidis*. Sed totius voluminis impressio absoluta est A. D. 1504. idibus Julii Julio II. Pontifice Maximo. Faber in epistola ad *Jacobum Ramirium*, *Catinensem* episcopum ab se ait, *Heraclidis & Clementis* libros vetustate & situ in antiquis bibliothecis marcentes repertos. Post *Fabrum Aloysius Lippomanus* *Veronenis* episcopus, literarum gloria, & pietatis laude clarus, *Paradisium*, quem *Franciscus Turrianus* cum *MS. Palladii* exemplari in *Bibliotheca Venetorum* contulerat, *Palladio* restitutum inseruit tomo III. de *Vitis Sanctorum*, *Venetis* edito ad signum spei A. D. 1554. pag. 144. Illum postea *Rosvveydus* accedere voluit suæ *Historiæ eremiticæ* pag. 939. in cujus prolegomeno IV. §. ciii. *Paradisium Heraclidis* a sincera *Historia Palladii* nequaquam distinguit. Sunt alia quoque in hoc *Paradiso*, quæ sensu & ordine, a Græco, quem habemus, contextu, non parum absunt, itaut evidenter pateat, *Latinam* hanc translationem ad correctiores, & alicubi diversos a nostris, *codices MSS.* fuisse accuratam. Ubi vero nostris conformia exemplaria sequitur, Græci auctoris genium ita exprimit, ut nihil supra. *Tillemontius*, cujus *industriæ* multa debemus, to. XI. pag. 642. se ignorare ait, unde *Paradisii* nomen operi adhæserit. Adhæsit ex ipso opere, ubi de viris beatis sermo instituitur, quorum *Sedes* est *Paradisus*. Nomen *Heraclidis* in *codices Græcos*, & deinde in translationem *Latinam*, ex *Rufino* manasse arbitror, qui in *Historia Ecclesiastica* lib. XI. cap. IV. monachis *Nitriæ* ab se memoratis *Heraclidem* quandam adm-

RUFINUS. fecit. Cotelierius to. III. pag. 563. codicem Colbertinum recenset n. 4303. in quo hæc Historia tribuitur *Heraclidi* episcopo Cappadociæ. Alius *Heraclides* Ephesi episcopus, hunc *Paradisum* Latine concinnasse nequaquam dicendus. Auctor enim in codice Græco perinde ac in Latino pag. 966. *Bithyniæ episcopum* dicit, nimirum *Helenopolos*, quæ fuit fedes *Palladii*, non *Heraclidis*. Post indicia tam luculenta, jure ambigi nequit, quominus larvatus hic *Heraclides*, in *Palladii* præfationem ad Lausum, nonnihil immutatam intrusus, alienas possessiones invaserit: quod criticorum ingenia non parum torfit. Nam *Bellarminus* in Catalogo *Palladium* duorum operum auctorem facit, *Paradisum Heraclidis*, & *Historia Lausiaca*. Vossius lib. II. de Historicis Græcis cap. XIX. Historiam Lausiacam ex duobus libris conflata putavit, *Palladii* uno, altero *Heraclidis*: in cujus sententiam descendit Caveus. Sed postquam ostendimus, *Paradisum* Heraclidis, genuinam esse *Palladii* Historiam Lausiacam, nemo amplius cum larvis luctabitur, accedente auctoritate codicis MS. Cardinalis Bessarionis, quem Lippomanus *emendatissimum* vocat. De tribus aliis hujus Historiæ Latine codicibus consulendus Rosveydus in prolegomeno xxv. pagina LXXXIV. Hæc dicenda visa sunt de *Vitis patrum*, Sancti *Petronii* nomine a *Rufino* adornatis; proque illorum solatio, qui vitam monasticam profitentur, non solum in Græcum, sed in Syriacum quoque, & Arabicum sermonem conversis, ut hoc me docuit vir pius Gabriel Eva Maronita ex Libano monachus Sancti Antonii, & Nicosiensis in Cypro Archiepiscopus. In tot translationibus & editionibus, subsequenti capite memorandis, verissimum esse comperio quod de hisce *Vitis Patrum* scribit *Genuadius* cap. XII. *eas velut speculum ac normam professionis suæ monachi amplectuntur*. Ceterum ad vitandas ambages ipsum opus hac epigraphæ præsignari debuisset.

Rufini presbyteri Aquilejensis

Historia monachorum.

Sen Vitæ patrum

Et itinera per Ægyptum,

Sancti Petronii

Bononiensis nomine scripta.

Denique optandum, ut sincera & primigenia *Palladii* Historia Lausiaca ad veteres codices MSS. qui Parisiis & alibi suppetant, exacta atque recognita, prodeat in lucem una cum Latina versione vulgari *Heraclidis*.

CAPUT XIII.

I. Hieronymi de hoc Rufini opere testimonium explicatum . I. Quid de illorum sanctitate dicendam, quos Hieronymus carpit . II. Causa recitantur, ob quas Hieronymus minus fortasse æquus fuit Rufino & Petronio . IV. Variæ editiones Operis de Vitis Patrum proferrantur .

I. **C**ommentarium de Vita patrum, Sancti Petronii nomine a Rufino conscriptum, superiori capite excussi. Nunc de illo quid variis temporibus dictum, quid factum, investigandum. Censura, quam Hieronymus, in adversarium commotior, ejus libro inussit in epistola ad Ctesiphontem, pro judicio privato de re historica, generatim habita est, cui nunquam accessit concors Ecclesiæ consensus. Hinc impedire non potuit, quominus Historia monachorum in Occidente perinde atque in Oriente per Sanctorum virorum manus & ora volitaret, immo ipse etiam Hieronymi nomen adsumeret. Sed ipsa Hieronymi verba per me alibi adducta, hic iterum recitare non pigeat; quandoquidem a viris doctis minus considerate perlecta, ulcus celare, quod medicam manum posceret, hætenus visa sunt. Dò verba Sancti Doctoris: *qui* (Rufinus) *librum quoque scripsit QUASI de monachis, MULTOSQUE in eo enumerat, qui NUNQUAM fuerunt: & quos FUISSE scribit, Origenistas, & ab episcopis damnatos, esse non dubium est.* Ad hæc verba, tanquam ad aquas, critici perinsignes olim hæserunt, & ego quoque, fateor, aliquando hæsi, alium plane sensum cum ceteris, Hieronymo assingens, quam qui ejus verbis subest. Eximius Rosvveydus in Historia aremitica pag. 447. num. 4. de se id fateri non erubescit. Ita enim scribit: *tales in hoc libro, qui nunquam fuerint, deprehendere non possum; quum vix ullus occurrat, cui non & alii auctores testimonium dicant.* Certe Petronius per calamum Rufini testatur in prologo, se enarrare *quæ*, ut ait, *coram vidimus.* Videre autem non potuit monachos, *qui nunquam fuerunt.* Cotelierius in Monumentis tom. III. pag. 566. rectius, inquit, ad sensum esset: *fuisse scimus pro fuisse scribit.* Hinc etiam intelligi ait, *magnum doctorem aut nescisse, aut saltem dissimulasse, Rufinum non fuisse libri auctorem, sed tantum interpretem.* Immo non interpretem, sed primarium auctorem, quod fufe a nobis ostensum est. Deinde pag. 678. veram lectionem ex codice Colbertino hanc esse arbitratur: *& quos describit, fuisse Origenistas.* Tillemontius tom. XII. Artic. cxxv. pag. 376. existimat rem creditu difficillimam a Hieronymo scribi, nempe Rufinum de monachis agere, qui *nunquam fuerint*, locuque in constructione obscurus illi videtur pag. 657. nota LXXX. Quid jam nos de sensu verborum, quæ tantis viris crucem fixerunt, pronuntiabimus? Ea si pensiculate attendantur, perspicua, nulla

RUFINUS .
L. V. C. XIII.

loque limo turbata apparebunt . Hieronymus in epist. xviii. alias **xxii.** ad Eustochium de custodia virginitatis , & post eum *Johannes Cassianus* in Collatione xviii. cap. iv. *triplex* genus monachorum distinguunt , duo optima , tertium tepidum . Hi sunt . I. *Cœnobitæ* in commune viventes . II. *Anacoretæ* soli per deserta habitantes . III. *Sarabaitæ* , qui *semetipsos a cœnobiorum congregationibus sequestrarent , ac sigillatim suas curarent necessitates* , ait Cassianus cap. viii. Duo Benedicti , Casinas in Regula cap. I. & Anianensis in Concordia regularum cap. iii. quartum genus addunt , *gyrovagos* , per se satis notos . De singulis erudite agunt Edmundus Martenius , & Hugo Menardus , utriusque Benedicti interpretes . His tertium Benedictum adjuuge , scilicet Hæstenum in Disquisitionibus monasticis Tract. ii. Disquisit. I. Monachi primi generis , quod est *monasteriale* , *milicans sub regula & Abbate* , ut post Hieronymum & Cassianum ait magnus Benedictus , proprie *monachi* dicebantur . Hujus generis , Cassiano teste , *maximus numerus monachorum per universam commoratur Egyptum* , nimirum *divisis & sejunctis cellulis* , ut ait Hieronymus , vel *separati cellulis* , ex *Rufino* in prologo libri , de quo disputamus . Cassiani verba Petronius mire confirmat in eodem prologo : *numero immensi sunt* . Amplius cap. xvi. innumeratas multitudines monachorum ab se visas testatus . Hi stricte & proprie *monachi* dicti : *istud ergo SOLUM fuit antiquissimum monachorum genus* , ex Cassiano cap. v. At *Rufinus* sive *Petronius* præter *monachos cœnobitas* , nonnullos *anacoretas* enumerat , qui in præruptis montibus , & locis ferme inaccessis , commercio Dei propius fruituri , delitescabant . Hi vero prius in *cœnobiis* instituti , *jamque in actuali conversatione perfecti , solitudinis elegere secreta* , inquit idem Cassianus . Vide Hæstenum Tract. ii. Disquisit. iv. Ob aliquos *anacoretas* cum *monachis* , in *Historia Rufini* permixtos , Hieronymus , *QUASI de monachis* librum ab eo editum dixit , de iis nempe , qui ad unum omnes non essent *monachi cœnobitæ* , sed etiam *anacoretæ* : cujusmodi sunt *Elias* cap. xii. *Pythirion* cap. xiii. *Apelles* cap. xv. *Papbnutius* cap. xvi. & alii fortasse . Hinc Prosper in Chronico A. D. 395. de *Johanne* loquens non tantum *monachum* dixit , sed etiam *anacoretam* , ut ejus institutum recte distingueret . Hi sunt , a *Rufino* enumerati , qui , teste Hieronymo , *numquam fuerunt monachi cœnobitæ* , sed semper *anacoretæ* . Quippe qui essent in solitudine tam longævi , ut nemo sciret , eos unquam in *cœnobiis* fuisse . Hos vir sanctus neutiqum tangit , sed reliquos *anacoretas* , quos *Rufinus* monachos *cœnobitas fuisse scribit* , ipse *Origenistas & ab Episcopis damnatos esse dicit* . *Quis jam neget* , Hieronymi verba esse planissima ?

· II. Ad Origenistas quod attinet , nullus in his Vitis error deprehenditur , unde vel minimum improbari possint . Immo universa de illis exposita miram & magnam sanctimoniam redolent . Neque de Ecclesiasticis dogmatibus in his disputatur , sed justorum mores tantum , conver-

ver-

verfatio, & exempla narrantur. Nec Sanctus *Petronius*, qui hæc refert, quique nullam Origenismi fufpicionem unquam fubiit, Origeniftas, ab Epifcopis damnatos, laudasset. Georgius Colvenerius in præfatione ad Thomæ Cantipratani Bonum univerfale de Apibus, quomodo infcriptis miracula & exempla memorabilia, Duaci edita apud Balthaffarem Belle- rum 1605. in quo laudat *Rufinum* Aquilejenfem, qui *Vitas Patrum confcripfit*, pag. 464. Ludovicus Thomaffinus to. I. Theologicorum dogmatum de Deo laudat Rufinum in Vitis Patrum, agens de peccato, quod ex negligentia nafcitur lib. x. cap. l. pag. 705. & pariter cap. l. i. i. i. pag. 709. ac pag. 597. De *gratia* & prædeterminatione agens lib. ix. cap. xv. eum fimiliter laudat. Ad hæc in antiquis Græcorum Menæis, & Latinorum Martyrologiis, quidam eorum Patrum pro viris fanctis habentur, & a viris fanctis laudantur. Tabulæ Ecclefiæ Romanæ *Johannem ex Rufino* memorant die xxv. Martii, Menæa die xx. Septembris. De hujus maxima Sanctitate ne ipfe quidem Hieronymus dubitavit. Notiffimus is apud veteres fcriptores Ecclefiasticos, Caffianum Inffitut. lib. iv. cap. xx. i. i. & Col- lat. xxiv. cap. xxv. Auguftinum de Civitate Dei lib. v. cap. xxvi. & Eucherium de laude Eremitæ pag. 29. editionis Rofvveydi; apud Ufuardum in Martyrologio Greveni, inque Maurolyciano eft die x. Novembris. In Menæis vero die vii. Augufti. De eodem poft *Rufinum* ex Latinis meminit Sidonius Carm. xvi. v. 101. ex Græcis Sozomenus lib. vi. cap. xxvi. & Nicephorus Calliftus lib. ix. cap. xxxiv. *Ammonium* referunt Menæa die xxvi. Januarii, deque ejus fanctitate Georgius Alexandrinus agit in Vita Chryfoftomi. Ejus *Beni*, & *Theonis* meminit Sozomenus lib. vi. cap. xxvi. & Nicephorus lib. ix. cap. xxxiv. De *Evagrio* alibi dixi. Sed nimius fim, fi ea, quæ de fingulis paffim dicuntur, congerere velim. In Calendario Æthiopico, quod Jobus Ludol- phus edidit Francofurti A. D. 1591. memoratur die xiv. Februarii Sanctus *Philemon*: cujus notitia manavit ex *Rufini* lib. ii. cap. xix. de Vitis Pa- trum. Confulatur Rofvveydus in notis, Hiftoriæ fubnexis. *Theophilus* Alexandrinus in epift. cx. alias lxxvii. inter Hieronymianas, ad Epiphanium fcribens, de monachis, quos Stridonenfis Pater fuggillat in epiftola ad Ctefiphontem, didici, ait, quod calumniatores veræ Fidei, *Ammonius*, *Eusebius*, & *Euthymius*, novo pro hærefi furore bacchan- tes, *Conftantinopolim* navigarint. Didicit nimirum Theophilus ex fui fimilibus. Epiphanius de hac re certiozem fecit Hieronymum Epift. lxxv. alias lxxiiii. & *Theophilus* quoque aliis duabus, quæ funt lxx. & lxxiiii. olim lxxii. Hieronymus poftea epift. lxx. olim lxx. & lxxi. olim lxxi. Theophilo de explofis damnatisque ex voto iifdem monachis gratulatur. In Epiftola xxxvi. olim lxxi. ad Pammachium contra Jo: Hierofolymitanum hæc fcribit: *ifte Ifidorus*, qui in cælum tuis laudi- bus tollitur, idipfum infamatur Alexandria, quod tu Hierofolyma, nempe Origenifini. Quatuor hi monachi *Ammonius*, *Eusebius*, *Euthymius*, *Ifidorus* in *Rufini* commentatione reperiuntur. Hi folitarii, quos Theo- phi-

RUFINUS .
LIB. V. C. XIII.

philus Alexandrinus ob crimen Origenismi ex Nitriæ cellulis fugaverat, quem Hierosolymam primum & mox Constantinopolim fugam arripuissent, a Jo: Chrysofomo in sinum & communionem suam, ut probi & catholici, recepti sunt. Hinc Theophilus, quem doctrina, astus, & Sedis auctoritas maxime inflabant, in virum sanctissimum eoque exarsit, ut eum sedis calumniis oneratum, pravis artibus Episcopatu dejectum, & exilio damnatum, mori tandem coegerit, schisma in tota Ecclesia hac de causa excitare minime veritus. Baronius, quem odium adversus hæresim, & Theophili nomen præstrinxit, Nitriensium causam præjudicavit A. D. 400. §. 211. pro Theophilo Orientis & Occidentis consensum in Origenistas armatum stetit arbitratu. Chrysofomum tamen excusat, quod Nitriensibus, se hæreticos pernegantibus, Theophilique rabiem ex privatis causis deducantibus, fidem præstiterit, quasi eos, ipse Christianæ caritatis amantissimus, & pacis arbiter, in Theophili gratiam & auctoritatem hoc pacto restituere voluerit. Sed Rosvveydus, doctrina & religione clarissimus in prolegomeno xv. pag. xviii. ad historiam eremiticam, solitarios ab Hieronymo pro Origenistis habitos animadvertens, illorumque nonnullos inter Sanctos Ecclesiæ Græcæ Fastis adscriptos, & a viris sanctis laudatos cernens, eos aliquando Origenis erroribus captos existimavit, qui tamen postmodum resipuerint. Menardus tamen, sive *Godefridus Hermannus* in Vita Chrysofomi lib. v. cap. 11. eorum causam, aliis sanctissimis viris communem, egregie tuetur. Apud Photium cod. ct. 11. in libello Acacii, contra Chrysofomum exhibitio in Synodo ad Quercum, hæc leguntur: *quod Beatus Epiphanius propter Origenistas Ammonium, Eubymianum, Eusebium, Heraclidem, & Palladium, noluit cum Chrysofomo communicare*. Hieronymus quoque, ut vidimus, eosdem Origenistas adnumeravit. At non fuit legitima & explorata suspicio, si Chrysofomus, vir maxime sanctus, maximeque orthodoxus cum iisdem solitariis, licet in suspicionem adductis, immo damnatis, communicare perrexit.

111. Ne quicquam prætereamus in re, quæ non tam Nitrienses monachos, & *Rufinum* libri scriptorem, quam beatissimos viros Chrysofomum & Petronium, eorumdem sanctimoniam oculatos testes, & desertos præcones, respicit, alia quæpiam adducam, quibus Christophorus a Castro apud Rosvveydum in prolegomeno xv. pag. 1. pro illis certavit, Hieronymi, aliorumque sententiis satisfactorius. Viri enim sanctissimi utrinque steterunt, utrinque Episcopi. Magna cordis præparatione audienda hæc sunt, neque nos offendere, sed potius de infirmitate humana monere debent. Nemo nescit, veritatem esse animam historiæ, sed historia Ecclesiæ in ædificationem & exemplum Christianorum ducenda. Epiphanius & Hieronymus Origenem, immo Chrysofomum ipsum averfabantur, zelo, non malitia ducti, a qua tanti viri longissime absterunt. Theophili tamen malitia illos fessellit, quæ eoque processit, ut truculentum librum in Chrysofomum ediderit,

rit, quem Hieronymus ex Græco Latinum fecit. Laciniam Hieronymianæ versionis adducit Facundus Hermianensis lib. vi. cap. v. ubi *enormen & horribilem librum* appellat. Chrysofomus, Petronius, & Olympias Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconissa bono zelo pariter ducti Nitriensibus studuerunt. Atqui pro Chrysofomo contra Theophilum stetit Ecclesia universa cum suo capite Innocentio I. Castrum, virum doctum & religiosissimum audiamus. Rem in pauca conferam. Theophili & Epiphaniæ ævo, sub finem sæculi iv. in Orientis partibus quæstio percrebuit de *natura Dei*, utrum scilicet humanam formam haberet necne. Simpliciores, præsertim ex monachis, quasi corporeum sibi imaginabantur, unde *Anthropomorphita* audierunt; hique Origeni erant adversi, quod Deum esse spiritum docuisset. Qui hanc Origenis sententiam tuebantur, sapientiores & catholici omnes, apud simpliciores illos pro Origenistis habiti sunt. Contra qui Origenem quomodocumque arguebant pro Anthropomorphitis traducti, quasi Origeni propterea essent infesti, quod Deum esse spiritum tradidisset. Hinc Theophilus Alexandrinus sanctum Epiphanium, licet in omnibus catholice sententem, Anthropomorphitis interdum adnumeravit apud Socratem lib. vi. cap. ix. Sozomenum lib. vii. cap. xiv. & Nicephorum lib. xiii. cap. xii. Immo ipsum etiam Hieronymum Origeni, cujus antea fuerat studiosus, adversari incipientem, *Rufinus* in libris Apologiarum eodem invidioso nomine traduxit, & Johannes Hierosolymitanus Epiphanium, teste Hieronymo in Epist. xxxvi. alias lxi. ad Pammachium. Rufinus quoque eandem hæresim Hieronymo exprobravit lib. I. Invect. Alii contra Origenis hostes in aliam partem ruebant. Ejus enim operum studiofis, licet Catholicis, Origenianas hæreses tribuebant. Sic eas Epiphanius, Hieronymus, & Theophilus Chrysofomo & monachis tribuerunt: quo prætextu Theophilus, monachis Nitriæ, qui, illius mores non probantes, ab eodem recesserant, teterrimum bellum indixit, coacto etiam in eos monachorum Anthropomorphitarum exercitu: unde illos ad se Constantinopolim confugientes, christiana caritate motus Chrysofomus, servato tamen sacrorum canonum ordine, excepit, ut pro illorum periculo apud Theophilum se deprecatorem præberet, de re ipsa etiam edocto universalis Ecclesiæ capite Innocentio I. Hoc adnotat Tillemontius tom. xi. Artic. lxxvi. & lxxvii. Sed Theophilus, qui ob tam pium sanctumque integerrimi Episcopi officium flecti debuit, tantum absuit, ut flecteretur, ut contra, furis agitatus in deprecatorem exarserit. Hinc magna in Chrysofomum odia usque ad ejus e throno Constantinopolitano depositionem, diu exsilium, & extremam intertentionem. Monachos ipsos, ne ab iis disceramus, Georgius Alexandrinus & Palladius in Vita Chrysofomi, Socrates, Sozomenus, Sulpicius, & Isidorus Pelusiota, una voce commendant, quos Hieronymus a Theophilo deceptus traducit. Nec unus Epiphanius, sed Theophilus ipse post dejectum Chrysofomum monachos Constantinopoli

RUFINUS .
LII. V. C. XIII.

commorantes in communionem & gratiam eandem recepit. Sic ferme ex Castrio suo Rosvveydus. Castrio tamen jungendus Godefridus Hermannus, rem fufius & luculentius pertractans in Vita Chrysoftomi sub Menardi nomine edita, lib. v. cap. 11. & 111. & post eum Tillemontius tom. x1. pag. 183. 185. & 477. & 485. Nos horum sententiæ manus dare cogimur potius, quam Baronio, cujus viri auctoritas caussam præjudicavit A. D. 400. §. l. post Aloysium Lippomanum tom. 111. de Vitis Sanctorum pag. 144. ubi se vix adduci posse affirmavit, ut sex anachoretas ab Hieronymo tactos, eos ipsos esse crederet, qui in Rufini libro memorantur; quum ex his aliqui fuerint Antonii discipuli, alii Basilii & Nazianzeni alumni, omnesque vitæ honestate præstantes, divinisque charismatibus insigniti, prodigiis etiam patris clari, & optimo sine consummati. Atqui Lippomanus tot laudes in Rufinianos monachos plane contulit, qui diversi a Hieronymianis non sunt.

IV. Jam varias operis Rufiniani editiones, quæ vicissim numerum implent, recenseamus. Editio omnium *prima* videtur, quæ typis plane rudibus sine inscriptione in partes 11. distincta, cumque indice in principio prodiit *Ulma apud Johannem Zainer* in folio sine anno Editio 11. sine typographi nomine, loco, & anno, libris v. comprehensa in forma folii, his verbis inchoatur: *incipit præfatio beati Hieronymi presbyteri in primam librum de Vita Sanctorum Patrum*. Deinde: *benedictus Deus*. Hic, ut in superiori editione, liber Rufini primo loco statuitur. Rosvveydus hanc ante A. D. 1471. propterea factam arbitrat, quod Dionysius Carthusianus, qui obiit ipso A. D. in articulo 21. de quatuor Novissimis historiam *Macarii* de cranio sacrificuli ethnici invento, narrat ex libro 1v. de Vitis Patrum, quæ in hac prima editione libro 1v. habetur.

Editio 111. huic per omnia conformis sic inchoatur: *incipit prologus*.

Editio 1v. utrique similis ita incipit: *prologus in fructuosum*.

Editio v. sine inscriptione, in quatuor partes divisa, prodiit *Norimbergæ apud Antonium Koburger* A. D. 1478. in folio maximo, cujus præfatio incipit: *ne occasione stili, in hoc opere observati*. Primo loco, ut in superioribus, exstant sub Hieronymi nomine Vitæ Patrum a Rufino descriptæ. Hujus editionis ordinem subsequentes x11. fideliter exprimunt, nimirum.

Editio vi. pariter *Norimbergæ apud Antonium Koburger* A. D. 1480. in folio minori.

Editio vii. Germanica ut videtur, sine loco & typographo A. D. 1483. in folio.

Editio viii. *Venetis apud Othavianum Scotam Modætiensem* A. D. 1483. in 4.º

Editio ix. Germanica, ut videtur, incerto loco & typographo A. D. 1485. in folio.

Edi-

Editio x. Lugduni per Nicolaum Wolff de Lutreva apud Jacobum Huguetanum A.D. 1502. in 4.^o RUFINUS.
Lix.V. C.XIII.

Editio xi. Lugduni per Jannot de Campis 1507. in 4.^o

Editio xii. Venetiis per Bonetum Locatellum 1508. in 4.^o

Editio xiii. Lugduni per Stephanum Balam 1509. in 4.^o

Editio xiv. Lugduni per Jacobum Sacbon 1512. in 4.^o

Editio xv. Venetiis per Nicolaum de Francofordia 1512. in 4.^o

Editio xvi. Lugduni per Jacobum Miit 1515. in 4.^o

Editio xvii. Lugduni per Jacobum Marefcal 1520. in 4.^o

Editio xviii. sic prænotatur: *D. Hieronymi sacrarum literarum interpretis, ut celeberrimi, ita & peritissimi, in Vitas Patrum, opus pium Chriftianoque lætori perutile, cujus crebra lætio peccatoris etiani fæxum cor emollit, ac ipfum ad noſtræ Religionis Zelum non mediocriter allicit.* Lugduni per Antonium Vincent 1536. in 4.^o Uno anno ferius hanc editionem factam ſcripfit Roſvveydus. Celfus Hugo Diſtutus in epiftola nuncupatoria ad Jo: de Poupeto Cabilonenſem Epifcopum, quæ omnes editiones Lugdunenſes comitatur, ait, ſe, *vetuſtiori adhibito exemplari*, opus tot mendis ſedatum purgaſſe, *ut antiqui vix libri veſtigia comperiat quiſpiam*.

Editio xix. libris v. diſtincta, prodiit hoc titulo: *Prototypon veteris Eccleſiæ continens Vitas, geſta, diſtaque Sanctorum Dei amicorum utriuſque ſexus, auctore ſeu rhapsodo S. Hieronymo partim, partim aliis atque aliis.* Colonia per Cſparem Gennepaum A. D. 1547. in folio. Qui hanc editionem adornavit Theodoricus Loher Carthuſianus, in epiftola, qua præfatur Ottonem Truchſeſium Cardinalem & Epifcopum Auguſtanum, teſtatur, ſe has *Vitas Patrum ex antiquis & fide dignis exemplaribus Mſs. octo, aut decem, ſimul collatis*; recognoviſſe, & veteri integritati reſtituiſſe. Novum in ordinem Vitas digeſſit, inter quarum auctores *Petronium* enumerat.

Editio xx. quæ a ſuperiori non differt, niſi in epigraphe, & in nuncupatoria epiftola, ſic inſcribitur: *Vita Sanctorum Patrum, veteris, Catholicae atque Apoſtolicæ Eccleſiæ, diſta geſtaque inſignia & admiranda excellentium aliquot Dei amicorum utriuſque ſexus complectens, auctore D. Hieronymo partim, partimque aliis, quos verſa pagina noſſe poteris, accepta & approbata ab Eccleſia Catholica ante annos plus miſſe quinquaginta.* Colonia apud Cſparem Gennepaum 1548. in folio. Loherius Henrico Abbati in Wiblinghen Ordinis S. Benedicti, operæ ab ſe præſtitæ rationem ſic reddit: *Vitas Patrum modo a plus mille erroribus, qui paſſim intercurrerant, ad vetuſtiſſima pariter ac diverſa exemplaria repurgavimus: nam multa ſunt reſtaurata, pleraque adjecta, nonnulla adempta, omnia denique adeo adamuſſim examinata, ut non modo renovatus, ſed plane renatus tantus theſaurus (haud ſine gravi tamen laborè) ab omnibus piis merito excipi poſſit.*

Editio xxi. Compluti facta eſt apud Jo: Gratianum 1596. in 4.^o

RUFINUS.
Lb.V. C.XIII.

Sed jam satis editionum Latinarum Historiæ Rufini de Vitis Patrum, quæ nomine alieno, ante Heribertum Rosvveydum typographicis formis excusæ sunt. Ut operis pretium, omnium ferme populorum consensu agnitum, magis eluceat, ejus in exteras quoque linguas conversiones recensemus.

Post *Græcam*, *Syriacam*, & *Arabicam* translationes, nobis occurrit *Italica* I. in libros vi. distincta. *Venetis apud Antonium Bartolomei* A.D. 1476. in folio.

Italica II. cum figuris ex nova interpretatione Jo: Marii Verdizzotti. *Venetis apud Gyras* A. D. 1589. in 4.^o

Gallica I. Lugduni A. D. 1486. laudatur in editione Anglica mox adducenda.

Gallica II. cum figuris, interprete anonymo. Parisiis apud Jo: Duprè A.D. 1494. in folio.

Gallica III. Parisiis absque indicio anni & typographi in 4.^o

Gallica IV. cum figuris interprete anonymo. Parisiis apud Guillelmum Chaudiere A.D. 1605. in 4.^o

Gallica V. interprete Jacobo Gaultier. Parisiis apud Guillelmum de la Nove A.D. 1606. in 8.^o

Gallica VI. per Arnaldum Andillium. Parisiis apud Petrum Petium A.D. 1657. to.2. in 4.^o editio IV.

Gallica VII. Fosseo interprete, laudatur a Tillemontio in Vita S. Apollonii tom. x. pag. 36.

Belgica I. Ivvollæ per Petrum Van Os A.D. 1490. in folio parvo.

Belgica II. Delphis apud Henricum Eckert A. D. 1498. in folio parvo.

Belgica III. Leydæ apud Jo: Severfoem A. D. 1511. in folio parvo.

Germanica cum figuris in folio.

Anglica cum figuris, interprete Guillelmo Capton. Westmonasterii apud Wynkyn de Worde A. D. 1495. ad exemplar impressum. Lugduni A.D. 1486.

Tantus hic & tam varius editionum & translationum numerus Rosvveydam a nova Rufini aliorumque ejusdem argumenti operum editione, antiquis codicibus in subsidium vocatis, paranda, nequaquam deterruit. Hi codices, Belgici plerique omnes, ad quorum fidem Rufini librum se exegisse testatur proleg. xxiv. pag. Lxxvi. subsequentes sunt.

1. Affigeniensis.
2. Aquicinctinus.
3. Audomarenfis, *Rufini* nomine inscriptus.
4. Bibrachensis.
5. Bonæ spei.
6. Cambronensis.
7. Cameracensis major.
8. Cameracensis minor.

9. Car-

9. Cartusianus prope Bruxellas.
10. Claromarefcanus.
11. Crispinianensis.
12. Florianensis.
13. Ingolstadiensis.
14. Insulanus Sancti Jacobi.
15. Lætiensis major.
16. Lætiensis minor.
17. Moretianus.
18. Rebdorffensis.

His per insignibus adjumentis collatum & recognitum *Rufini* opus, coaluit magno corpori de *Vitis Patrum*, sive *Historia eremitica*, cura & studio *Rosveydi*, sub auspiciis Antonii de Winghe Abbatis Lætiensis ordinis S. Benedicti, vulgatæ Antuerpiæ typis Plantinianis A.D. 1615. in folio, & mox Lngdani A.D. 1617. Ceterum de hoc labore suscipiendo magnum Baronium aliquando cogitasse, conscii ejus studiorum significarunt alteri viro magno Jacobo Cardinali Peronio apud *Rosveydum*. Immo Baronius ipse id se facturum diserte innuit in notis ad diem xv 111. Januarii. Sed editio, reliquarum præstantissima & absolutissima ea est, quam denuo laboratam octo post annos, distractis jam primis exemplaribus, *Rosveydus* iterum accuravit: cujus hoc loco integram inscriptionem recitabo. *Vita Patrum, de Vita & verbis Seniorum, sive Historiæ eremiticæ libri x. auctoribus suis & nitiori pristino restituti, ac notationibus illustrati opera & studio Heriberti Rosveydi Ultrajectinæ Soc. Jesu Theologi. Accedit Onomasticon rerum & verborum cum difficultiorum cum multiplici Indice etiam concionatorio.*

Editio secunda varie aucta & illustrata.

Antuerpiæ ex officina Plantiniana MDCXXV III. in folio.

Quæ in antiquis editionibus primo loco exstat *Rufini* Historia, heic librum II. conficit. Primus enim totus tributus est *Vitis*, quas Hieronymus, aliisque scripserunt. Idem liber II. eruditius præludivit, & notationibus illustratus, inchoatur pag. 424. & definit pag. 491. constans capitibus xxxiii. præter prologum, & etiam epilogum, in quo postremo octo pericula numerantur, quæ Sanctus Petronius subiit, nudis pedibus Thebaidem, Tabennam, Nitriam, ceterasque Ægypti solitudines peragrans: quarum situs patet in Chorographia mansionum eremiticarum, quam *Rosveydus* egregie delineatam & æri incisam Operi suo præposuit.

Sed de inscriptione Operis nostri quædam dicenda sunt. *Ægyptiorum monachorum Vitam*, dicit *Rufinus* in prologo. *Vitas Patrum* a plebisque veterum dici legimus apud *Rosveydum* prolegom. I. pag. III. & recte quidem certe ex *Vossio* de *Vitis sermonis* lib. VII. post literam Z. Idem nomen, quavis ceteros etiam libros nostro adnexos comprehendat, antonomastice tamen, præcipueque unum *Rufinianum* omnium

RUFINUS.
LII. V. C. XLII.

primum, tunc Hieronymi, vulgo, creditum, ejusdemque nomine in Græcum sermonem translatum, indicavit, ut vidimus ex verbis Gelasii & Gennadii. Hoc etiam patet ex Sancto Benedicto, qui in Regula cap. XLII. earum lectionem monachis suis commendans, præcipit, *ut unus legat VITAS PATRUM*, utique secundum illud Gennadii in Catalogo cap. XLII. ubi de his ipsis *Rufini* Vitis loquens ait: *eas velut speculum & NORMAM professionis sue MONACHI amplectuntur*. Idem opus indicari videtur his Cassiodori verbis de Institutione divinarum literarum cap. XXXII. *VITAS PATRUM, confessiones fidelium, passiones martyrum legite*. Gregorius Turonensis lib. I. de *Vita Patrum* sui sæculi cap. XII. laudat *VITAS PATRUM ac institutionem monachorum*. Fulbertus Carnotensis epist. LXXIX. *mitto tibi Cyprianum cum Porphyrio, & VITAS PATRUM cum Psalterio*. Quum hi, aliique scriptores, *Vitas Patrum* in quarto casu positas, commendassent, hinc factum, ut eadem hæ nostræ *Rufini Vita* non solum in plerisque libris, antiquitus editis, sed etiam in aliquo ex vetustis codicibus Mss. quasi recto casu, vel *ἀπρόσβουτος*, & unica voce indeclinabili, *Vitas Patrum* inscriberentur: qua de re agit Rosvveydus in prolegomeno I. pag. VIII.

Ex dictis facile intelligimus, quanta olim hujus libri auctoritas passim apud viros sanctissimos fuerit: quem etiam, scripturam publice legendam & ab erroribus vacuum Gelasius Pontifex dixit. Sanctus Eucherius Lugdunensis episcopus in epistola de *Laude Eremitæ* huc respexit, ubi ait: *quid nunc ergo Johannem, Macariumque commemorem, aliosque complures, quorum conversatio dum in desertis est, in cælis facta est?* Si quidem, observante Rosvveydo in notis ad Eucherium pag. 45. hic liber tunc ferme in manibus erat. Johannes occurrit in cap. I. Nec de alio Sidonius loquitur carm. XVI. v. 99.

*Qua nunc Elias, nunc te jubet ire Johannes,
Nunc duo Macarii, nunc & Paphnutius veros,
Nunc Or, nunc Anthon.*

Hi omnes in *Rufini* libro memorantur. Ad hæc in Martyrologio Romano die XXVIII. Martii, quæ de Sancto *Johanne* Eremita leguntur, ex *Rufino* manarunt. Rosvveydus prolegomeno v. pag. XXI. *Rufino* quoque transcribit librum II. de Vitis Patrum superiori subjunctum, quem editi Hieronymo adjudicant. Fatetur tamen vir probus & doctus nihil subsidii ad auctorem indagandum ex codicibus Mss. sibi suppetere præter similitudinem stili, & quamdam allusionem inter hæc verba prologi libri II. *ut dubitari non debeat, eorum meritis adhuc stare mundum, & hæc initio prologi libri II. Vere mundum quis dubitet meritis stare Sanctorum*. Vossius Rosvveydum sequutus, de Historicis Latinis lib. II. cap. XI. hunc posteriorem librum Rufino & ipse tribuens, id ex *dictione cognosci* pronunciat. Sed aliis forsitan aliter judicare facile est. Hoc tamen agere supervacaneum, dum illa ipsa per Rosvveydum detecta *allusio* ostendit, posteriorem hunc librum scrius concinnatum. Liber II. omnino

omnino unus, perfectus & absolutus, complectitur totum *Itinerarium* RUFINUS.
Lib. V. C. XIV.
Sancti Petronii per Ægypti solitudines. Hunc unum inuunt Hieronymi verba in epistola ad Ctesiphontem: LIBRUM (non libros) scripsit quasi de monachis. Quos ibi nominat, sunt omnes in hoc libro 11. Nemo in tertio. Rosveydus in notis pag. 534. observat, prologum hujus libri 11. ex Palladii præmiis derivatum. Atqui hoc ipso manifestum fit, post Palladii Historiam prodiisse, sive post A. D. 420. atque adeo post Rufinum, jam pridem extinctum. Tillemontius in Vita Sancti Hieronymi Artic. cxxv. to. x11. pag. 706. ad evincendum, hunc librum 11. longo tempore post Rufinum fuisse edolatum, hoc unum sufficere ait, quod cap. c1x111. pag. 524. Sancti A. senii obitum memoret, quem ante A. D. 443. statui non posse docet in ejus Vita tomo xiv. Artic. x. pag. 697. Ergo hic liber ad Rufinum nequaquam pertinet.

CAPUT XIV.

I. *Rufinus commentarium scribit in Symbolum Apostolorum. Breviter in eo contenta recensentur. 11. Testimonia tam Veterum, quam Recentiorum adducuntur. 111. Hujus Commentarii varia editiones.*

I. **G**ennadius in Catalogo cap. xvii. ceteris Rufini lucubrationibus; proprio labore, immo gratia Dei & dono confectis, Symboli explicationem adnumerat, de qua tam magnificentum testimonium circumferri testatur, ut in ejus comparatione alii nec exposuisse credantur. Argumento est, quod majores nostri aliquando Cypriani martyris opus, aliquando Hieronymi existimaverint: utrumque perperam sane vel uno teste Gennadio. Laurentius quidam incertæ Sedis episcopus, quem Rufinus in ipso statim limine vocat fidelissimum Papam, & cujus erga scripturas divinas amorem & studium alibi laudat, Christi Sacramentorum interposita religione, per literas Rufinum adstrinxerat, ut aliquid de fide secundum Symboli traditionem, rationemque componeret. Suspicio, hunc Laurentium unum fuisse ex episcopis metropoli Aquilejensi attributis, puta Concordia, Rufini patriæ: cujus sedes vacat apud Ughellum ante sæculum sextum. Rufinus certe quotiescumque Aquilejensis Ecclesiæ disciplinam adducit, multitudinis numero usurpato, eam Laurentii perinde ac suam facere videtur. Rufini verbis hoc doceo: duo isti sermones in Ecclesiæ Romana Symbolo habentur. Constat apud NOS additos, hæreses causa Sabellii, illius profecto, qua a NOSTRIS Patripassiana appellatur. Et mox: ut ergo excluderetur talis impietas de Patre, videntur hæc addidisse MAJORES NOSTRI, hoc est Rufini & Laurentii, si bene auguror. Aibi ait: & ideo satis caute Ecclesiæ NOSTRA Fidem Symboli docet. Hæc enim semper ad unum Rufinum referri, vix puto, sed ad eum etiam, quem alloquitur, Laurentium episcopum. Jam ad propositum redeamus. Itaque Rufinus præmissa excusa-
tio-

RUFINUS.
L. V. C. XIV.

tione, qua singularem suam modestiam patefacit, opum ipsum adgreditur. Tamen nec idoneus ad scribendum haberi vult, nec ignarus, quam non sit absque periculo multorum iudiciis ingenium tenue & exile committere: quibus verbis fortasse invidiam sibi nuper ab Hieronymi necessariis constat designat. Sed fretus Laurentii Episcopi precibus, quibus apud Deum petitionis impostæ necessitatem iuvari postulat, obedientiæ magis reverentia, quam ingenii præsumptione se dicere tentaturum affirmat, quæ quidem non tam perfectorum exercitiis digna videatur, quam quæ ad parvulorum in Christo & incipientium, libentur, auditum. Nonnullos ex ecclesiasticis Tractatoribus aliqua de Symbolo pie & breviter edidisse testatur, & Photinum etiam Sirmiensem Episcopum. Hunc tamen, non, ut rationem veræ Fidei audientibus explanaret, sed ut simpliciter dicta ad argumentum hæretici dogmatis traheret. Se vero ait Symboli simplicitatem verbis Apostolicis enarraturum, vel quæ omnia videntur a prioribus adimpleturum. Symbolum Fidei, ut normam futuræ prædicationis, & regulam credentibus dandam, contestum ait ab Apostolis in uno positum & Spiritu Sancto repletis: qua in re ad universalem omnium Ecclesiarum traditionem appellat: hæc traditio Ecclesiæ data est. Tradunt majores nostri. Dupinum in tomo v. Bibliothecæ quinto sæculo primum & solum Rufinum Apostolos Symboli auctores fecisse affirmantem, hinc spissi erroris iure arguit Matthæus Petitiædierus in Animadversionibus to. I. pag. 96. Symbolum Græcæ, Latine callatio, indicium, vel signum, Rufino est, quoniam Apostoli in unum contulerunt quod unusquisque sensit, & quia istud indicium non scribi chartulis aut membranis, sed requiri credentium cordibus tradiderunt, per quod agnosceretur is, qui Christum vere, secundum Apostolorum regulas prædicaret tunc maxime, dum multi ex circumventibus Judæis simulabant se esse Apostolos Christi, & lucri alicujus vel ventris gratia ad prædicandum proficiscebantur, nominantes quidem Christum, sed non integris traditionum lineis nunciantes. Id exemplo a militia petito illustrat, ubi Symbolo vel tessera socius ab hoste distinguitur. Hoc Symbolum Apostolicæ Fidei, quod verbum brevium, & brevialem sermonem vocat, cum Aquilejensi commissum expandam, quoniam Rufinus utrumque committens pariter explicat.

Sym-

I.

II.

*Symbolum Apostolicum vetus.**Symbolum Aquilejense.*

Credo in Deum Patrem omnipotentem, & in Christum Jesum, unicum ejus Filium Dominum nostrum qui natus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, crucifixus sub Pontio Pilato, & sepultus descendit ad inferna. Tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad Cælos. Sedet ad dexteram Patris. Inde venturus est judicare vivos & mortuos. Et in Spiritu Sancto. Sanctam Ecclesiam; Remissionem peccatorum; Carnis resurrectionem.

Credo in Deo Patre omnipotente, invisibili et impassibili, & in Christo Jesu unico Filio ejus Domino nostro, qui natus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, crucifixus sub Pontio Pilato, & sepultus descendit ad inferna. Tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad Cælos. Sedet ad dexteram Patris. Inde venturus est judicare vivos & mortuos. Et in Spiritu Sancto. Sanctam Ecclesiam. Remissionem peccatorum. HUIUS carnis resurrectionem.

Hactenus utrumque Symbolum, paulo accuratius quam in tabula quatuor veterum Symbolorum ante primum tomum Bibliothecæ Dupinianæ. In editionem Lugdunensem vox *Carolicam* post *Ecclesiam* irrepit. Nam abest a ceteris editionibus, neque a Rufino explicatur. Idem interpret Rufinus singulos articulos contra hæreticos & paganos tanta reconditæ & sincerioris doctrinæ copia & excellentia exponit, ut nihil doctore & theologo Christiano dignius excogitari possit. Observat, in diversis Ecclesiis aliqua primis verbis *Credo in Deo Patre omnipotente, adjecta inveniri. In Ecclesia tamen (inquit) urbis Romæ hoc non deprehenditur factum, quod ego propterea esse arbitror, quod neque hæresis ulla ibi fuisse exordium, & mos inibi servatur antiquus, eos, qui gratiam baptismi suscepturi sunt, publice, idest Fidelium populo audiente, Symbolum reddere.* Hinc publicus auditus adjectionem nullam admittebat. Contra in ceteris locis propter nonnullos hæreticos addita quadam videri, per qua novella doctrinæ sensus crederetur excludi: quibus statim ista subneçit: *Nos tamen illum ordinem sequimur, quem in Aquilejensi Ecclesia lavacri gratia suscepimus.* Vel hoc unum primos hujus opusculi editionis auctores monere debuisset, ne illud *Cypriano*, nec *Hieronymo* adscriberent, quorum neuter in *Aquilejensi Ecclesia lavacri gratiam suscepit.* Suum illum ordinem Aquilejensis Ecclesiæ ita explicat. *His (Patrem omnipotentem) additur: invisibilem & impassibilem.* Sciendum quod duo isti sermones in Ecclesiæ Romanæ Symbolo non habentur. Constat autem apud nos additos hæreseos causa Sabellii, illius proficilo, quæ a nostris *Patrispassiana* appellatur, idest, quæ & Patrem ipsam

ipsum velex Virgine natum dicit, & visibilem factum esse, vel passum affirmat in carne. Ut ergo excluderetur talis impietas, de Patre videtur hæc addidisse Majores, & invisibilem Patrem atque impassibilem dixisse. Constat enim Filium, non Patrem incarnatum & ex carne natum, & ex nativitate carnis Filium visibilem & passibilem factum. Orientales Ecclesias pene omnes in primis articulis tradere animadvertit: *credo in unum Deum Patrem omnipotentem, & in Christum Jesum, unicum Filium ejus, Dominum nostrum.* Scilicet non numero unum, sed universitate: qui propterea unus dicitur, quod alius non sit. Quid Dei, quid Patris vocabula indicent, paucis exponit; Divinæ generationis Filii a Patre, mysterium ineffabile enarrat, Deum tamen credendum Patrem unici Filii Dei Domini nostri, non discutiendum esse, pronunciat. Postquam multa de Filio Dei unico, de Trinitate, deque Virgine matre dixisset, contra Paganorum obtreccionem insurgit, nos irridendum, quando audiunt prædicari Virginis partum, quibus ubi secundum sensum eorum respondit, hæc subdit: *nihil ibi duces impossibile, ubi aderat virtus Altissimi. Nihil de humana fragilitate cogites, ubi plenitudo inerat divinitatis.* Notat, in Ecclesiæ Romanæ & Orientalium Symbolo non haberi articulum, *descendit ad inferna, vim tamen verbi eandem esse in eo quod sepultus dicitur.* Hunc articulum, & subsequenter, *tertia die resurrexit a mortuis,* divinis Scripturis fuse & doctissime explanat. *Quod dicitur judicare vivos & mortuos,* non ideo dictum ait, *quod alii vivi, alii mortui ad judicium veniant, sed quod animas simul judicabit & corpora, in quibus vivos animas, mortuos corpora nominavit.* In Spiritus Sancti commemoratione adimpleri docet mysterium Trinitatis. Distinctionem personarum paucis completitur, inque illis vocabulis, *ubi de divinitate ordinatur Fides, IN Deo Patre dici, & IN Christo Filio ejus, & IN Spiritu Sancto.* In ceteris, ubi non de divinitate, sed de creaturis, & de mysteriis sermo est, *IN præpositionem non addi, ut dicatur IN Sancta Ecclesia, sed Sanctam Ecclesiam credendam esse, non ut Deum, sed, ut Ecclesiam, Deo congregatam.* Et remissionem, non IN remissionem peccatorum: & resurrectionem, non IN resurrectionem carnis. Quare hæc præpositione IN, creatorem a creaturis fecerni, divina separari ab humanis. Hic ex occasione Scripturarum volumina enumerat, *quæ secundum majorum traditionem per Spiritum Sanctum inspirata credantur, & Ecclesijs Christi tradita.* Id se præstare ait *evidenti numero, sicut ex Patrum monumentis accepimus.* Hos libros in duas classes dividit, in *Canonicos & Ecclesiasticos,* a me hic dispositos.

CLASSIS I.

Libri Canonici

I.

Veteris Testamenti.

1. Genesis .
 2. Exodus .
 3. Leviticus . .
 4. Numerus .
 5. Deuteronomium .
 6. Jeshu Nave .
 7. Judicum simul cum Ruth .
 8. Regnorum libri IV. quos Ebræi duos numerant .
 9. Paralipomenon , alias liber dierum .
 10. Esdræ libri II .
 11. Esther .
 12. Esaias .
 13. Hieremias .
 14. Ezechiel .
 15. Daniel .
 16. Duodecim Prophetarum liber unus .
 17. Job .
 18. Psalmi David .
 19. Proverbia .
 20. Ecclesiastes .
 21. Cantica Canticorum .
-) Salomonis .

II.

Novi Testamenti .

1. Matthæi .
 2. Marci .
 3. Lucæ .
 4. Johannis .
- } Evangelia IV .
5. Lucæ Actus Apostolorum .
 6. Pauli Epistolæ XIV .
 7. Petri Epistolæ II .
 8. Jacobi una .
 9. Judæ una .
 10. Johannis tres .
 11. Johannis Apocalypsis .

Rufinus hunc indiculum Scripturarum ita concludit : *hæc sunt , quæ Patres intra canonem concluderunt , & ex quibus Fidei nostræ assertiones*

Ccc

con-

RUFINUS :
LIB. V. C. XIV.

constare voluerunt . Sciendum tamen est , quod & alii libri sunt Canonici , sed Ecclesiastici a majoribus appellati . Hi vero subsequeutes sunt .

C L A S S I S I I .

Libri Ecclesiastici

I.

Veteris Testamenti .

1. Sapientia Salomonis .
2. Sapientia Sirach , sive Ecclesiasticus .
3. Tobias .
4. Judith .
5. Maccabæorum libri .

II.

Novi Testamenti .

1. Libellus , qui dicitur *Pastoris* sive *Hermæ* .
2. Alter , qui appellatur *Dua via* vel *Judicium Petri* .

Ita hos duos libros postremos cum doctissimo Cotelerio in *Judicio de Hermæ Pastore* pag. 73. distinguendos putamus . In editione Barrei *Hermes* pro *Hermæ* perperam legitur . Rufinus scribit , majores nostros hæc legi quidem in Ecclesiis voluisse , *non tamen proferrî ad auctoritatem ex his , Fidei , confirmandam* . Ceterum ipse in hoc catalogo concinnando sequutus est canonem Ebræorum : quod & alios ex patribus antea fecisse comperit . Nihilominus ævo ipso *Rufini* divina hujus secundæ Classis librorum Veteris Testamenti auctoritas ab universâ Ecclesia agnita & recepta est . Nam Concilium 111. Carthaginense canone XVII. codex Ecclesiæ Africanæ cap. XXIV. Innocentius I. epist. II. ad Eusuperium Tolosatam , & Augustinus lib. 11. de Doctrina Christiana cap. V111. §. 13. demto *Pastore* & *Judicio Petri* , hos omnes inter libros *canonicos* recensuerunt . Hinc refutatur Andreas Rivetus , qui in *Pseudocritico* lib. II. cap. XV. postquam Rufini opus , omnium consensu *eruditum & lectu dignissimum* , appellasset , statim addidit : *nisi quod Papisis displicet in eo , quod cum Hieronymo diligenter libros canonicos a non canonicis discriminat* . Sed eodem ævo Ecclesiæ auctoritas rectius eos *discriminavit* : quod *hæreticis & Riveto nequaquam placer* . Notandum tamen a *Rufino* epistolam ad Ebræos inter XIV. canonicas Paulo tribui , alias tredecim solæ essent . Ceteras Scripturas , duabus istis classibus prætermisissas , inter apocryphas Rufinus ait memorari , *quas in Ecclesiis legi voluerunt* . Dicit *Sanc̃tam Ecclesiam , quæ Fidem Christi integram servat* , & non habet *maculam aut rugam* , ut distinguatur ab Ecclesiis hæreticorum , *quæ non sunt sine macula & ruga perfidiæ* . Subindè hæreticorum licet non omnium , qui hujusmodi ecclesias non *Sanc̃tas* congregaverunt ; seriem ita subnectit .

1. Mar-

1. Marcion .
2. Valentinus .
3. Ebion .
4. Manicheus .
5. Paulus Samofatenus .
6. Photinus .
7. Arius .
8. Eunomius .
9. Donatus .
10. Novatus .

In exponendo articulo, qui ad *carnis resurrectionem* attinet Rufinus multus est contra *Valentinianos, Manichæos, & Infidèles*, fortasse etiam contra objectiones sibi ab Hieronymo (quem tamen nequaquam nominat) de hoc eodem articulo impaſtas. Quod enim libro II. Apologiæ de ſingulari diſciplina eccleſiæ *Aquilejenſis* pro ſe jam dixerat, hoc iterum dicit, nempe in articulo de *carnis reſurrectione*, ab Eccleſia illa ſua addi pronomen *hujus*, ut veram, naturalem, humanam, & propriam carnem induendam oſtendat: ideo, inquit, *fatis caute Eccleſia noſtra (Aquilejenſis) Fidem Symboli docet, quæ in eo, quod a ceteris traditur, carnis reſurrectionem, uno addito pronomine, tradidit HUIUS carnis reſurrectionem. HUIUS ſine dubio, quam habet is, qui proficitur, ſignaculo crucis fronti impoſito, quo ſciat unusquiſque Fidelium carnem ſuam, ſi mundam ſervaverit a peccato, futuram eſſe vas bonoris, utile Domino, ad omne opus bonum paratum.* Deinde poſt pauca, quæ *commemorationis tantummodo gratia* ab ſe dici ait, fatetur, hunc articulum ad Fidem ſuam manifeſtandam ſe explicuiſſe: *hæc quidem ad probationem dicta ſunt profeſſionis noſtræ, qua conſitemur in Symbolo HUIUS carnis reſurrectionem.* Mox brevi & veræ pietatis plena, totius explicationis anacephalæoſi ſubjuncta, operi finem imponit, ſine ulla ambage ad reſtãtã fidei normã de articulo vitæ æternæ locutus. Hæc iis addita, quibus ſuperius hæreticorum dogmata *Rufinus* improbat, ejus Fidem per omnia Catholicam producit. Nihil fanè modeſtius, nihil ſincerius a tanto viro ſcribi exſpectari poterat.

II. Jam audiamus illuſtre de hoc *Rufini* opere teſtimonium ex Caſſiano lib. VII. de Incarnatione cap. XXVII. *Rufinus quoque, Chriſtiana philoſophia vir, baud contemnenda eccleſiaſticorum doctõrum portio, ita in expoſitione Symboli de Domini nativitate teſtatur: Filius enim, inquit, Dei, naſcitur ex Virgine, non principaliter ſoli carni ſociatus, ſed anima, inter carnem Deumque mediante, generatus. Nunquid obſcure Deum ex homine natum teſtificatus eſt? Quæ Caſſianus ex *Rufino* adducit, exſtant pag. 177. editionis Barrei. Idem Caſſianus cap. XXIV. *paucoꝝ ſanctõrum virõꝝ atque illuſtrium Sacerdotum dicta ſe ſubjuncturum affirmaverat, ut id*, inquiens, *quod auctoritate teſtimoniõꝝ ſacrorum jam approbavimus, etiam fide præſentis temporis roboremus.* Patres vero hi ſunt ex Latinis.*

RUFINUS .
Lib. V. C. XIV.

1. Hilarius .
2. Ambrosius .
3. Hieronymus .
4. Rufinus .
5. Augustinus .

Postmodum Græcos adducit . Ex recentioribus *Jacobus Pamelius* huic scripto , ab se inter opera Cypriani edito , primas tribuit , in *confirmandis pulcherrime Fidei articulis ex utriusque Testamenti prophetiis scripturisque* . Andreas Sauffayus in gloria Sancti Andreæ Apostoli lib. II. cap. v. pag. 130. *Rufinus* , ait , *Aquilejensis presbyter doctrina sane & eloquentia perillustris , hoc symbolum ita feliciter interpretatus est , ut ipse Cyprianus putaretur ; unde etiamnum luculenta ejus expositio inter Cypriani opera recensetur* . Subsequitur Jo: Baptista Cotelerius in Monumentis Ecclesiæ Græcæ tom. III. pag. 677. notans Justinum martyrem in Dialogo cum Tryphone , & Cyrillum Hierosolymitanum in Catechesi XIII. perinde ac *Rufinum* in expositione Symboli pag. 181. editionis Barrei locum Osæ cap. x. v. 6. enarravisse arbitratur ut *Herodi* adplicandum . Sane Augustinus Touttec , qui novam editionem operum Sancti Cyrilli accuravit , in notis ad eandem Catechesim pag. 186. 193. & 200. inde *Rufinum* sua fuisse declarat . Quid ni vero fuisse homo in Græcorum scriptis tandiu versatus , & Cyrilli in primis , quem noverat , cujus etiam Ecclesiæ erat *presbyter* ? Generatim quoque eum nominat ubi ait , ecclesiasticos tractatores aliqua de Symbolo *pie & breviter* edidisse . *Breviter* enim de Symbolo Cyrillus in Catechesi , quam diximus , aliqua scripserat . Jacobus Usserius in Diatriba de Romanæ Ecclesiæ Symbolo pag. 7. observat , *Venantium Fortunatum* in sua explicatione Symboli , *Rufinum* secutum . Hoc factum , quia Fortunatus *lavacri gratiam* in Aquilejensi Ecclesia , perinde ac *Rufinus* , acceperat , ut suo loco ostendam . Gerardus Jo: Vossius lib. VII. de Vitiis Sermonis tom. v. Operum pag. 380. col. 2. in hoc *Rufini* opere verbum *nubor* legi notavit , utique ex ore vulgi sumtum . Plautum illo usum , notat in Minerva Franciscus Sanctius lib. III. cap. III. §. 258. pag. 393. edit. III. Perizonii . Idem Vossius lib. VIII. pag. 389. observat quoque a *Rufino Aitæ* Apostolicos & *Aclibus* Apostolicis dici , qui alias *Aitæ* & *Aclis* dicuntur . Gebhardus Elmenhorstius in notis ad Arnobianam quædam *Rufini* loca ex hoc eodem opere adducit , Arnobianis conformia ad librum II. pag. 64. editionis Lugduni Batavorum anni 1651.

- III. Hujus Expositionis principem editionem puto illam , quam laudavit *Johannes Fellus* in notis ad appendicem Operum Sancti Cypriani , primum Oxonii e theatro Sheldoniano A. D. 1682. in folio & postmodum Amstelodami & Bremæ excusorum . Ibi appendici Fellus *Rufini* expositionem adjunxit , propterea quod alii quoque adjunxissent . Editio , quam dixi , sub ipsis rei typographicæ initiis seorsum prodit , hoc titulo insignis : *Expositio Sancti Hieronymi in Symbolum Apostolorum ad Papam*

Papam Laurentium . Oxonia 1468. in 4.º absque ullo typographi nomine . Hanc vidit , recensitque in Annalibus typographicis Michael Mataire to. I. pag.63. ubi ait Th. Barlovvium exemplari sua manu hanc notulam addidisse : Rufini est hæc Expositio , non Hieronymi . In MS. codice Vaticano 343. folio 1. idem quoque opus Hieronymi nomen præfert . Hæc falsa inscriptio imposuit M. Antonio Sabellico , ut Hieronymum Aquilejæ tinctum putaret , ubi se tinctum dicit auctor Expositionis Rufinus . Do verba Sabellici ex libro III. de Antiquitate Aquilejæ . Hieronymus autem se baptismatis lavacro Aquilejæ insignitum in Symboli Expositione restatur : quo fit , ut vel in ea urbe eum natum consecratur oporteat , vel certe non procul inde : quippe quem Aquilejensis parochiæ , vel ex hoc ipso fuisse , manifeste apparet . Hunc Sabellici errorem , patriæ Ecclesiæ perhonorificum , nostrates libenter hauserunt , & præ his Candidus in Commentariis libro II. ante finem . Henricus Palladius libro IX. frigide addit : id multos , non inani forsitan argumenta sibi persuasisse . At heus viri boni ! Hieronymus semel atque iterum manifeste prodit , se Romæ , non Aquilejæ , Christi vestem albam , in baptismo dari solitam , induisse . Consulatur ejus Epist. XIV. alias LVII. & XVI. alias LVIII. ad Damasum . Mendum tamen istud , cujus fundus exstitit prava inscriptio , quam dixi , Expositionis in Symbolum , mox delevit prima editio prioris voluminis Epistolarum Sancti Hieronymi , biennium post illam Oxoniensem expressa Roma in domo Petri de Maximis juxta campum Floræ , presidentibus magistris Conrado Soveynheim & Arnoldo Pannartz A. D. 1470. in folio . In hoc enim volumine Expositio in Symbolum prostat , non quidem Hieronymo , sed Rufino , legitimo auctori , attributa . Labbeus in Bibliotheca minori , supplemento IX. pag.340. universa Rufini opera hoc volumine comprehendi perperam creditit , & Caveum pariter secum in errorem traxit , quum tamen nihil ex Rufini scriptis præter Symboli enarrationem , initio positam , eo volumine comprehendatur . Codex Germanensis in fine operum Sancti Cypriani pag.cxcviii. editionis regiæ Baluzii 1726. in folio a Rufino æque tribuit his verbis . Expositio Symboli Sancti Rufini . Erasmus , qui primus istum Rufini fatum inferuit operibus Sancti Cypriani , Basilæ apud Frobenium A. D. 1519. 1525. & 1530. & in officina Hervagiana . A. D. 1540. in folio excusis , ita de eo scribit in epistola ad Laurentium Puccium Cardinalem : Symbolum Fidei , quod in vulgatis pariter ac descriptis voluminibus , Cypriani titulum habet , inter opera Divi Hieronymi fertur Rufini nomine . Infra vero in notis post epistolam : stilus satis arguit , hoc opus non esse Cypriani , & inter opera Hieronymi fertur inscriptum Rufino . Nec abhorret phrasia a frasi Rufini : & inter hujus opera magnifice de Symbolo meminit Gennadius , quod adeo præclare dicit esse disertum , ut ceteri ad hunc dixisse videantur . In indice pariter hæc leguntur : Symboli expositio non est Cypriani , quod hæreticos posteriores enumerat . In Censura operum Origenis editionum Basilicensium , ubi

RUFINUS. ubi Erasmus de Librariis quæritur, hoc crimen illis adscribit: *Symbolum a Rufino explicatum, in Cypriani nomen translulerunt; sed ita multis commutatis, ut ipsa res clamitet non casu, sed de industria factum esse.* Hoc pacto Erasmus expunxit, quæ pridem in Declarationibus suis ad censuræ Facultatis Parisiensis Cypriani sætum ratus, scripserat to. ix. operum editionis primæ pag. 701. Optandum, ut in nova editione hujus præstantissimæ Explicationis, præteritæ omnes Cypriani, Hieronymi, & Rufini nominibus excusæ, cum codicibus MSS. diligenter collatæ, emendentur, contextu in capita scisso, ne Symboli articuli, vel sermones, ut vocat Rufinus, indiscriminatim & confuse cum explicatione ipsa coalescant, quemadmodum in primis editionibus coaluerunt. Paulus Manutius omnium optime distinxit in sua editione Romana operum Sancti Cypriani anni 1563. in folio pag. 381. Singuli enim articuli separatim dispositi, & ante singulas enarrationis partes diverso caractere in medio paginæ expressi, legentium oculis offerri debent. Editionibus jam adductis subsequentes accedant. *Lugdunensis* apud Sebastianum Gryphium cum operibus Sancti Cypriani A. D. 1537. in 8.º to. II. pag. 154. *Jacobi Pamellii* cum iisdem operibus, *Antuerpiæ* per Jo. Stelsius 1568. in fol. Mariani Victorii cum operibus Sancti Hieronymi, *Romæ* in ædibus Populi Romani A. D. 1576. tomo ix. pag. 108. Denique Renatus Laurentius Barreus eandem Symboli Explicationem cum aliis Rufini operibus vulgavit *Parisiis* apud Michaellem Sonnum A. D. 1580. pag. 169.

CAPUT XV.

I. *Anatolii Alexandrini canonis paschalis a Rufino latine conversus, II. Ejus Epistola omnes deperditæ. III. Aliqua e Latino in Græcum sermonem transtulit.*

I. **Æ**gidius Bucherius in Commentario de Doctrina temporum pagina 439. e veteri codice MS. primus in lucem edidit Anatolii Alexandrini Laodicensis episcopi Canonem paschalem, cujus versionem Latinam Rufino æque omnes adscribere ait pag. 450. scilicet tanquam Eusebianæ ejus Historiæ adjungendum. Rufinus enim Eusebianam Historiam latine vertit atque etiam interpolavit. Ad Jacobum Usserium in Syntagmate de LXX. Interpretibus cap. v. pag. 50. ubi ex lib. vi. cap. xiii. locum interpolatum adducit. Eusebius enim Canonem hunc decemnovennalem laudat lib. vii. Hist. cap. xxvi. & Beda initio Epistolæ de Æquinoctio, quam emendatorem edidit Petrus Franciscus Chiffletius in Dissertatione de Beda cap. III. Laudat etiam cap. 1v. & xxxiii. de Ratione temporum, deinde Colmannus Scotorum Episcopus apud eundem Bedam lib. III. Hist. Ecclesiasticæ gentis Anglorum cap. xxv. Jo. Georgius Hervvartus in Nova Chronologia cap. ccxxxvi. Canonis hujus Anatolia-
ni

ni initium a vulgari anno Christi 277. Probi Imperatoris *secundo*, deducit; at vero Bucherius ab anno antecedente 276. deducendum esse contendit.

RUFINUS.
Lib. V. C. XV.

11. Atque hæc dicta sint de Rufini sinceris & genuinis operibus, quæ nobis supersunt. Nam Epistolas *ad timorem Dei exhortatorias multas* in Gennadiani Catalogi capite VII. memoratas, post generale tot sæculorum silentium, alicubi inter blattas & tineas etiamnum delitescere, vix sperari posse censuimus. *Inter has*, inquit Gennadius, *præminent illæ, quas ad Probam dedit*. Hæc est Anicia Falconia Proba, Sexti Petronii Probi uxor, super omnes Imperii Romani feminas genere perinde ac virtute clarissima, ad quam scribit Jo. Chrysostomus Epist. CLXV111. quamque Hieronymus Epist. XCV11. alias VIII. de servanda Virginitate ad Demetriadem Virginem Julianæ filiam, & Probæ neptem, miris & magnis laudibus extollit, quarum lacrimis hic assuam: *Proba illa*, inquit, *omnium dignitatum, & cunctæ nobilitatis in Orbe Romano nomen illustravit: cuius Sanctitas, & in universos effusa bonitas etiam apud Barbaros venerabilis fuit, quam trium liberorum Probini, Olybrii, & Probi non fatigarunt ordinarii consulatus: & quum, incensu direptisque omnibus, in Orbe captivitas sit, nunc habitas venditare dicitur possessiones, & facere sibi amicos de iniquo Mammona, qui se recipiant in aterna tabernacula, ut erubescat omnis Ecclesiasticæ ministerii gradus, & cassa nomina monachorum enere prædia, tanta nobilitate vendente*. Hæc scribebat Hieronymus A. D. 414. post Urbem jam pridem ab Alarico direptam, adeoque post Rufini obitum, ut infra dicemus. Rufinus ergo tantæ heroidis necessitudine claruit, perinde ac Johannes Chrysostomus, & Hieronymus, sanctissimi viri. De Proba insuper aliqua dixi in Antiquitatibus Hortæ lib. II. cap. IV. §. 111.

111. Hieronymus lib. 111. Apologiæ pag. 468. Rufinum his verbis alloquitur: *tu etiam Latinos libros in Græcum vertis: nobis dare nostris externa prohibebis?* Quos libros e Latino in Græcum sermonem Rufinus verterit, ignoramus. Hoc tamen satis refellit Humfredum Hodium, qui lib. I. de Bibliorum textibus originalibus cap. IX. §. 3. pag. 51. constare ait, Rufinum *Græcarum literarum non fuisse valde peritum, nec intellexisse quid τὰ πάρα significaret*, Rufinum scilicet, qui ad triginta annos inter Græcos versatus doctissimos, inde *maxima parte Græcorum bibliothecam Latinis exhibuit*, ut ait Gennadius in Catalogo cap. XVII.

- I. *An Rufinus Flavii Iosephi operum Latinus interpres. II. Varia de Iosephi antiquissimo codice Mediolanensi. III. Num Hieronymus & Ambrosius Iosephum Latine converterint. Egesippus est Iosephus de Bello Judaico ab Ambrosio Latine contractus. IV. Friderici Gronovii collatio inter phrasas Ambrosii, & Egesippi adprobata & defensa. V. Iosephi versio Rufino abjudicatur.*

I. **A**D lucubrations alienas, Rufino adscriptas, devenio. Principem locum obtinent *Flavii Iosephi* opera omnia, quorum e Græco in Latinum sermonem antiqua translatio, vulgo *Rufinum* auctorem præfert. De hoc minime dubitat Philippus Labbeus in notis ad Catalogum Bellarmini tom. II. pag. 308. & post eum Ludovicus Dupinus tom. III. Bibliothecæ. Hinc Rufinus, ut certus, nec dubius Iosephi interpres, non raro ab imperiosis criticis Erasmo, Scaligero, Casaubono, aliisque immaniter vapulat. Mitior tamen & cautior est Caspar Barthius in Adversariis lib. XLIV. cap. XXIII. in fine, ubi anceps hæret, num in Iosepho Rufinum agnoscat. In Commentario ad Claudianum pag. 1105. *interpres*, inquit, *Iosephi, nec Rufini nomen ubique ferens, nec illo in multis indignus*. Vossius lib. II. de Historicis Latinis cap. XI. de Rufino loquens, hæc memoriæ mandavit: *inter alia, qua Gennadius & ex eo Honorius commemorat, Clementis Romani Recognitiones & Flavium Iosephum Latine translulit. De Clementis Recognitionibus post Gennadii testimonium non est cur dubitemus. De Iosepho tamen Gennadius & Honorius omnino silent, speciatim saltem, nisi generatim loqui dicamus, ubi Gennadius ait, Rufinum maxima parte Græcorum bibliothecas Latinis exhibuisse. Hoc tamen generatim dictum, mox singulari enumeratione ita explicat: Basilii scilicet, & quæ subsequuntur, Iosephi nomine haud reticendo, si in illis fuisset. Ex veteribus, qui loquatur, unicus est Cassiodorus, ineuntis sexti sæculi scriptor: testis ipse quidem satis locuples, modo perspicuis disertisque verbis Rufinum Iosephi interpretem faceret. Atqui anceps omnino est Cassiodorus; deque libris septem captivitatis sive belli Judaici tantum loquitur, non de aliis Antiquitatum Judaicarum, quos se ab amicis magno labore in libros XXI. Latine vertendos curasse ait, quum nondum a quoquam Latine versi fuissent. Verba ejus de septem, quos dixi, libris, hæc sunt cap. XVI. de Institutione divinarum literarum: qui etiam (Iosephus) & alios septem libros captivitatis Judaicæ mirabili nitore conscripsit. Quorum translationem alii Hieronymo, alii Ambrosio, alii deputant RUFINO: quæ dum talibus adscribitur, omnino dictionis eximia merita declarantur. Hæc produnt, quo loco Rufinus haberetur. Causas, cur ea translatio singulis adscripta fuerit, investigemus. Et pri-*

primo quidem, quod Rufinum spectat, ipse ob tot alias suas translationes in ore omnium versabatur. Quare Josephi quoque translatio illi adscribi facile potuit.

RUFINUS.
Lib. V. CXLV.

11. Jamdudum rumor increbuit, in *Bibliotheca Ambrosiana* ipsum *Rufini* autographum, vel saltem apographum longe antiquissimum in cortice *Aegyptio* descriptum servari. Primus, quem reperi ejus meminisse initio saeculi *xvi.* est *Ponticus Virunius* in *Vita Emanuелиs Chrysolomae* ante suam in ejus *Erotemata* a *Guarino* contracta, *Declarationes tamutuaras*, quas vocat, *Ferraria* editas apud *Jobannem Mazochum* A. D. 1509. in 8.^o *Ponticum* de hac *Josephini* codicis translatione mirifice judicantem praestat audire. Nam & circa A. D. 350. & ab *Hieronymo* descriptam affirmat. Verba ejus haec sunt: *exstat Divi Hieronymi, & propria manu, originalis liber Rufini, in Divi Ambrosii Mediolani, in capsula plumbi, pejor (nempe male habitus si bene auguror) qui in papyris vel characteribus Langobardorum antiquis. Anni sunt mille & centum & quinquaginta vel circa, ut ego, qui non ignarus illarum formarum, multas paginas volverim, aequam aliquid cognoscere potuissem.* Sic *Ponticus Virunius*: de quo homine, deque ejus scriptis quamplurimis, non pauca a me adnotata prodierunt in *Diario Literatorum Italiae* tom. *xxiv.* pag. 245. Nempe; *Virunio* judice, *Hieronymus* medio saeculo *iv.* characteres adhibuit, qui tamen saeculo *vi.* apud nos primum visi. Quippe tunc *Langobardi* Italiam ingressi sunt. Sed *Pontico* credenda haec relinquamus, qui & *Ravennae* vidisse se ait tabulas papyraceas sub *Hadriano Augusto* confectas. Neque haec dixisse contentus, testatur, tunc recens (*nuper*) *Coccyrenses*, seu *Phaaces*, *privilegium duum millium annorum literis aureis conscriptum, cum propria manu Alexandri Magni, Venetiis deprompsisse. Cui & Senatores caput denudarunt, & majora concesserunt.* Fuit *Ponticus* certe vir perinsignis, divinationibus tamen suis mirifice indulgens, quique proprii ingenii deliriis se facile abripi sineret. Hujusmodi homines nunquam defunt. *Petrus Paullus Boscha* libro *I.* de origine & statu *Bibliothecae Ambrosianae* pag. 10. codicem illum *Mediolanensem* non *Hieronymi*, sed *Rufini* manu ab hiuc annos mille & trecentos scriptum narrat: qua in aetate adsignanda *Virunio* proxime accedit. Ad haec ex *Jo: Petro Puricello* in *Dissertatione Nazariana* cap. *lxiv.* §. 35. pag. 372. ab *Atrija* post *Aquilejam* everfam, autographum ad *Insubres* perlatum, conjectura non futilli arbitrari se ait. Bene sit tam secure & feliciter divinantibus! *Jo: Mabillonius*, qui codicem contrectavit, vir in dijudicandis hujusmodi cimeliis opido sagax, & peritus quam maxime, in *Museo Italico* tom. *I.* pag. 12. scriptum testatur *aute annos mille & centum, haud multo post Rufini aetatem*: cui & ipse librum adsignat, quo, ait, contineri aliquot libros *Flavii Josephi de Antiquitatibus Judaicis, Rufino interprete*. De literarum forma sic censet: *scriptura codicis non quadrata sed minutor est, qualis aeo Justiniani obrinebat, forma fere similis ei,*

D d d

quam

RUFINUS.
L. V. C. XLV.

quam ex charta *Ravennensi* vetulimus in libro v. de re diplomatica . Sic Mabillonius . Sunt vero fragmenta librorum VI. VII. VIII. IX. & X. de *Antiquitatibus Judaicis* , ab imperito compactore male disposita . Vir summus codicem cum edita Josephi versione conferre non potuit , quod ea non præsto esset . Hoc non factum dolet Caveus in Rufino A. D. 390. Sed ego certior factus sum , codicem ab editis non discrepare ; in quo præterea nusquam Rufini nomen apparet . Cur autem appareat , si *Rufini* non est ? Librorum de *Bello Judaico* Rufinum ab nonnullis interpretem putari , ait Cassiodorus ; non tamen horumce librorum de *Antiquitatibus Judaicis* . Hos enim Senator testatur , se ab amicis vertendos curasse , quod Græce tantum legerentur . *Cassiodori* verba ex eodem , quod superius adduxi , capite xvii. de Institutione divinarum literarum , huc adfero : *hunc tamen* (Josephum de *Antiquitatibus Judaicis*) *ab AMICIS NOSTRIS , quoniam est subtilis nimis & multiplex , magno labore in libris xxii. converti fecimus in Latinum* . Hi amici , quorum opera in Græcorum scriptis Latio donandis Cassiodorus utebatur , quinam fuerint , videamus . In Institutione jam adducta tres tantum ab eo nominari comperio . Hi sunt .

1. *Epiphanius Scholasticus* , qui codicem encyclicum pro defensione Concilii Calchedonenfis , Cassiodoro flagitante , Latinum fecit , ex laudata Institutione cap. xvii. quem , inquit , *codicem a viro disertissimo Epiphanio fecimus in Latinum de Græco sermone converti* . Exstat in Concilio Labbei tom. iv. pag. 891. cujus emendationes vulgavit Baluzius in nova Collectione Conciliorum pag. 1400. Didymi etiam *expositiones* Salomonis Proverbiorum , & *Canoniarum Epistolarum* sibi ab Epiphanio fuisse translata , Cassiodorus prodit cap. v. & *viii.* Ad hæc Epiphanius Sozomeni , Socratis , & Theodoriti Historias convertit , inque *xii.* libros distribuit : quibus in compendium redactis Senator suam Tripartitam conflavit . Hujus præfationem consule .

2. *Bellator presbyter* , Origenis Homilias in Efdram latio donavit , rogatu pariter Cassiodori , hoc eodem teste cap. *viii.*

3. *Mutianus Jo* : Chrysofomi Homilias *xxxiv.* in epistolam ad Ebræos latinas fecit , Cassiodoro item obsequuturus , quem vide hoc testantem cap. *viii.*

Hos ergo *amicos* tres , non alios , in convertendis Josephi *Antiquitatibus Judaicis* Cassiodorus adhibuit , præque ceteris fortassis , ut ego arbitror , omnium principem *Epiphanium* , cui alias ea translatio interdum tribuitur , licet illam Cassiodorus ei nominatim non tribuat . Quare nullo modo ambigi potest , quin codex Ambrosianus , ipsa ætate Cassiodori , Justiniano imperante , Latine exaratus , ab *amicis* Cassiodori prodierit . Mirum est , viros doctos hætenus in contrariam sententiam uno agmine ivisse . Nam præter jam adductos , Renatus Laurentius de la Barre in præfatione ad opuscula Rufini , de eo sic scribit ; *Josephi etiam Latinam fecit historiam , cujus exemplar asservatur Me-*
dio-

Mediolani in aede Sancti Ambrosii, Langobardicis scriptum literis. His conformia habet Johannes Henricus Hottingerus in Bibliothecario cap. xl. §. 111. pag. 33. & Hieronymus Welschius in Epistola ad Bosium post Reinensianam pag. 470. Rufinum de compacto Ambrosiani codicis auctorem facientes, quem tamen nihil de Josephi operibus in Latinum vertisse palam est.

RURICI.
L. V. CXLV.

III. Sed cur, inquires, librorum VII. de Bello Judaico Latina translatio, ad Hieronymum interpretem, quod ait Senator, pertinere aliquando credita est? Causam accipe. Hieronymus in epist. LII. alias XXVIII. ad Lucinium Bæticum scripta, hæc habet: porro *Josephi libros, & Sanctorum Papiæ & Potycarpi volumina falsus ad te rumor pertulit, a me esse translata, quia nec oculi mei, nec virium est, tantas res eadem in alteram linguam exprimere venustate.* Hæc Hieronymus. Postmodum viro magno aliquid *oculi & virium* ad Josephum transferendum suppetiisse, existimatum: quod tamen suppetiit nunquam. De Ambrosio aliter disse- rendum. Exstant libri v. Latini de Bello Judaico, seu de Gestis *Judeorum*, qui etiam de Urbis Hierosolymitana excidio propterea inscribuntur, quod inde a Maccabæis ad Hierosolymæ urbis & templi ruinam sub T. Vespasiano Augusto deducantur. Hi libri jamdudum *Egesippi*, sive *Ægesippi*, aut *Hegesippi* conditoris nomen præferunt: quod recentiores criticos mirifice torfit. Alii enim *Egesippum* illum putarunt, qui libros v. Historiæ Ecclesiasticæ sub Aniceto pontifice scripsit circa A. D. 170. teste Eusebio multis in locis, & Hieronymo in Catalogo cap. xxii. Hujus sententiæ primus auctor, quem viderim, fuit Guillelmus Pastrengicus Petrarchæ necessarius in Originibus rerum fol. 27. Alii *Egesippum* quandam genuinum, juniorem tamen, excogitarunt. At postea in ejus ætate adsignanda sibi angues rodere & caput scalpere coacti sunt. Istius enim *Egesippi* codex Græcus, unde versio Latina fluxerit, nusquam repertus est. Latinus etiam perinde ac Græcus iste *Egesippus*, generatim indictus ante sæculum XII. quo Johannes Saresberienfis illius meminit in Policratico libro VI. & VIII. Ad hæc junior hic *Egesippus* aliqua narrat, non tantum sæculo IV. sed etiam X. primum audita, si Vossio auscultamus in lib. II. cap. XIV. de Historicis Græcis prope finem. Philippus Cluverius in Commentario de tribus Rhæni alveis pag. 71. ab *Hegesippo* Rhenum bioernem ex Virgilio dici animadvertit, neque eum esse Theodosio Imp. antiquiorem. Ejus ætatem, de qua nemo etiamnum quid certi affirmare potuit, auctore Cluverio, nos designabimus. Hic *Egesippus*, qui hypobolimæus est, alicubi incrustatus, & sub corrupti nominis larva delitescens, perquam facile se suamque ætatem criticorum noticiæ subduxit. Sed rem aliquando aperiamus. Is est purus putus Josephus de Bello Judaico Latine contractus, is nimirum, quem suboscure a Sancto Ambrosio Mediolanensi translatus ait Cassiodorus. Hoc membranæ non unæ, sed multæ æque antiquissimæ; hoc sermo, & stilus; hoc ratio, hoc illustrium quorundam in re literaria virorum auctoritas abunde confir-

RUFINUS .
L. V. C. XLV

mant. Andreas Masius, sacræ antiquitatis peritia excellens, hoc idem olfecit, quantum colligere possumus ex Latini Latini ad eum dato responso A. D. 1566. tom. II. Epistolarum pag. 119. Lectum enim a Masio *Egesippum* miratur Latinius, quippe qui eum non magni faceret. Sed eo magis miratur, Masium eo animum induxisse, ut ab *Ambrosio* latine versum putaret; *nisi tamen*, inquit, *si adolescenti fortasse, nondum ad iudicandum apto, ea excidisse velis, quæ exercitationis tantum gratia tentasset*. Ita est. Ambrosius *adolescens*, necdum episcopus, istud opus concinnasse dicendus est. Latinius, & ab eo consultus Guillelmus Sirletus ignorabant, in *Egesippo Josephum* latere: quod alii quoque ante ignoraverant. Angelus Decembrius, domo Vigletano in Insufris, in Politia literaria, quam dicavit Pio II. Pont. Max. hæc habet libro I. parte v. fol. 1x. pag. 2. editionis Augustanæ apud Henricum Steynerum A. D. 1540. in folio: *eiusdem Historiæ (Judæorum a Josepho scriptæ) venerabilis scriptor Egesippus complectendus*. Decembrius primigenium libri auctorem, *Egesippum* quidem ab *Ambrosio* tamen Latine translatum putavit. Sic enim ait libro VI. Parte LXXVI. fol. cxxxviii. *Egesippus vocabulum Historici Græci, ex capra & equo compositum: qui de bello Titi cum Judæis scripsit, a doctore Ambrosio Latine translatus*. Decembrius addamus Georgium Cortesium Cardinalem. Hic post epistolas suas pag. 354. quin *Egesippi*, interpretis fuerit *Ambrosius*, neitquam dubitat, sed postea & ipse *Egesippum* Ambrosii eundem facit, atque illum, de quo Eusebius & Hieronymus meminerunt. Isaacus Vossius in Appendice ad librum de LXX. Interpretibus pag. 127. *Egesippi* nomen non ex *capra & equo*, ut pronuntiavit Decembrius: sed ex *Josippo* ortum animadvertit. Librarii enim *Josippi* nomen idest *Josephi*, mutarunt in *Igesippi*: *cujus rei (loquitur Vossius) fidem faciunt membrana nostræ perverusta, in quibus eraso Josippi nomine, alterum substitutum comparet*. Paulus Colomelius eadem refert pag. 685. Operum editionis Fabricii. Alii codices Mss. longe antiquissimi, atque integerrimi, sinceram Vossii membranarum lectionem perperam *erasam*, restituentes, infra numerabuntur. Ego interim hanc *erasionem* sæculo XII. antiquiorem vix puto. Etenim Ordericus Vitalis in Historia, quam perduxit ad A. D. 1141. primus omnium occurrit, qui hunc *Egesippum* laudaverit. Laudavit autem lib. II. pag. 408. *Egesippus*, inquit, *vir Sanctus & eruditus, Apostolorum temporibus vicinus in quinto Commentariorum suorum libro Jacobi Justini meminit*. Hæc leguntur lib. v. editionis Barrei. Eodem ævo Ordericus Jo. Saresberienfis cum aliis historicis *Egesippum* laudavit in Policratico libro VI. cap. XVIII. pag. 318. & lib. VIII. cap. XVIII. & XIX. pag. 552. & 555. Scriptor Anonymus de modo legendi Sacram Scripturam nuper editus ab Edmundo Martene in Thesuro Anecdotorum to. I. pag. 488. monuit, legendos ex latere *Josepbum & Egesippum*. Henricus Valesius ad Eusebium lib. I. cap. x. observat, in Ecclesiæ Parisiensis perantiquo codice Eusebiano, ex *Rufini* versione, semper *Josepus* legi, ubi in Græco est *Ἰωσὴφ*. Petrus Apollonius Colatinus

latinus de Cattaneis Novariensis, Decembrio æqualis, argumento hausto ex Egesippo, excidium Hierosolymitanum carmine heroico descripsit, & in quatuor libros digessit, in quorum secundo *Josippus* pro *Josepho* usurpatur, & dactylo exprimitur. Illætenus dicta undequaque confirmat præstantissimus Mabillonius in Museo Italico to. I. pag. 14. laudans, veterrimum codicem Bibliothecæ Ambrosianæ, in quo non *Egesippi*, sed *Josepi liber* v. legitur in superiori margine plurium paginarum. Sicut enim *Josephus* Græcè *Ἰωσήφ* dicitur, ita *Josephus* Latine ab interprete dictus est pro *Josepho*. Hinc postea *Josippus*, *Izippus*, & tandem spurcius *Egesippus*, instar illius vetustioris prodiit. Initio libri II. ejusdem codicis Mediolanensis hæc leguntur: *Ambrosius episcopus de Græco translatus in Latinum*. Alium codicem Taurinensem, Mediolanensem conformem; ibidem Mabillonius recenset. Codex cænobii Cremifanensis in Austria apud Fabricium in Bibliotheca Latina tomo III. sic inscribitur: *tractatus Ambrosii episcopi de Historia Josephi captivi, translatus ab ipso de Græco in Latinum*. Alium codicem, Egesippi, & Sancti Ambrosii nomina præferentem, servat Florentiæ Bibliotheca Gaddiana, a me contractatus A. D. 1717. mense Maji. Caveo in Historia literaria A. D. 374. hæc eadem Historia vulgati *Egesippi* laxior est *Josephi* Latina conversio, in qua pauca existunt, quæ in Flavii Josephi *Antiquitatibus* & *Bello Judaico* non habeantur. *Liberior Josephi de Bello Judaico interpretatio* vocatur a Paulo Colomesio pag. 695. operum. A Francisco Petrarca in Itinerario Syriaco pag. 562. operum editionis Basileensis laudatur *Egesippus libro III. Historiarum, Josephum secutus*. Hortensius Landus Mediolanensis Medicus, plurium voluminum Italicorum & Latinorum auctor ingeniosus & lepidus, in eo, quod Italice *Ferulam scriptorum veterum & recentium* inscripsit pag. 17. ait, *Hegesippum errores Josephi castigavisse*. Neuter *Josephum* in *Hegesippo* latentem vidit. Notandum est tamen, Ambrosium non tam interpretem Josephi librorum, quam novi operis conditorem fuisse; quippe qui libros *septem*, in *quinque* contraxerit, & de suo quædam addiderit, unde libri ætas educitur. Jure ergo Isaacus Vossius in Appendice nuper adducta refellit Christianum Schotanum, Josephi Antiquitatum Latinam translationem Rufinum tribuentem; Jure etiam affirmat versionem *Egesippi* sive *Josepi* esse Ambrosii, hocque *tam certum esse, quam quod certissimum*. Sed errat vir præstans dum versionem *Belli Judaici* esse Rufini ex silo argui arbitratur.

IV. Johannes Fridericus Gronovius Monobiblon observatorum in Scriptoribus Ecclesiasticis vulgavit Daventriæ apud Joannem Columbum A. D. 1651. in 12.º Vir doctus in hoc opere, stilum *Ambrosianum* cum *Josippiano* committit, easdemque phrasas ab utroque frequentatas, easdem dictiones & verborum argutias utrique Scriptori in deliciis passim habitas, sexcentis locis utrinque productis, emendatis & illustratis, animadvertit cap. I. VI. XI. XVI. XXI. XXII. XXIII. XXIV. iis prætermis-

RUFINUS.
L. V. C. XVI.

missis, quæ etsi valde Ambrosio familiaria, quia tamen & æqualibus frequentata, magis ævum quam auctorem coarguere viderentur. Hæc tam multa & tam singularia, sibi que similia, nec alibi obvia, non duobus, sed uni tantum auctori adscribenda. In duos enim cadere potuisse, nemo qui hæc paulum accurate perpenderit, sibi unquam facile persuaserit: quod tamen sibi persuaderi passus est Sebastianus Nanus Tillemontius in Commentariis de Historia ecclesiastica to. I. pag. 541. iudicio quidem non suo, sed alieno ductus, auctorem scilicet postremæ editionis operum Sancti Ambrosii, *Parisiis excusæ apud Jo. Baptistam Coignardum* A. D. 1690. in folio. Siquidem viri docti, mihi que amicissimi, in præfatione primi voluminis pag. 5. ajunt, comparationem, a *Gronovio* in-finitum ratas, quam ex auctoribus diversissimis, inter se affines loquendi formulas hinc & inde refecare & componere, cuivis promptum sit: nihilque huic operi insit Ambrosiani stili iudicii que. Tillemontius suum his calculum addidit, dicendi characterem placidum nimis & lenem fluentem ratas, quam ut Ambrosio tribui possit, dictiones que ipsas in multis ejusdem ævi scriptis facile occurrere. Verum hæc nimis generatim dicuntur: nec Ambrosii stilus non est placidus, nec lenis fluens. Dictiones vero, quas *Gronovius* corrasit, nusquam spissius, quam apud *Ambrosium* occurrunt: nec formulæ ipsæ tam pauca numero sunt, & in quovis scriptore obviæ, ut multis adscribi possint; singulares enim & plurimæ sunt, unique *Ambrosio* familiares: præterea nemini. His visis, *Philippus Labbeus*, talium & ipse iudex aptissimus, in to. I. de Scriptoris pag. 420. *Gronovii* conjecturam non improbabilem iudicavit; vel dici debere censuit, Pseudohegesippum Ambrosio æqualem, Ambrosii verba & sententias studiosissima æmulatione suffuratum. *Nec enim*, inquit, *ovum ovo similis*, quam Ambrosii & Pseudohegesippi locutio sibi similis est. Nos, duorum eam esse, nullo modo concedimus, Sed utranque ab uno eodemque ingenio & manu profectam, cum viris egregiis statuimus. Magni operis Bollandiani Scriptores to. v. Junii pag. 390. 391. & 400. de nostro Egesippo locuti, Gronovii sententiam, post Labbeum, haud obscure amplectuntur. Ludovicus Vives tanto ante in librum xxi. cap. x. Sancti Augustini de Civitate Dei, *Ambrosium* operi patrem assignaverat. Adsignat etiam princeps editio Brixiana, hoc lemma inscripta. Hegesippi, historiographi fidelissimi & inter Christianos disertissimi, Historia de Bello Judaico, sceptri sublatione, Judæorum dispersione & Hierosolymitano excidio, a divo Ambrosio Mediolanensium Antifite, e Græca latina facta cum ejusdem anacephalæosi & tabellis congruentiarum, cum Josephi libris etiam de gestis Macchabæorum. Brixie per Antonium Moretum 1500. in folio. Huic succedit editio Parisiensis, cui hæc verba inscribuntur. *Ægesippi Historia de excidio Hierosolymitano, a Divo Ambrosio Mediolanensi antifite, e Græca Latina facta. Parisiis in adibus Ascensionis 1510. in folio.* Coloniensis etiam sumbitus Godefridi Hittorpii apud Jo. Soterem A. D. 1530.

in

in folio sic prænotata. *Egesippi historiographi inter Scriptores ecclesiasticos vetustissimi, de rebus a Judæorum Principibus in obsidione fortiter gestis, deque excidio Hierosolymorum, aliarumque civitatum adjacentium libri v. divo Ambrosio Mediolanensi episcopo interprete. Idem Gronovius cap. I. re diligenter expensa, Ambrosium, virum disertum, ætate adolescentiori, aut in exordiis pontificatus sui, opus hoc luisse arbitratur. Ambrosio tamen, ut hoc opus conderet, nunquam vacasse, ajunt curatores Ambrosianæ editionis, & ex iis Tillemontius. Sed hoc nulla ratione ajunt. Nunquid vacare non potuit, dum fuit Consularis Liguriæ & Emiliæ? Quasi vero & aliis in magistratu occupatis non vacaverit spissa & hoc majora opera condere. Sed Gronovium quibus: ita multa apud utrunque gemina germana reperiuntur, audiam bene exactis vix possis pati, quin unum esse & professorum nomen auctoris sui, & hujus dissimulantis illud, scripti auctorem exclames. Rem plane conficit vir summe doctus ac talium iudex certe perspicacissimus Lucas Holstenius in sine Monobibli editionis I. ad se dono missi ab auctore Gronovio, ubi hæc manu sua adnotavit: *quæ vir doctus primo harum observationum capite erudite disputat de spurio Hegesippi nomine, & de vero ejus Historiæ auctore Ambrosio, confirmantur auctoritate antiquissimi codicis M.S. Palatini in Vaticana Bibliotheca, ubi hæc operis inscriptio habetur: incipit tractatus Sancti Ambrosii Episcopi, de Historia Josephi captivi, translata ex Græco in Latinum. Quocirca expuncto falso Hegesippi nomine, verus operi titulus sic constituendus videtur: Sancti Ambrosii episcopi continuatio Historiæ gentis Judæorum ex Josepho. Ita Holstenius in suo exemplari nunc Bibliothecæ Anglicæ. Ab Henrico Valeſio in notis ad Ammianum lib. xvi. cap. vii. dicitur Josephus ab Sancto Ambrosio versus in Latinum sermonem. His concinit Jo. Pricæus, vir & ipse doctrinæ præstantia conspicuus. Initio enim Egesippi, quem Cornelius Gualtherus ab se illustratum edidit Colonia apud Maternum Cholinum A. D. 1559. in 8.º Pricæus manu sua hæc adnotavit: *Petrus Scriverius ad Martialem lib. I. epig. 76. Pseudo-Hegesippus (qui in vetusto MS. Glossographo in voce, defænero, Ambrosius in Hegesippo, citatur) de Bello Judaico & excidio Hierosolymitano lib. I. cap. xxxii. Antonius, inquit, Cleopatra amovi defæneratus inserviebat, atque additus ejus libidini famulabatur. Hegesippus hic est suppositicius, & infima plane vetustatis scriptor, qui non contentus verbis Josephi, ut videatur aliquid novi afferre, sæpe nobis sinceram vas incurſtat: quod magni Scaligeri in Animadversionibus Eusebianis de eo judicium est. Ex Scriverio hæc Pricæus in exemplari Bibliothecæ Anglicæ, cujus margini notulas etiam insperſit. Veterum codicum MSS. Ambrosii nomen præferentium, quos appellavi, numerum auget Cantabrigiæ a Carolo Daubuzio laudatus in libro I. de Testimonio. Josephi §. xi. pag. 16. in quo codice ad finem libri I. perinde ac in Mediolanensi, leguntur hæc verba: *beatissimi Ambrosii translatio ex Josepho. Liber primus explicit.****

Unum

RUFINUS.
L. V. C. XVI.

Unum Claromontanum, a me supra indicatum, curatores editionis Ambrosianæ addiderunt, in quo liber IV. his verbis inscribitur: *Sancti Ambrosii episcopi, Dispersionis Iudæorum Flavii Josephi Historiographi capitulum quartum*. Alios duos memorat Barthius in Adversariis lib. xxxiv. cap. xi. pag. 1564. ubi tamen ipse, *impudentia non parva monachorum, Ambrosium interpretem officium* suoapte ingenio arbitratur: quod temere & ridicule dictum est. Cur enim, & cui bono monachi tot codicibus ubique dispersis alienum *Ambrosii* nomen, non vero aliud, assignere voluissent? Nempe ex *illa fama vulgari*, de qua loquitur *Cassiodorus*, si audimus curatores editionis Ambrosianæ. Verum si ex *illa fama* quidquam recte deducitur, *Hieronymi* etiam, & *Rufini* æque ac *Ambrosii*, nomina, *Pseudoegesippi* codicibus assigni debuissent. Uterque enim præter *Ambrosium* vulgo *Josephi* interpres creditus apud Senatorem. At Barthius id dixit, quia verum aliquem *Egesippum*, non *spurium*, hunc esse putabat, *immanibus tamen cumulis, ex Rufini Josepho petitis*, interpolatum. Sic censuit lib. xlv. cap. iv. pagina 2123. Sed ex jam adductis hæc evanescent. Contra ergo sic recte concluditur: ex *fama*, vera quidem, & certa, *Ambrosius, Josephi* libros aliquos contractos, deque suo alicubi auctos, latine edidisse, quibus licet subdubitanter, adscripta fuerit latina translatio librorum VII. de *Bello Judaico*, quum certum eorundem librorum interpretis nomen ignoraretur. Ex his falli deprehendo *Jacobum Durantium Casellium* lib. II. Variarum lectionum cap. xlii. ubi adducto *Josephi* testimonio ex libro v. de *Bello Judaico*, mox aliud ei simile adducit ex vulgato *Egesippo*, sic præfatus: *Hegesippus, qui Josephi Historiam narrâ verâ sequutus est, & potius sanctus interpretis, quam scriptoris officio*. Immo utroque, *Scriptoris* nimirum, & *interpretis*, contraquam *Vossius* arbitratur lib. II. de *Historicis Græcis* cap. xiv. Ergo *Egesippi* nomen est *spurium* & recens, opus ipsum genuinum & vetus. Ævo *Theodosiano* plerique omnes eundem illigant: ii etiam, qui *Ambrosium* ejus conditorem non agnoscunt. Nec ante, nec post v. sæculum arbitratur *Tillemontius* tomo I. pagina 54. & *Gronovii* observationibus de *filio Ambrosiano* conformi, nihil solidi opponit pagina 541. *Scriptor sana antiquus* dicitur ab *Isaaco Casaubono* Exercit. II. pagina 205. editionis I. Hæc una distinctio ambages frangit, quæ *Vossius* irretiverunt in parte altera libri II. de *Historicis Latinis* pag. 706. ubi *Egesippum* inter *Scriptores incerta ætatis* locavit. Quare huic *Pseudoegesippo* non *Pseudorufini Josephus* ab interpolatore aliquo insertus est, ut credit *Barthius* jure a *Friderico Gronovio* refutatus cap. xxiv. pag. 265. sed potius *Josepho* per *Ambrosium* contracto, & alicubi aucto, præter nominis corruptionem, quedam infarsa sunt, quæ pristinam veri auctoris faciem sic immutarunt, ut alius crederetur. *Gronovius* cap. xvi. pag. 165. de ipso opere hæc literis consignavit: *Judaica Iliados conditor, qui Hegesippi, quam suo nomine, nosci maluit*.

Opæ

Operis conditori tribuit quod Librariis tribuendum erat. Hi enim, uti ex jam dictis manifeste patet, ex *Josepphi* nomine *Hegeffippum* sive *Egeffippum* confixerunt. Erasmus epist. 1303. episcopo Rivenfi pag. 1420. operum to. II. Parte II. edit. novæ ita scribit: *Rufinus quidem nihil nunquam vertit bona fide, sed in hoc auctore (Jospho) videntur multi suo luisse arbitrio.* Sæculi IV. Scriptorem putat Pearsonius in Annalibus Paulinis pag. 50. quando nimirum non deerant, qui linguæ latinæ studium adhuc excolerent, judice Tillemontio to. I. pag. 540. cujusmodi censendus Ambrosius, vir nobilis & Romanus. Cornelius Gualtherus, cujus editio *Egeffippi* non semel prodiit, quædam ejus assumenta ex codicum MSS. collatione distinxit. Barthius etiam multis in locis emaculavit. Idem opus exstat insertum Historiæ Christianæ Laurentii Barrei, *Paris* excusæ apud *Michaelem Sonnum* A. D. 1563. pag. 123. & in Bibliotheca Patrum Lugdunensi to. V. pag. 1123.

V. Hæc fusius a me scripta sunt, ne *Josephi* versionem ullam *Rufino* adscribamus, utque ejus nomen ex codicibus MSS. perinde ac typis impressis *Josephi* libris, expungamus, præsertim vero ex editione prima inter omnes *Rufini* nomen præferentes, quæ hac epigraphæ prænotatur. *Josepphi libri xx. Antiquitatum de Græco in Latinum traducti per Venerabilem Rufinum Aquilejensem, virum doctissimum. De Bello Judaico libri VII. per eundem traducti, Venetiis per Reynaldum de Novimagio 1481. in folio.* Hanc subsequitur alia editio pariter Veneta apud Jo. Vercellensem A. D. 1486. in folio; mox alia ibidem apud Bernardinum Vercellensem A. D. 1502. in folio, & Mediolanensis apud Alexandrum Minutianum A. D. 1513. in folio. Has excipit *Erasmica* hoc titulo insignis: *Flavii Josephi, patria Hierosolymitani, religione Judæi, inter Græcos historiographos cum primis facundi, opera quædam Rufino presbytero interprete. Quibus post primam aliorum editionem, loca nec pauca, nec omnino levis momenti ex vetustissimorum codicum collatione restituta. Basileæ apud Johannem Frobenium 1524. in folio.* Elegantior editio est, quam decennio serius accuravit *Sigismundus Gelenius* sic inscripta:

Flavii Josephi Antiquitatum Judaicarum libri xx. ad vetera exemplaria diligenter recogniti.

De Bello Judaico libri VII. ex collatione Græcorum codicum castigatiores quam unquam ante redditi.

Contra Apionem libri II. pro corruptis ante jam ex Græco itidem non solum emendati sed etiam suppleti.

De imperio rationis sive de Maccabæis liber unus, a Desiderio Erasmo Roterdamo recognitus. Basileæ ex officina Frobeniana 1534. in folio. *Gelenius* in præfatione testatur, se libros *Antiquitatum ad vetera exemplaria Latina*, *Belli Judaici* ad Græcos codices duos recognovisse. Sed ob *Antiquitatum* inelegantiam, non putat ab uno utrunque opus Latine conversum, vel hac una conjectura, quod quum *Josephus* in concionibus sit ubique sui similis, hæc quoties in opere *Antiquitatum* inci-

RUFINUS.
L. V. C. XVI.

dant, miram balbutiem referant. Contra in sequentis operis orationibus *Rufinus* propius Josephum adsequitur, ejusque declamatoriam quandam facultatem longe magis, quam ille alter, quisquis est, exprimit, id quod evidentius apparet in duabus, altera libro III. ubi dissuadet mortem sibi consciscendam, altera libro VII. ubi eandem rem verso stilo suadet: Unum ex Eleazari cujusdam persona, aliud ex sua. Ita *G. Ienius*, in *Rufino* cum aliis errans. Ab his diversa est editio perinde Latina, Basilicæ facta apud Frobenium A. D. 1567. in folio, ubi in sola interpretatione libri de Maccabæis, quæ incipit, *disputaturus*, se genium *Rufini* agnoscere ait *Emericus Bigotius* inter epistolas Reinesianas ad Antonium Bosium pag. 382. Sed ex hætenus dictis hæc quoque sententia, nulla veterum auctoritate firmata, satis superque refellitur. Josephi libri III. de Bello Judaico, septemque de antiquitatibus Judaicis sine nomine interpretis edidit Augustæ Jo: Schusler anno 1470. in folio magno. Quinquennio serius oculatissimum hæc in re se ostendit *Bartholomæus Platyna*, Sedis Apostolicæ Bibliothecarius, qui Josephi libros VII. de Bello Judaico, ab se recognitos, nullo interpretis nomine adjuncto, cum hac inscriptione vulgavit: *Historiarum Josephi libri numero septem*. In fine sic legitur: *impressit clarus & diligentiss. artifex Arnoldus Panwartz natione Germanus in domo viri nobilit Petri de Max. civis Romani, anno incarnati Verbi MCCCCLXXV. die vero xxv. Novem. Seden. Sixto III. Pont. Max. anno ejus v. Platyna emendavit*. Notandum est hic, librum III. IV. V. VI. & VII. non *Josephi*, sed *Josippi* a *Platyna* inscribi, ne cuiquam insolens videatur, in Ambrosiana versione *Josippam* pro *Josepbo* appellari. *Platyna* quoque, non *Platina* in primis Editionibus dicitur, inque epitaphio ad dexteram portam minore Basilicæ Liberianæ, quod Mabillonius exscripsit tom. I. Musei Italici pag. 66. Rei causam vide apud Lambecium in notis ad *Platynæ* Historiam Mantuanam pag. 445. *Platynam* vero *Bartholomæum*, non *Baptisam*, dixi, quia se ipse sic dixit, &, sic eum adhuc superstitem, alii dixerunt in Diario literatorum Italiæ tom. XI. pag. 416. Adde *Hieronymum Aleandrum seniozem*, in officio Bibliothecarii Apostolici ex *Platynæ* successoribus unum, qui in decessorum Catalogo *Mf. Bayrolemæum* appellat. Eodem consilio, in edendis Josephi libris VII. de Bello Judaico una cum duobus contra Apionem, & ad Epaphroditum, sine nomine interpretis usus est quinquennio serius Ludovicus Cendrata Veronenfis, dum typis exprimendos curavit *Veronæ per magistrum Petrum Manser Gallicum* A. D. 1480. in folio. Cendrata opus dicavit Antonio Donato, Veronæ tunc Prætori, pridem Legato pro Republica Veneta ad Regem Galliarum, & ad Summum Pontificem Sixtum xv. a quo non solum equestri dignitate, sed raro, ne dicam amico, exemplo, etiam *Rosa aurea* donatus est. Hoc ignoravit Carolus Cartharius in Narratione historica de Rosa aurea pontificia, eorundem librorum VII. de Bello Judaico elegantem habemus Italicam translationem, Florentiæ excu-

excusam apud Bartholomæum P. anno 1493. in folio sine nomine interpretis, qui ex *Platyna* editione suam expressit, ideoque *Rufini* nomen esse omisit. Omisit quoque Vossius, a quo in *Etymologico, v. proeli*, laudatur *eruditus Josephi interpret*. Contumeliam igitur, quas in Rufinum, ut Josephi interpretem, bacchantes jaciunt Erasmus Epist. 111. libri xxiv. ad Episcopum Rivensem, Scaliger in notis ad fragmenta Berosi pag. 10. 35. 45. & Casaubonus Exercit. 1. pag. 30. 59. 135. 155. non certe *Rufino*, sed alii debentur. An Rufinus Josephi interpres esset dicendus, hæsit Ezechiel Spanhemius, *Rufino seu Epiphanio Scholastico* versionem tribuens in notis ad Callimachum tom. 11. pag. 57. 695. *Epiphanii* fit, per me licet, dummodo Rufini non fit: quem suis e Græco versionibus *prologos*, quibus discernentur, addidisse quum scribat Gennadius in Catalogo cap. xvii. quumque Josephi omnes antiqui codices *prologo* careant, hoc unum sufficit, quo ejusmodi omnes Latinas versiones *Rufino* abjudicemus. Hinc Holstenius in Catalogo Ms. codicum Medicæorum ex vulgari opinione loquutus est, ubi hæc literis commendavit: *Scamno lxxv. cod. 1. Josephus ex versione Rufini, scriptus charactere Langobardico, folio majori, forma & vetustate spectabilis*. Haud enim in ipso codice, qui libros tantum xvii. *Judaicarum Antiquitatum* cum particula libri xviii. complectitur, nomen *Rufini* exstat. *Prologus* quidem anteit, non tamen interpretis, sed Josephi auctoris, qui in prima litera pictus cernitur, calamo arrepto scripturas. In eadem Bibliotheca Medicea alii Josephini codices pervetusti, latine scripti adservantur, in quibus nomen *Rufini* haudquaquam legitur quod tamen præferunt recentiores unus & alter, utpote scripti circa finem sæculi xiv.

CAPUT XVII.

I. *Commentarii in lxxv. Davidis Psalmos Rufino perperam attributi*:
 11. *Similiter Commentarii in Oseam, Jobelem, & Amos. 111. Incerti auctoris est Vita S. Eugenia, non Rufini*.

I. **A**lii factus, *Rufino* suppositi, aurem vellunt. Antonius de Albone, Archiepiscopus Lugdunensis, & Primas Galliarum, A.D. 1570. librum vulgavit sic prænotatum: *Rufini (pro Rufini) Aquilejensis presbyteri in lxxv. Davidis Psalmos commentarius ex vetustissimo exemplari bibliothecæ monasterii insula Barbata juxta Lugdunum, nunc primum in lucem editus. Lugduni apud Guillelmum Rovillium 1570. in folio*. Hic idem liber decennio serius, prima tantum pagina, pro more bibliopolarum, immutata, & *Parisiis* excusa apud *Michaelem Sonnum*, constituit tomum 11. *Rufini Operum*, studio Renati Laurentii de la Barre editorum. Alboneus in gravi admodum & eleganti epistola, qua

RUFINUS.
LII.V.C.XVII.

Sancto Pio V. Pontifici librum nuncupavit, se offendisse ait *Commentarios Rufini presbyteri Aquilejensis in lxxv. Davidis Psalmos, notis & ebaracteribus, qui summam antiquitatem praeferrent, descriptos, & membranis propemodum exesitis, ac ipsa vetustate & sicu attritis, commendatos: quos quum avide perlegisset, aliisque viris eruditis legendos tradidisset, censuit non esse hunc thesaurum denuo defodiendum, sed luci ac aera exhibendum.* Mox addit, se ab hac editione curanda non fuisset deterritum, quod ex amicis quidam adnotassent, operis conditorem plerisque ac infinitis prope locis ita cum Augustino in suis tractatibus in Psalmos consentire, ut eadem saepe sint sententiae, eadem verba atque adeo similes inter se periodi. Nam in hoc opere evenisse existimavit, quod D. Ambrosio in suis libris Hexaemeron, ac de Spiritu Sancto, contigit, ut quemadmodum hic integras in suum opus ex Divo Basilio periodos transtulit, se ex Rufino, veluti alibi ex Hieronymo & Cypriano, in suos ille commentarios quamplurima derivavit; Ad haec ex ipsa stili facundia & aequabili dicendi genere constare arbitratur, opus Rufini esse, suffragante, si Deo placet, etiam Gelasio, quippe qui in Decreto, eum nonnullas scripturas interpretatum, tradit, nimirum hos Psalmos, si illum audimus. Gelasius tamen non de Scripturis divinis, sed de Patrum Graecorum scriptis a Rufino translatis loquitur. Praeter stilum a Rufiniano longe abhorrentem, unum Gennadii silentium Rufino totum opus abjudicat. In Psalmos I. III. & IV. ver. I. periodi integre ex Augustino descriptae leguntur. In Psalmum IX. fol. 242. est locus incipiens prima persecutio, verbum de verbo translatus est Augustino in Psalmum III. Cotelarius in notis ad sinceram Clementinam epistolam I. ad Corinthios pag. 166. §. 23. Augustini enarrationem in Psalmum XLIX. versu 21. his Commentariis intrusam fuisse observavit. Jo: Lorinus in praefatione Commentariorum in Psalmos cap. XVI. pag. 13. primus supposititio foetui propius larvam detraxit: non esse, inquit, ut in titulo tamen est, Aquilejensem illum presbyterum, antagonistam Hieronymi, ratio non una persuadet, quod, ut observabit qui legit, ipsissimas Augustini usurpat, verbis etiam iisdem, licet redactis in compendium, sententias. Inverisimile autem est, Augustino etiam aliquanto juniorem, & qui sit ausus cum Hieronymo contendere, Augustini fere perpetuo usurum doctrina fuisse verbisque. Immo nonnunquam transcribit multo recentioris Gregorii sententias, ut in Psalmum LXVIII. ex Gregorii Homilia XII. in Ezechielem. Sed nec allum legi, qui operibus Rufini a numeret dictum in Psalmos Commentarium. Non Gennadium, non Honorium. Sic Lorinus, qui ejusdem sui operis tomum primum vulgave Lugduni apud Jacobum Cardon A.D. 1623. Haec Labbeum induxerunt, ut in tom. II. de Scripturis pag. 306. libri auctorem sexto saeculo recentiore faceret, vel saltem a quopiam post Augustinum & Gregorium alienis centonibus tectum putaret. Miror, Baluzium in notis ad Cyprianum passim laudare hunc Rufinum in Psalmos, quasi

quasi verum. Sed quum nomenclatores ad unum omnes, ante A.D. 1570. RUFINUS.
L. V. G. XVII. opus istud silentio præterierint, nos *Rufini* esse haudquaquam credimus, quanquam *Jacobus Vsserius* in Historia de Scripturis & sacris vernaculis pag. 67. ex eo, tanquam ex *Rufini* legitimo commentario, testimonium adducit. In fine operis aliqua deesse videntur, quæ ab aliis aliunde erui atque edi cupit Lugdunensis antistes. Labbeus monet, in Bibliotheca minori Parte I. pag. 23. adseruari *Parisis* in Bibliotheca Sancti Germani cod. 73. *Rufini Aquilejensis presbyteri in Psalmos LXXVI. Commentarios diversos ab editis.*

1. Alia opera non prius edita, quæ *Barrens* ex reliquiis MSS. monasterii Montis Dei pro *Rufinianis* vulgavit, to. I. pag. 25. hæc sunt.

1. *Commentarii in Oseam prophetam libri 111.*

2. *In Jobelem liber unus.*

3. *In Amos libri 11.*

Antiquissimus omnium, qui hos libros nostro adscripserit, a me reperiuntur *Jo: Columna* Ordinis Prædicatorum in codice Ms. de Viris illustribus, Venetiis dein servato in Bibliotheca Cœnobii Sanctorum Johannis & Pauli. Is florebat A. D. 1255. quo ab Alexandro IV. ad Ecclesiam Messanensem evectum adnotat *Jacobus Echardus* in summa Sancti Thomæ vindicata pag. 405. Post *Columnam* eosdem libros *Rufino* tribuit *Andreas Dandulus* Dux Venetorum in Chronico Ms. lib. IV. cap. XIV. Parte XXV 11. & eodem ævo *Guillelmus Pastrengicus* in Originibus rerum fol. 63. 2. Deinde *Jo: Trithemius* in Catalogo cap. C 11. ubi omnes hos libros, qui sex sunt, in tres dividit. Addit præterea librum, alii inditum, de *Sacramentis*. Nostri operis auctor in præfatione testatur, se in libros etiam Salomonis differuisse, seque *explanationes duodecim prophetarum, qui Minores non pro meritis, sed pro numero versuum nominantur*, adgressum. *Dupinus* in Bibliotheca tom. 111. mirari se ait, cur *Gennadius* cetera nostri opera enumerans, de hoc non meminerit: quod ipse ex stilo aliisque rationibus, quas tamen non recitat, pro factu *Rufiniano* agnosendum audacter pronunciat. Secus tamen & rectius visum est *Tillemontio*, cui tom. XI. pag. 315. & 659. creditur difficile sit, opus tam diffusum a *Rufino* concinnari potuisse, quod *Gennadius* postea ignoraverit, qui minutiora ejus scripta non ignoravit. Medio saltem sæculo v. confectum videtur. Etenim in præfatione libri I. in *Oseam* ea laudat, quæ Sancti, *Jo: Chrysostomus*, & *Hieronymus* Commentaria in Minores prophetas ediderant, nihil loquutus de *Cyrillo Alexandrino* & *Theodorito*, qui in eodem argumento versati sunt. *Chrysostomum Sancti Jobannis Constantinopolitæ* elogio designat. *Hieronymum Sancti* prænomine haud vocat. Hæc produnt libri auctorem vixisse quum nondum communis erga eum veneratio & cultus inolevisset. De utroque tamen sic loquitur, quasi jam pridem mortuis. At *Rufinus* decennio ante *Hieronymum*, triennio post *Chrysostomum* excessit. *Origenis* *Explanationes parvi* admodum, immo nihili facit. Hoc quantum *Rufini*
ge-

RUFINUS,
L. V. C. XVII.

genium dedecet, neminem fugit. *Rufino* enim, qui Origeni per omnia additissimus fuit, quid his præfationis verbis minus proprium assigni potest? *Origenes autem proprio tenore decurrens, allegoriarum magis lepida, quam historicarum explanationem solida & tenenda composuit.* Mox *Hieronymum* arguit, quod vel per allegorias, vel per fabulosas *Judaorum traditiones tota ejus desinat oratio.* Hæc *Rufinus*, Origenis admiratore non referunt, sed neque ea, quæ in Hieronymum hic atque alibi cadunt pag. 86. & 147. *Rufinus* enim nusquam se viri Sancti adversarium ostendit extra libros pro se in eum studiose compositos. In aliis nunquam.

Sed molestius est quod auctor, se non *Italiam* Sacram Scripturæ editionem ex *LXX.* Interpretibus deductam, sed *Vulgatam*, ab Hieronymo ad *Ebraicos* fontes expressam, utpote inter alias præstantissimam, sequi profiteatur. Quid hoc absurdum, & a *Rufini* ingenio & scriptis alienius? *Pseudorufini* verba audiamus: *debinc nostri operis ut lector agnoscat, & quam sem editionem sequentis, & quo præcipue considerato, munus hoc difficillima explanationis assumserim, ut si & ipse de eorum numero est, aut de nibilo me fecisse cognoscat, ut ISTAM POSTERIOREM EDITIONEM, qua secundum Ebraicum appellatur, eligerem. Quandoquidem in prioribus editionibus elocutiones vitatae frequenter sensum vel doctrinam vel narrationis dirumpant, ut divinatione magis quam conditione opus esse videatur. POSTERIOR autem ista translatio, etsi non multum ipsi contextui splendoris adiecit; tamen elocutionum integritate, illa, qua diximus interceptorum damna frequenter evitat.* Hunc locum, ut *Rufinianum*, adduxit *Humfredus Hodius* in *Addendis* operi suo de *Bibliorum* textibus originalibus in fine *Syllabi* capitulum. Adduxit etiam *Jo: Millius* in prolegomenis ad Testamentum novum, *Oxonii* Græce editum A. D. 1707. in folio pag. LXXXI II. col. 1. Sed tamen addidit intra parenthesis (*nisi titulus Commentarii nos forte fallat*). Quin fallat, non est ambigendum, *Rufinum* sincerum pro veteri editione *LXX* virali, utpote ab suo Origene exacta, adversus *Hieronymum* stetit nemini manifestum non est: quo nomine sic eundem *Stridonensem* doctorem acriter vellicavit libro II. *Apologiae: an, ut divinaram scripturarum libros, quos ad plenissimum Fidei instrumentum, Ecclesis Christi Apostoli tradiderunt, nova nunc & ab Judais mutata interpretatione mutares? Et post pauca, Ista vero, qua nunc tu interpretaris, & per Ecclesias & monasteria, per opida & castella transmittis, quomodo suscipiemus? Tanquam divina, an tanquam humana? Et quid facimus, quod qua prophetarum vel Legislatorum nominibus titulatur, veriora hæc abs te, quam illa, qua Apostoli probaverunt, affirmantur? Istud commissum dic quomodo emendabitur? Immo nefas quomodo exhibitur? Si enim in explicanda lege aliquid aliter sensisse, damnabile apud te ducitur, ipsam legem pervertere in aliud, quam Apostoli tradiderunt, quoties damnabile judicandum est? Cur non magis pro hujus te-*

me-

meritate dicam: quis ex tot & tantis prudentibus & sanctis viris, qui ante fuerunt, ad istud opus ausus sit manus mittere. Quis presumpsit sacros Sancti Spiritus voces, & divina volumina temerare? Hæc Rufinus pro versione lxxviri contra Hieronymum. Reliqua longiora sunt, quam ut omnia huc adducantur. Augustinus cum eo sensit Epist. lxxxvii. alias xix. §. 35. Sed jam adducta sufficiunt ad evincendum, quam abhorret Rufinus ab nova Bibliorum interpretatione, quæ non ixx. Interpretet, Apostolico ore laudatos, sed Ebræum codicem sequeretur. Hanc suam sententiam alibi semel iterumque confirmat. Nam præterquamquod in explicatione Symboli Italiam versionem festatur; in Historia sua Eusebiana lib. vi. cap. xxxiii. hæc habet: *id pro vero solum habendum in Scripturis divinis, quod lxx. Interpretes transtulerunt: quoniam id solum est, quod auctoritate Apostolica confirmatum est.* Scio, novos Eusebii interpretes, Musculum, Christophorsonum, Valesum hæc non habere, quia fortasse in codices corruptos, & mancos inciderunt, ut de duobus primis ait Alphonsus Salmero in prolegomeno v. biblico pag. 54. Sed Rufinus Eusebianæ versionis de suo hæc inferuit. Ideo magis rem nostram confirmant. Nunquid vero de Rufino id affirmabimus, Hieronymi amicitiam se iterum insinuare voluisse, novam ejus editionem approbando? At quis non videt, hoc ipsum Hieronymum esse injuriosum, qui post versionem libri *Periarchon*, nunquam Rufini amicitias coluit? Colere autem debuisset post rejectum a Rufino Origenem recep-tamque ab eo Hieronymianam Bibliorum versionem. Jam se prodit immanis alucinatio Sebastiani Munsteri, suspicantis in præfatione Veteris Testamenti ab se Ebraice & Latine editi *Basileæ ex officina Bebeliana A.D. 1534. pag. x1.* in folio, Rufinum fuisse auctorem *Vulgatæ Latine* versionis: *sive Rufinus fuerit, sive quicumque alius.* Fortasse Munstero fuit fraudi male intellectus *Gelasius*, de Rufino in Decreto sic loquens: *nonnullas Scripturas interpretatus est.* Ante Munsterum *Paullus de Middelburgo* in Parte II. libro I. de *Pascate* errorem huic similem hauserat ex Gennadii verbis: *quæcumque, præmissis prologis a Latinis leguntur, a Rufino interpretata sunt.* Atqui tam *Gelasius*, quam *Gennadius* de opusculis quorundam Græcorum Patrum, non de ullis *Sacra Scriptura* libris, a Rufino versis, loquantur.

Quanquam hæc fati; Commentarium tamen alia etiam ex eodem petita nostro adjudicant. Auctor enim neminem inter Latinos fuisse ait, qui prophetas explanaverit. Videtur ergo ignorasse Hieronymi studia; quem postmodum inter *Syros & Græcos* statim adnumerat. Ex his fuisse ait, qui *Prophetarum scripta edisserere niterentur*, Chryostomum & Hieronymum: quorum prior Græce, alter Latine id præstitit. Denique a præfatione abest modestia, *Rufino* propria. Neque omitendum quod scribit lib. I. in Amos pag. 123. *Tibecæ autem viculus esse DICITUR, in quo pastorum habites multitudine, septimo a Bethelem urbe milliario.* Hæc olent Hieronymum prologo in Amos scribentem: *Tibecæ sex millibus ad*
ne-

RUFINUS.
LII. V. C. XVII.

medianam plagam abest a Sancta Betsleem. Et in Hieremiam cap. vi. *Thebucam quoque viculum esse, in monte situm, & XII. millibus ab Hierosolymis separatim cotidie oculis cernimus*. De hoc viculo erudite agit Hadrianus Relandus in *Palæstina illustrata* tom. II. pag. 1028. *Rufinus* vero, qui ad xx. annos Hierosolymæ vixit, nunquid *Thebucam* & ipse *lustrare* non debuit, sed alieno relatu de ea scribere: *viculum esse dicitur? Rufino* etiam, tandiu apud Orientales morato, parum convenit quod pag. 147. de *Veneris Stella* seu *Lucifero*, a Saraceni cultu, pariter ex alieno relatu, dicitur; *quem usque hodie Saraceni colere FERUNTUR*. Hoc dixit Hieronymus lib. II. in *Amos* cap. v. *Sidus Dei vestri, Ebraice dicitur Cbochab, idest Luciferi, quem Saraceni hucusque venerantur*. Consulatur Jo: Seldenus in *Syntagmate* II. de *Diis Syris* cap. IV. Ergo hic *Pseudorufinus* vixit ante exortam Muhamedis sectam; opus tamen præter *Gennadium*, ignoravit *Senator* cap. III. de *Institutione divinarum literarum*, ubi ex Latinis unum Hieronymum & Ambrosium in *Prophetas* scripsisse commemorat. Quod ad dicendi characterem attinet *Rufiniano* haudquaquam accedit, qui est elegantior, luculentior, eoque minus affectatus & tumidus. Sed alio abit *Theophilus Raynaudus* *Erotemate* x. de *Malis* & *bonis libris* tomo x. *Operum* pag. 294. ubi ex *elegantia & concinnitate, qua in his Commentariis efflorescit*, *Rufino*, ut ait, *Scriptori imposito & barbaro*, abjudicat. Similiter sentit de *Explicatione Symboli*. Nos tamen, quibus non licet esse tam disertis, de utriusque stilo cum doctissimis viris aliter omnino sentiendum putamus. *Istud opus Rufinum* mentiri, primus omnium longe ante *Raynaudum* sodalem suum, subodoratus fuerat *Franciscus Ribera* in *Commentariis* ad XII. *Prophetas Romæ* primum editis apud *Jacobum Tornerium* A. D. 1590. in 4.^o *Istic* enim pag. 91. §. 78. ad verba *Osee* cap. II. *ecce ego laticabo eam, quæ verba Pseudorufinus* pag. 42. sic explicat: *laticatio quoniam cibum manna videtur ostendere*; *Ribera* hæc scribit: *laticare hoc loco significat decipere: & hoc verbum juxta significationem suam multos decipit, in quibus Rupertum, & Rufinum: quod quidem miror, quum Græca lingue satis peritus fuerit, & e Græco verbo potuerit intelligere quid valeret Latinum. Jampridem caperam mihi persuadere, hæc in tres Prophetas Commentaria non esse Rufini illius, qui in Hieronymum scripsit (impar congressus Acbilli) quod utriusque Operis stilus sit dissimilis: & nunc ex hac ejus interpretatione magis intelligo.*

III. Eiusdem commatis est *Vita Sanctæ Eugeniæ Virginis & martyris*, quam foras misit *Rosveydus* in *Historia eremitica* pag. 340. incerto quidem auctore, quanquam in notis pag. 349. *Goldasto* adfentire videtur, eam *Rufino* adscribenti: quod, inquit, *si ex MSs. ipse hausit, facile consentio*. Certe *stilus* non *abludit a stilo Rufini*. *Vossius* concinit lib. II. de *Historicis Latinis* cap. XI. Hoc tamen unum & nimis generale argumentum, ex stilo, non est semper tutum. *Vossii* de *Goldasto* verba hæc sunt: *quod facere arbitror manuscriptorum fide subnixum*. Immo ex sim-
plici

plici conjectura se id facere ait *Goldastus* in notis ad caput xxvii. tom. I. Partis I. Rerum Alamannicarum: *vetusissima historia*, inquit, *Sauca Eugenia*, interprete eodem, NI FALLOR, *Rufino*. In codice meo Mf. exstat Sanctæ Eugenie Historia, ab hac non parum diversa, nulloque adscripto nomine auctoris.

RUFINUS.
L.V. C. XVII.

CAPUT XVIII.

I. *Sub Rufini nomine duplex Libellus Fidei, superiori seculo editus.*
 II. *Prior, continens xi. Anathematismos, Rufino nostro minime attribuentus; sed alteri.*
 III. *Multo minus posterior, Pelagianæ labe infectus: septem Rufini recensentur.*
 IV. *Posterior Libellus Rufinum Palestinum, vel alium auctorem habet.*

I. **Q**uestionem gravissimam, interque magni nominis criticos theologosque agitatam, adgredior, utrum *Rufino* Aquilejensi recte adscribatur, necne, duplex *libellus Fidei*, præterito sæculo ex antiquis codicibus Mf. in lucem eductus. In altero, qui est brevior, varii anathematismi contra varias hæreses proferuntur. In altero, qui est superior, Pelagianum virus expanditur. Hinc hæreses omnes, iisdem libellis comprehensæ, *Rufino* Aquilejensi, utriusque libelli credito auctori, nullo non genere contumeliarum adjudicatæ. Absit, ut nostrum, qui usque ad exitum sanctissimæ suæ ætatis præfulibus, aliisque probatissimis viris catholicæ communionis glutino adhæsit, quemque post obitum Sancta mater Ecclesia *pium & religiosum* scriptorem agnovit, ad impias hæreticorum partes unquam transfugisse credamus. Hoc, Deo dante, ostensurus, de breviori libello primum differere instituo.

II. A.D. 1673. in Italia pariter & in Galliis prior idem libellus typographicis formis excusus est. Illum enim Henricus Noris lib. I. cap. 111. Historiæ Pelagianæ, Patavii editæ, & Jo: Garnerius inter opera Marii Mercatoris Luteciæ vulgata to. I. pag. 114. ex codicibus Vaticano & Bellovacensi, in quibus *Rufino* cuidam adscribitur, publica luce donarunt. Constat xi. Anathematismis adversus non unam, sed multas & varias hæreses, plerasque ad Origenem potissimum referendas. Hæc Norisium eo facile adduxerunt, ut libellum Rufini nostri esse crederet: qui errorum suspicionem, qua apud Anastasium pontificem laboraverat, Romam redux, hac formula Fidei coram Innocentio successore, ab se procul excusserit. Hinc idem Norisius provinciæ suæ & nostræ, quæ una est, gratulatur, insignem Scriptorem Rufinum se omni tandem Origenianæ hæreseos labe purgasse. Norisii sententiam amplexus est Josephus Cardinalis Aguirrius in Commentariis ad Theologiam Sancti Anselmi tom. 111. Traët. vi. cap. LXVIII. Disput. cx1. Sect. v. §. 39. pag. 204. editionis Romanæ. Sex viri summi ab adsciticio Rufini nomine decepti sunt. Hoc prima libelli verba perspicue produunt: *propter venerationem Sanctorum locorum, Hierosolymam & Betbleem VENIMUS, & intelleximus plurimos fratres*

RUFINUS.
L.V. C.XVIII.

in nobis scandalizari eo, quod audierint nos multa haeretica, & quae contra Fidem Ecclesiae veniunt, profiteri. Itaque, Deo praesente, testamur &c. Haec patefaciunt, non Romae, sed in locis Sanctis Hierosolymae, & Bethleem hanc professionem Fidei produisse. Rufinus autem inde semel in Italiam reversus, nunquam illuc in loca Sancta remeavit, in Sicilia apud Messanam demortuus. Norisus paullo ante eandem formulam ab se editam, id adnotavit: quae vel hoc uno ex capite Rufini esse non potest. Garnerius, vir opido perspicax & Ecclesiasticae rei peritissimus, qui quam multa doctrinae tum historicae, tum dogmaticae arcana libellus iste brevissimus contineat, peregre explicavit, ex primis, quae protuli, verbis, constare ait, *ubi sit editus ille Fidei libellus, scilicet Hierosolymis, aut Bethleemi, quo confluebat infinita vis sive presbyterorum, sive monachorum.* Eum ad pontificatum Siricii, sive A. D. 398. trahendum Garnerius non abnuvit, dum in Palaestina de Origene quaestiones magna animorum contentione efferbuerunt, Epiphanio & Hieronymo ex una, Jo: Hierosolymitano & Rufino altera ex parte mutuo dissidentibus. Sed Bethleemiticus senex leviora non silens, amicitia soluta, hanc palinodiam Rufino auctori exprobrasset, si eam Bethleemi, ubi erat Hieronymus, aut in proxima urbe Sancta, cecinisset. Immo etiam Romae vulgata, ad manus Hieronymi advolasset, curantibus necessariis, qui alias Rufini totos libros ad eum mittere satagebant. Nec sane Hieronymus, decennium Rufino superstes, piis correcti presbyteri manibus postmodum insultasset, quod Norisus eum fecisse non dissitetur. Quare sine maxima Hieronymi injuria hi Anathematismi Rufino transcribi non possunt. Sed ab imperitis Librariis, quod Garnerius censet pag. 122. col. 2. ejus nomine insigniti, & epistolae Anastasii pontificis ad Jo: Hierosolymitanum, quam subsequuntur, & in qua Rufinus nominatur, adnexi, in Acta Marii Mercatoris, ubi Rufini alicujus sit mentio, irreperferunt. Cautius tamen atque sagacius a Rigberio Francogermano, seu Gabriele Gerberonio, & postmodum Stephano Baluzio actum est, qui ab suis Marii Operum editionibus perinde Anastasii epistolam, & Pseudorufini Anathematismos, tanquam scriptiones omnino alienas, abesse voluerunt. Garnerius pag. 115. & 116. suspicatur hosce Anathematismos Rufino cuipiam, Hieronymi discipulo, non Aquilejensi, tribuendos, ei nimirum, quem vir Sanctus in *caussa Claudii* ex Syria Romam & Mediolanum ab se missum scribit epist. XII. alias LXVI. ad Rufinum Aquilejensem, & lib. III. *Abbrevisatio Fidei catholicae* pag. 462. Immo vero ab ipsomet Hieronymo scripti sunt. Rem detexit vir de ecclesiasticis literis optime meritus Mabillonius in Museo Italico tom. I. pag. 218. ubi libellum antiquissimum characteribus Langobardicis se in Bibliotheca Bobiensi reperisse testatur, hoc lemmate inscriptum: *Abbrevisatio Fidei catholicae, exposita a Sancto Hieronymo, ut quidam in haeresim lapsi corrigerentur.* Addit Mabillonius, hanc Bobiensem expositionem constare articulis seu Anathematismis XII. sub nomine *Rufini* editis a Garnerio inter opera Mercatoris, nimirum

in Appendice I. ad priorem partem pag. 114. non vero ut ille ait memoriam lapsu, in Dissertatione x. quæ in toto volumine nulla est. Quare libellus (qui potius, quam singularis unius hominis, errores suos ejurantis, palinodia, quædam est generalis formula Fidei, ab Hieronymo scripta pro iis, qui Origenismi postulabantur, in communionem recipendis) si ad Rufinum ullum aliquando pertinuit, is certe Aquilejensis non fuit, sed alius, & fortasse ille natione Syrus, qui hæresim de peccato originali Romam primus invexit, ut narrat Mercator in Commonitorio; quanquam confessio hæc nihil continet, quod hæresi Pelagianæ favere videatur. Garnerius, qui singulos ejus articulos egregie enucleavit, in omnibus Hieronymi doctrinam reperit, etiam in nonnullis, in quibus Ecclesia cum non sequitur, puta in parte illa primi articuli, in qua traditur, Christianos recte credentes, peccatores tamen, non æterno, sed temporario supplicio damnandos. Itaque omnes Anathematismi in doctrinam Hieronymianæ contrariam, non æque tamen ab aliis Patribus proscriptam, intorquentur. Neque enim duodecim in eos, qui dicunt, animas prius fuisse, quam nate sint, & non cum corpore a Deo cotidie fieri, ab Augustino fuisse admittus, quætionem hanc velut incertam definire non auso. Hinc Garnerius pag. 116. recte ait, Confessionem hanc in nulla Ecclesia fuisse publicam, sed privatam potius, & alicujus sive clericorum cætus, sive monasterii, propriam, puta Bethlemiticam, in quo Hieronymus morabatur. Ad hæc anathematis nomen non ea notione in hac formula accipitur, qua vulgo accipi solet pro executione canonica, sed pro generali alia, seu pro damnatione dicti alicujus, quemadmodum acceptum fuit in Concilio Diospolitano, in quo anathemate percussum est *stultiloquium*. Adi Concilia Baluzii pag. 363. In omnibus libelli Anathematismis Origenes percellitur, ortæque ex eo hæreses Paulli Samosatani, Arii, Apollinarii, & Photini. Nulla damnatur, quam Hieronymus aliquando Origeni non objecerit. Codicis Bobiensis auctoritatem, alias per se satis validam, hæc undequaque confirmant. Quo tempore confessio facta est, nempe, ex Garnerio, circa A. D. 394. quum nondum inter Hieronymum & Jo: Hierosolymitanum controversiæ deseruissent, plures aliæ a variis hominibus Fidei formulæ prodierunt, prout quæstiones hinc inde ortæ postulare videbantur. Sic Rufinus noster *Apologiam* suam ad Anastasium, & *Explicationem Symboli* ad Laurentium. Sic Nazianzenus Anathematismos contra Apollinaristas. Sic Theodorus Mopsvestenus, sic Cælestius & Pelagius, sic Julianus fecerunt. Ceterum omnes Anathematismi formulæ Bobiensis Origeniana dogmata, quæ Hieronymus averfabatur, potissimum feriunt: etiam illa, in quibus Ecclesia nihilum definierat, quale est de animarum origine, quas cotidie fieri decernitur articulo xii. Rufinus noster in *Apologia* ad Anastasium, Deo, inquit, teste, dico, quia usque ad presens, certi aut definiti aliquid de ea quæstione non teneo. Rursus: *adhuc ignorare confiteor præter hoc, quod manifeste tradit Ecclesia, Deum & animarum & corporum condito-*

RUFINUS . rem . Norisius sententiam a Hieronymo propugnatam , sæculo tandem
L.V. C.XVIII. xii. ita , ut nunc est , receptam fuisse animadvertit in Vindiciis Augusti-
nians cap. iv. §. 111. ubi hac de re plenissime agit , & ex eo Natalis Ale-
xander sæculo v. cap. iv. artic. 111. §. x. Aguirrius in Theologia Sancti
Anselmi tom. 111. cap. lxxviii. Disput. cx1. §. 41. pag. 205. observat ,
in hoc libello nullam legi ejurationem erroris , quod non detur tradux
peccati , ob quem Rufinus quidam pessime audierat apud Sanctum Au-
gustinum , alioque orthodoxos . At vel hoc virum egregium monere debuit
ne *duos Rufinos* in unum constans , libellum Aquilejensi adjudica-
ret , qui Augustini amicissimus , peccati traducem nunquam negavit .

111. A breviori Pseudorufini *libello Fidei* ad fufiorem oratio nostra
convertitur . Hunc primus omnium edidit Jacobus Sirmondus , propriis
& alienis veterum scriptis publica luce donatis , peræque celebris . Inscrip-
tio libri est : *Rufini presbyteri provincie Palastinae liber de Fide cum
notis Jacobi Sirmondi . Parisiis apud Sebastianum Cramoisy 1650. in 8.º*
Garnerius postea rursus vulgavit inter opera Mercatoris Dissertat. v.
pag. 285. prætermisissis tamen Sirmondi notis . Denique Jacobus de la
Baune una cum notis inseruit pag. 274. to. I. operum Sirmondi Parisiis
editorum typographia regia A. D. 1696. Opusculum in capita lxi. dif-
fescitur apud Sirmondum , qui Græco primum sermone scriptum exi-
stimavit . Garnerius ab Juliano Eclanensi episcopo , Pelagii hæresiarchæ
patrono , latine redditum censet . Eclanum in Hirpinis stetit & nunc
Fricentum seu Frequentum , Abellinensi episcopatu conjunctum , dici
opinatur Garnerius pag. 146. col. 2. Rectius tamen Holstenius in notis
ad Cluverium pag. 273. Itinerarii Antoniniani distantiam xv. milliarium
retinens , Eclanum circa Mirabellam inter Fricentum & Beneventum col-
locat , ubi vestigia urbis maxima apparent . Dupinus , cujus indigentia
non parva specimina passim offendimus , in tomo iv. Bibliothecæ Part. II.
ait , Jo. Diaconum hunc libellum *Rufino presbytero Aquilejensi* tribuere .
Id falsum est ; nam Jo. Diaconus , qui in expositione M. S. Heptateuchi ,
Parisiis servata in cœnobio Sancti Germani , bis libri hujus testimonio
utitur , semel in Genesi , & rursus in Exodo , utrobique hunc titulum
usurpavit : *ex libro de Fide Rufini* . Ubi autem *Rufinum* auidimus , non
continuo *Aquilejensem* cogitare debemus . Plures enim Rufinos , Eccle-
siasticos viros , forte etiam sibi invicem notos , uno & eodem tempore
claruisse , perspicuis literarum documentis proditum est .

1. Sanctus Jo. Chrysofomus *Rufino presbytero* scribit epist. cxxvi.
quem rogat , in Phœnicem proficisci , monachis opitulaturum , quos , cæ-
sis superstites , Gentiles vulneribus affecerant .

2. Sanctus Nilus ad *Rufinum* , quem laudibus magnis exornat , va-
rias epistolas scribit , præcipue xvii. & ltv. libri iv. Hunc , quem *ῥουφινος*
vocat Nilus , nempe *solitarium & quietis amantem* , exponente Petro
Possino , Josephus Maria Suarezus in Indice operum Nili pag. 612. col. 2.
eundem ac nostrum facit . Tillæmontius tamen to. xi 1. §. xlv. pag. 108.

anachoretam aut reclusum, & in deserto & solitario loco viventem potius, quam monachum, ideoque a nostro diversum, existimat. Huic sententiæ omnino adheremus.

RUFINUS.
L.V. C. XVIII.

3. *Rufinus* officio *diaconus* occurrit apud Sanctum Augustinum epistola CXLIX. alias LIX. ad Paulinum Nolanum, presbyteri nostri amicum.

4. Rufinum presbyterum ab his diversum, & cum Aquilejensi minime confundendum, ut alibi dixi & iterum dico, nobis suggerit Sanctus Hieronymus epist. XLII. alias LXVI. ad nostrum ex Oriente reducem scripta, in cujus fine sic legitur: *sanctum quoque presbyterum Rufinum, ob quandam causam per Romam Mediolanum missus, & oravimus, ut nostro animo vos (Rufinum Aquilejensem) videret.* Hunc rursus lib. III. Apologiæ pag. 462. semel iterumque commemorat: *volo tamen scire quæ sint ista jacula venenata, quæ post tergum vestrum nos jecisse conquerevis.* Vincentius Paulinianus, Eusebius, RUFINUS presbyteri: quorum Vincentius multo tempore ante vos Romam venit. Paulinianus & Eusebius post annum vestra navigationis profecti sunt (A. D. 398.) RUFINUS in causa Claudii post biennium missus (A. D. 399.) omnes vel pro re familiari, vel pro periculo capitis alieni. Vincentius, Eusebius & Paulinianus pro re familiari in Italiam transfretarunt. Ergo Rufinus pro periculo capitis alieni Mediolanum properavit. Rufinus Aquilejensis suspicabatur Hieronymi artibus ad invidiam sibi apud Romanos constandam missos. Quartum hunc Rufinum a Syro diversum nequam putamus.

5. Hieronymi epistola de *Judicio Salomonis, & Sectione parvuli*; quæ nunc est tomo II. operum pag. 616. constanter in omnibus codicibus MSS. inscripta est ad *Rufinum presbyterum Romæ*: quem a superioribus diversum esse arbitramur.

6. Historiæ Pelagianæ scriptores sextum Rufinum, Sancto Prospero amicissimum memorant, qui ad eum eruditissimam scripsit epistolam de gratia Dei & libero hominis arbitrio. Exstat in tertia Appendice tomi X. Operum Sancti Augustini. Eum Gabriel Vasquez in Commentariis ad primam partem Sancti Thomæ Disput. XXI. cap. V. num. 74. spisso nimium errore pro Aquilejensi accepit, qui XX. ante annis in Sicilia occubuerat,

7. Postremo loco septimum Rufinum Aquilejensem nostrum locamus.

Ut de Rufini libello dicere pergam, Sirmondus in prologo ait, fe in binis Corbejensibus Mss. notatum reperisse, non a *Rufino, sed a Pelagio editum sub nomine Rufini*. Ipse tamen utrunque levi negotio refelli arbitratur, proptereaquod nec Rufino Aquilejensi liber conveniat. qui Origenem velut impium & nefarium passim exagitat, nec Pelagio, cujus primarium decretum evertit, *Adam sive peccasset sive non peccasset mortem obiturum*. Baunius in præfatione tomi I. Operum Sirmondi §. III. notat hunc libellum saltem ea ex parte, quæ tangit peccatum Originale, prope ad verbum exscriptum videri ex Juliani libello Fidei, quem ex codice MS. Ecclesiæ Veronenfis Garnerius vulgavit. Demum quod

RUFINUS.
LV. CXVIII.

quod ad libri ætatem attinet, Garnerius non modo ante Nestorii & Eutychetis tempora, sed etiam ex Sirmondi sententia, ante Pelagii damnationem scriptum existimat, propterea quod ibi nulla contentio de Christi gratia mentio inferatur. Baunius Garnerii hac de re editam Dissertationem secundis curis auctam & prælo paratam exflare testatur.

Curatores postremæ editionis operum Sancti Augustini in addendis ad tomum VIII. quæ exstant post Indices in fine tomi XI. de auctore hujus libelli, qui *Rufino* perperam datur, quædam monuerunt, notari dignissima. Quare eorû summam huc transferam. Augustinus lib. XXV. III. de Trinitate hæc habet: *acute sane QUIDAM respondit heretico, versatissime interroganti, utrum Deus Filium volens aut nolens generit, ut si diceret nolens absurdissima Dei miseria sequeretur, si autem volens, continuo, quod intendebat, velut invicta ratione concluderet, non natura esse Filium, sed voluntatis. At ille vigilantissime vicissim quæsit ab eo, utrum Deus volens an nolens sit Deus. His Augustini verbis apprimè conveniunt, quæ Sirmondianus Rufini libelli de Fide habet capite LIII. pag. 315. quum igitur nos interrogaverint, utrum Deus procreaverit Filium necne, & acceperint a nobis responsum: procreavit; statim adjiciunt interrogationem hujusmodi, quam Græci dilemmatam vocant; invitus an sponte? Hoc autem faciunt, ut, si dixerimus, invitus, mox adjiciant: quod si invitus procreavit Filium, quomodo non est impium de Deo hoc dicere, quod generationis necessitati subiungatur? Sin autem, Sponte, dixerimus, illi rursus adjiciunt quod sibi libitum est: ergo si sponte procreavit, quasi voluntate procreatus, inter ipsum & omnia cetera, quæ Dei pariter voluntate creata sunt, nulla penitus haberi discretio poterit. Et infra: & nos contra interrogabimus eos simili modo interrogationis eorum, utrum sponte Deus bonus sit an invitus? Nihil sane aptius & luculentius ad evincendum, in loco ex Augustino a me superius prolato hunc libellum Sirmondianum indicari. Quis sit ejus auctor, non statim dicendum. In calce vetustissimi codicis Corbejenfis, uncialibus literis scripto, hæc subjiciuntur: *explicit Rufini presbyteri provincia Palestine liber de Fide, translatus de Græco in Latinum sermonem. Amen.* Rufino presbytero adscribit Jo. Diaconus. Sirmondus tamen fatetur, inscriptionem vel ex hoc mentiri; quod Origenem, velut impium & nefarium, passim libri auctor exagitet. Præterea, cui translatus de Græco in Latinum sermonem videatur liber, in quo legas cap. LIII. interrogationem hujusmodi, quam Græci dilemmatam vocant? Rufus cap. IV. *figmentum suum, quod Græci sophisma vocant?* Ac de mum cap. IX. de Sabellianis: *unam ac solum Deum Filium simul & Patrem per unam partem orationis pronunciare assolent, quasi Græce dicatur ὁ ἑὶς θεός, Filiopatrem.* Hæc Latinum potius scriptorem sonant, sua sensa per Græcos explicare nitentem. Et quidem in codice MS. Corbejenfi lineis transverfis prorsus jugulatur memorata inscriptio, cujus locum obtinet alia hæc nota, a secunda, sed prope æquali manu, adposita: *buc-**

æsqve

asque blasphemiam Pelagii hæretici contra fidem Catholicam, quas sub nomine Catholici falso titulo indidit. Præterea in fronte totius operis exstat hæc admonitio, literis Merovingicis ac pene fugientibus exarata: *hic liber, qui attitulatur Rufini, non te seducat, o pie lector, quia Pelagianus est, & blasphemias Pelagianorum plenas. Simulans enim contra Arianos disputationem, venena sua hæreseos inseruit. Unde hortor caritatem tuam, ut hunc blasphemum de vestro codice abscondatis: & pro eo librum Sancti Augustini de vera religione describite, ut quantitatem reparatis, hoc est, ut de voluminis magnitudine nihil decedat.* Ad hæc in ora ipsius libri adnotatur: *hic liber non Rufini, sed Pelagii hæretici, in quo contra fidem Catholicam multæ continentur blasphemie.*

Verum adversus tam antiquam totiesque repetitam viri docti observationem objicit *Sirmondus*, Pelagio librum non convenire, qui Adam, si mandatum Dei servasset, non moriturum fuisse approbet, adeoque primum evertat Pelagii decretum, quo ille Adamum, sive peccasset sive non peccasset, mortem obiturum fuisse contendebat. *Gennadius* tamen prædictis notis non parum suffragatur in Catalogo, ubi ait cap.XIIII. *Pelagius antequam proderetur hæreticus, scripsit libros tres de Fide Trinitatis.* *Gennadio* pondus addit *Jo. Diaconus*, qui non unum librum de Fide, jam vulgatum, sed & secundum, qui non exstat, *Rufini* nomine citat. Sed & responsum, ex *Gennadio*, ad id, quod *Sirmondus* objicit, in promptu est. Nihil enim mirum, si hæresiarches ex Fide Catholica, in qua natus altiusque fuerat, aliquid scripserit priusquam hæresim suam excogitaret. Ad Augustinum quod attinet, ab ejus ingenio prorsus alienum non erat, id non sine laude commemorare, quod hæreticus bene senserat. Illius etiam nomen, si Pelagius ipse non prius latere voluisset, forsitan Augustinus non tacuisset. Ex dictis sequitur, falsum titulum, qui libellum de Fide Rufino adscribat, & notas, quæ illum Pelagio vindicent, non temerarias, nec improbandam sententiam, qua in Augustini libro de Trinitate cap. xv. is ipse laudari existimetur. Hinc pariter discimus, quantum antiquis cordi fuerit, ne hæreticum opus incaute legeretur, immo, ut absconderetur ac prorsus supprimeretur, licet eo commode & ad rem Ecclesiæ, usus sit Augustinus, quomodo & alii Patres argumentis Arii Sabellium, ac Sabellii Arium impugnaverunt.

IV. Itaque *Rufinus Aquilejensis* a juniorum nonnullis perperam constatur cum *Rufino* presbytero *Palestino*, sive quocumque alio, ad quem libellus jam recensitus pertinere videatur. Perperam etiam cum *Rufino*, Cœlestii hæretici magistro, sive alius a *Palestino* sit, sive nequaquam diversus. *Syrus* enim is dicitur a *Mario Mercatore*, Latino homine, in Commonitorio. Atqui *Syrus* non dixisset, quem *Aquilejensem* esse totus occidentis, immo & oriens agnoscebat: & præcipue Augustinus *Rufini* perinde ac *Marii* necessarius. Cui enim Occidentalium ignotus erat *Rufinus Aquilejensis*, tot scriptis, tot amicitiiis, & vel una inter eum & Hieronymum contentione, ab ipso Augustino improbat, cele-

RUFINUS .
L.V. C.XVIII.

celeberrimus? Nemo ignorabat, *Rufinum* nostrum Aquilejensem (non sane *Palæstinum* aut *Syrum*) ab Hieronymo tanto ante laudatum in Chronico & in epistolis: a Paulino Nolano pariter in epistolis. Fuerit Mercator natione *Campanus*, quod putat *Garnerius*, fuerit *Afer*, ut alii conjiciunt, ipse unus ignorare non potuit quem nemo ignorabat. Erat enim Rufinus Aquilejensis passim in ore famæ non solum in *Campania*, ubi Nola, sed in *Africa*, ubi *Augustinus*, qui ex ejusdem *Rufini* editis libris Historiæ Ecclesiasticæ, & Sixti Pythagorici, testimonia in operibus suis protulerat, quemadmodum eodem sæculo, quo floruit *Marius*, alii quoque Africani, *Victor Vitenfis*, & *Vigilius Tappensis* in suis protulerunt. Ad hæc Jo. Cassianus, *Rufino* & Mario æqualis, in Syria primum, deinde Romæ, & mox in Galliis notissimus, Rufini Expositionem *Symboli* suis in libris laudaverat, in qua idem *Rufinus* Aquilejæ se tinctum prodiderat. Qui ergo a Mario, vel a quovis Latinorum *Palæstinus* aut *Syrus* dici potuit? Sed nempe hoc ajunt, quia multos annos in Syria vixit. At Hieronymus etiam vixit, obiitque, nec propterea *Syrum* aut *Palæstinum* eum aliquis appellavit. Palladius, homo Syrus, & ipse *Rufino* & Mario æqualis, *Aquilejensem*, non Syrum dixit: dixit quoque Gennadius, Mario suppar. Hæc omnia in unum coeuntia, mihi persuadent, & cuiquam, ni fallor, persuadebunt, *Rufinum* Syrum aut *Palæstinum* dici non debuisse nec potuisse qui *Aquilejensis* erat. Immo hinc aperte deduci puto, Rufinum, *Syrum* aut *Palæstinum* ideo dictum, ne cum *Aquilejensi* confunderetur. Nollem ab Josepho Aguirrio Cardinali in Theologia Sancti Anselmi tomo III. Tract. VI. cap. LXVIII. Disput. CXI. Sect. IV. §. 30. & Disput. CXII. Sect. VI. §. 62. *Rufinum* illum *Syrum* cum *Aquilejensi* commixtum. Id enim fecit vir optimus, omni antiquitate reclamante, & omnino frivolis argumentis inductus. Aguirrium magna pietatis & doctrinæ laude in Senatu S.R.E. venerandum suspexi: qui si viveret, quo erat animi candore, me ab se dissentire alacriter pateretur. Siquidem aliunde constat, religiosissimum Cardinalem priores sententias suas non bene subnixas, ingenio pudore exuere nunquam veritum. Neque enim, ut ait Quinctilianus de Institutione oratoria libro X. cap. I. *id statim legenti persuasum sit, omnia, quæ magis auctores dixerunt, utique esse perfecta. Nam labuntur aliquando & oneri cedunt.* Hæc in antecessum de Rufino Syro, ab *Aquilejensi* diverso, occasione libelli *de fide*, a Sirmondo vulgati, nostroque ab aliquibus attributi. *De Syro* enim rursus post *Aquilejensis* obitum, cujus acta pergo enarrare; quandoquidem ejusdem opera omnia vera & spuria, exstantia & perperdita, hætenus recensui.

CAPUT XIX.

I. *Theophili Alexandrini epistola ad Anastasium Papam circa Paschatis celebrationem turbas excitat in Ecclesia. II. Rufinus ab Anastasio minime damnatus. III. Hoc præter alia ostendit ejusdem cum præcipuis Italiæ Episcopis communicatio. IV. Ejus tantum librorum Periarchon versio non probata. V. Rufini responsa ad Hieronymum circa Anastasi Papæ epistolam ad Jo: Hierosolymitanum. VI. Similitas inter Hieronymum, & Rufinum ab Augustino improbat.*

I. **U**T Rufini libros una serie atque ordine comprehenderem, cetera ejusdem acta paullum seponere oportuit. Nunc tandem omnium Rufini operum recensionem absolvi; quare illuc redeo, unde diverti. Fervente dissidio inter Hieronymum & Rufinum ob Latine versos Origenis libros Periarchon, *Theophilus* Alexandrinus pro A. D. 401. scripserat primam paschalem Epistolam, quæ in vulgatis Hieronymi operum editionibus *secunda* est, ut alibi dixi. Hæc, quæ plurimum Origenis errorum Catalogum ex capta occasione diei paschalis prænunciandi, in epistolam intrusorum, complectebatur, a Hieronymo Latine reddita, Romamque de more transmissa, ut Paschatis ejusdem anni 401. certam diem denunciaret, *Anastasium* pontificem mire turbavit. Latini enim, observante Norisio, Græci hominis errores nondum perceptos habuerant. Eodem Norisio auctore, *Anastasius* ubi primum accepit *Theophili* epistolam, nihil ultra morandum ratus, *Origenem lata sententia condemnavit*, quod ipsum eodem anno 401. in suis Ecclesiis fecisse ait *Venerium* & *Chromatium*, duos Mediolani & Aquilejæ Italicos metropolitæ. Hoc tamen gratis dicitur a viro doctissimo. Neque enim disciplina Ecclesiæ Romanæ ferebat, ut Summus Pontifex unis literis *Theophili* de *Origene* obiter & callide agentibus excitatus, illico Origenem condemnaret, inconsultis Occidentalibus, aut saltem concilio, vel presbyterio Romano: quod profecto statim fieri non poterat. Vir purpuratus promulgationem literarum *Theophili*, quæ præter diei paschalis denunciationem, errorum Origenis Catalogum complecterentur, *condemnationem* Origenis appellavit, quando unum Pascha earundem literarum promulgatione denunciatum est. Non enim Ecclesia Romana condemnationes ab aliis Episcopis factas denunciabat; sed ipsa suas, tanquam omnium Ecclesiarum mater & princeps, aliis denunciandas, semper edere consuevit. Episcopo Alexandrino cura incumberebat, diem investigandi, quo pascha quotannis celebrandum. De hoc tanto ante certam reddebat Apostolicam Sedem, *ut hujus scripti ad longinquiores Ecclesias indicium generaliter percurreret*, inquit Leo magnus in Epist. xciv. alias lxi. ad Marcianum Augustum. Etenim Pontifex, præmature accepto Episcopi Alexandrini consilio, diem Paschatis sequuturi, *omnibus*

RUFINUS .
L. V. C. XIX.

occidentalium partium Sacerdotibus denuntiabat, ut ait idem Leo Magnus epist. cxii. ad Marcianum Augustum . Hi *Sacerdotes*, erant omnes Romani Patriarchatus metropolitæ, per Galliam Cisalpinam, Venetiam & Istriam, Illyricum, Britannias, Gallias, Hispanias, & Africam constituti, nimirum per totam Europam usque ad Thraciam . Si quidem has omnes provincias Ecclesiasticas, Romano Patriarchatu comprehensas, palam est, & dudum ostendit Norisius in Responsis ad Gervas germanas Francisci Macedi pag. 41. Ea paschalis denuntiatio promulgabatur ex præscripto Canonis I. Concilii I. Arelatensis in editione Labbei to. I. pag. 1427. Vide Franciscum Bernardinum Ferrarium de Ritu sacrarum concionum lib. I. cap. xxv. Apud Alexandrinum in *præcedenti festo Epiphaniæ*, diaconorum præconio id fieri consuevit : quod præcipue constat ex Cassiani collatione x. cap. I. pag. 364. edit. Ciacconii . At vero paschales literas ab Antistite Alexandrino ad Romanum, a quo reliquæ occidentales accepturæ essent Ecclesiæ, in Epiphania vulgaturæ, *anno superiori* præmitti solitas, recte adnotavit Baronius A. D. 399. §. 111. a Norisio in Historia Pelagiana lib. I. cap. 11. & Pagio A. D. 401. §. v 111. immerito confutatus . Hæc fusc alibi persequor, de anno emortuali S. Athanasii disceptans . Hieronymus initio libri 111. Apologie pag. 453. quem librum scripsit ineunte A. D. 402. ait, se DUAS Theophili paschales epistolas *per hoc ferme biennium* Latinas fecisse, præterea nullas . Ergo Hieronymus earum *primam* pro A. D. 401. latinam fecit initio A. D. 400. Romam mittendam, & per totum Occidentem ab ejus Patriarcha Pontifice Romano subinde vulgandam . Vulgata est autem Romæ primum ab *Anastasio*, qui, ut Primas & Exarchus totius Italiæ, vulgandas mox pariter misit ad duos sui istius Exarchatus primarium sedium metropolitans, qui tunc *soli in totius Italia* continenti habebantur, *Gallia Cisalpina* nimirum, *Venetia & Istria*, *Venerius*, & *Chromatius*, ad quos in conventibus suarum Ecclesiarum easdem *solemnes* literas, uti eas vocat Cassianus, vulgare, & reliquis Episcopis comprovincialibus sibi subiectis denunciare pertinuit . Hæc eo tendunt, ut omnibus pateat, *Anastasium* Romanum Pontificem, *Venerium* Mediolanensem, & *Chromatium* Aquilejensem antistites, ubi Theophili Alexandrini literas paschales pro A. D. 401. in suis Ecclesiis vulgarent, in id unum intendisse, ut certum diem Paschæ ejusdem anni suis populis prænunciarent, licet obiter in iisdem literis nonnulli Origenis errores, antea Latinis ignoti, recenserentur, quorum damnatio Paschalis diei prænunciationem nequaquam spectabat . Theophilus dedit opera paschalibus literis Origenianos errores, ab se studiose collectos, addiderat, ne Pascha prænunciari posset, quin pariter iidem errores prælegerentur . Rem his verbis expressit Hieronymus Apol. I. lib. II. pag. 417. *Episcopi Anastasius, Theophilus, & Venerius, & Chromatius, & omnis tam Orientis, quam Occidentis Catholicorum SYNODUS, qui pari sententia, quia pari spiritu, illum (Origenem) hæreticum DENUNCIANT*

CIANT *populis*, &c. Ecclesie conventum in die festo Epiphaniae congregatum, ut futuri paschalis festi ac sententiae Alexandrinae in Origenem denunciationem audiret, *Synodum* appellat. Hoc idem dicit *Theophilus* apud Justinianum Aug. in Epistola ad Mennam, sive tractatu adversus Origenis errores tom. v. Conciliorum Labbei pag. 658. B. Ita enim ait, in Sermone quodam ad Monachos, Origenismi nota infimulatos: *anathematizantes Origenem, ceterosque haereticos exemplo nostro, & Anastasio S. R. E. Episcopi, qui ex veteribus certaminibus clarus, nobilissimii populi dux creatus est: quem & universi beatorum Occidentis Episcoporum SYNODUS, qua accepit ac probavit Alexandrinorum Ecclesia sententiam in impium latam, &c.* Haec scripsit Theophilus ex Anastasio pontificis literis, quibus respondit, se ejus paschalem Epistolam pro A. D. 401. qua errores Origenis etiam continebantur, per duos Italiae metropolitans *Venerium & Chromatium* ceterosque totius Occidentis primarum sedium Episcopos vulgandas curasse. Ex *Theophilo* deinde rei notitiam habuit Hieronymus. Vox *Synodus* sefellit doctissimum virum *Norifium*, & *Garnarium* quoque in notis ad Liberatum pag. 227. ratero vere in *Synodis Italicis, Romae, Mediolani, Aquilejae*, damnatum *Origenem*, quum tamen Synodi illae seu provincialium conventus non ad damnandum Origenem conveniret, sed ad audiendas a metropolitans *Theophili epistolae*, futuri paschatis diem certam quotannis de more praenunciantes. Audi Hieronymum in literis ad Theophilum: *Vincentius presbyter ante biduum, quam hanc epistolam darem, de Urbe venit, & suppliciter te salutatur, crebroque sermone concelebrat, Romam & Italiam tuis EPISTOLIS (non Synodis) liberatam; nimirum ab Origenismo, quia Theophili paschales epistolae in Epiphania a singulis metropolitans & episcopis Italiae in comprovincialium & popularum frequentia perlectae, Catalogos etiam errorum Origenis ab eodem Theophilo cusos complectebantur.*

II. *Rufinus*, Aquilejae degens, quum in Epiphania anni 401. haec *Theophili* paschales literae a diacono in Ecclesia de more praelegerentur, audita recensione errorum *Origenis*, exhorruit, seque illos ante ignorasse pronuntiavit. Hoc ab amicis *Aquilejensibus* Hieronymo scriptum est. Rem ipse narrat his verbis Apol. lib. I. pag. 363. *lectis NUPER papa Theophili EPISTOLIS, in quibus Origenis exponit errores, dicitur (Rufinus) obturasse aures suas, & auctorem tanti mali clara cum omnibus voce damnassee, & dixisse usque ad illud tempus se ignorasse quod tam nefaria scripsisset.* Haec Hieronymi verba nos docent, Origenis *condemnationem*, ut vocat, quam *Chromatius*, praesente *Rufino*, Aquilejae publicavit, non aliud fuisse, quam *paschalem Theophili Epistolam*. De *Anastasio* & *Venerio* idem omnino dicendum est. Hieronymus promulgationem paschalis epistolae, in qua praeter paschatis praenunciationem, etiam Origenis errores explicabantur, vocat *condemnationem* Origenis. *Norifius* in Historia Pelagiana lib. I. cap. 11. verborum Hieronymi sensum minus recte affectus, ait, *in ea*

RUPINUS .
Lb. V. C. XIX.

tamen *Origenis damnatione*, *Rufinum minime nominatum*. Hoc verisimam est. Cur enim *Rufinus* in *Theophili paschalibus literis*, ubique terrarum legendis, nominari debuit? Tanta inest magnis nominibus auctoritas, ut secum aliquando celeberrimos viros in errorem abducere possint! Quum *Baronius* ex loco *Hieronymi*, non bene percepto, *Origenem* ab *Anastasio* pontifice, & mox, eo indicente, a *Venerio* *Mediolanensi*, & a *Chromatio* *Aquilejensi* palam damnatum tradidisset *A. D. 400. §. 12111*. postmodum alii viri, literarum laude clari, in *Baronii* vestigia incurrentes, idipsum tradiderunt. Hi sunt post *Norisium* *Johannes Garnerius*, & *Pagius*. Ille ad *Marium Mercatorem*, inque *Dissertatione* ad *Liberatum* *Diaconum* cap. v. §. I. pag. 227. *Pagius* vero *A. D. 401. §. 1x*. Immo hic postremus *Rufinum* eadem *Origenis damnatione* comprehensam, quod *Norisius* jure negaverat, asseverare non dubitavit; quippe quem invitus decepit *Garnerius*, qui epistolam *Anastasio* ad *Johannem Hierosolymitanum*, ex codice *Bellovacensi* denuo ab se editam interpolavit ferme integro capite *v 111*. quod *Origenis & Rufini damnationem* involveret. Et tamen *Garnerius*, ne quenquam falleret, ipsam interpolationem, ab se factam, & caractere diverso expressam, ingenue fatetur in notis pag. 112. col. I. Epistolam ab interpolationibus vacuum, *Baronius*, præter alios ediderat *A. D. 402. §. xxv1*. in qua nullam *Origenis*, nullam *Rufini damnationem* offendimus: nulla *Venerii*, nulla *Chromatii* in *Synodis* suorum comprovincialium, *Origenem* *Rufinum* que damnantium, sit mentio. Unum de *Rufino* ait ibi *Anastasio*, solius *Dei* esse de eo judicare. Ergo ipse nullum de illo judicium tulit, eundemque minime condemnavit. Addit, se de *Origene* quidquam antea nescisse. Mentem suam de *Rufini* translatione librorum *Periarchon* *Johanni* deinde aperit, illam scilicet *puris mentibus* (*Pammachii*, *Oceani*, & *Marcellæ*) quandam *nebulam* excitasse, quasi *Rufinus* interpretis *Fidem Catholicam* ea lædere voluisset. Suum tamen de libro judicium, ex una *Rufini* interpretis intentione pendere declarat. Si enim errores damnat, se hoc approbare ait. Si erroribus assentitur, hoc se non admittere, sed jure & merito condemnare. Hoc *Dei* providentiæ gratiam fore confidit. Eadem se ad *Sanctum Venerium* *Mediolanensem* scripserit testatur, qui scilicet pro *Rufino* ad *Anastasio* scriperat, hortatus, ne *superflua laboraret formidine*, neque vano timore sollicitaretur ob *Rufini* translationem. Se curaturum, ut populi sibi crediti ab *Rufini* versione caveant, ne *devotas mentes immissa sui caligine labefactare conerent*. *Arcadii* & *Honorii Augustorum* literas ad se delatas, quibus catholici *Origenis* lectione interdicerentur. Ita deinde concludit: *hactenus sententia mea forma processerit*. Atqui nulla certe in *Rufinum*, *sententiæ damnationis forma processit* in eadem epistola, neque in ullo alio veteri monumento. *Quirelæ* in *Rufinum* amicam & suæ Ecclesiæ presbyterum, *sparsæ*, *Johannem* adegerant, ut suspiciones suas in illarum auctores apud *Anastasio* effunderet. Pontifex hac de re ad *Johannem* respondens,

dens, rogat suspiciones deponat, memineritque, Dei esse corda hominum introspicere, de *Rufino* hoc addens: *propria mente Origenis dicta in Latinum transtulit, & probavit: nec dissimilis ab eo est, qui alienis vitiis præstat assensum. Illud tamen scire (te) cupio, ita haberi a vestris partibus alienum, ut quid agat, ubi sit, nescire cupiamus. Ipsa denique viderit ubi possit absolvi.* Hæc summa literarum *Anastasio* ad *Johannem*, quas *Baronius* A. D. 402. §. xxvi. & xxx. huic anno defixit, nondum scilicet evoluta die xxviii. Aprilis, quo Pontifex vivere desinit. At citius datas infra ostendemus. *Anastasio* tamen eas nec Romæ, neque in Italia, vulgavit, quippe qui *privatim* scriptas ad unum *Johannem* dedit, si vere scripsit. Dubitatum enim a *Rufino*, & a viris doctis superioris ævi. Sed, per me, scriptæ fuerint. Eas enim pro vere scriptis admitto. Inde tamen elici puto, *Anastasio* privatam & familiarem epistolam, ad antistitem Hierosolymitanum datam, pro decreto *Synodico*, in *Origenem* & *Rufinum* palam edito, nequaquam habendas. Etenim judicaria Ecclesiæ Romanæ decreta, Romæ prius, quam alibi, vulgari consueverunt. *Rufinus* in Venetia morabatur, adeoque intra terminos Primatus & Exarchatus Romani pontificis, ad quem *Apologiam* suam miserat, ideoque publicam damnationis pœnam promeritus, summi pontificis peremptorio judicio, ex Romanæ Ecclesiæ & ævi disciplina palam Romæ edito, damnari debuisset. Hoc factum est nunquam. Miror quam maxime, duos longe doctissimos & religiosissimos Cardinales, *Baronium*, & ex eo *Jacobum Peronium* in Responso iterato ad Regem Britannicæ cap. xxxi. Pagium etiam A. D. 401. §. xvi. *Tillemontium* tom. xi. artic. c. pag. 242. & Natalem Alexandrum sæculo iv. cap. vi. artic. xxxi. peremptoriam anathematis sententiam Romæ ab *Anastasio* pontifice in *Rufinum* latam arbitratos; nec tamen eos animadvertisse, ex hac sua credulitate, Apostolicæ Sedi permagnam injuriam irrogari. Si enim *Rufinus* anathematis sententia confixus unquam fuisset, uni Apostolicæ Sedi, non alii, eam tollere licuisset, quum in canone Apostolorum xxv. alias xxxi. & in v. Nicæni Concilii caveatur, ne junctus ab Ecclesiæ communione per sententiam damnationis, ab alio quocumque suscipi possit, nisi prius ab ipso, qui se junxerit, susceptus fuerit. Hoc pariter statuit Concilii I. Antiocheni canon v. Ad *Labbeum* tom. ii. pag. 46. & 563.

ii. Jam vero quid absurdius, & Romanæ Sedi, omnique disciplinæ Ecclesiasticæ injuriosius excogitari potest, quam *Rufinum* dicere a prima Sede anathematis vinculo innodatum, neque absolutum, a præcipuis tamen Italiæ Episcopis in communionem suam benevole exceptum? Exceperunt enim *Venerius* Mediolanensis, *Chromatius* Aquilejensis, *Larentinus* Concordiensis, *Petronius* Bononiensis, & *Gaudentius* Brixianus, Gallicæ Cisalpinæ & Venetiæ Episcopi magna sanctitate venerandi. Immo *Chromatius* Bethleemiticum senem monuit, ut *suam faceret simultatum*, ipso teste libro ii. Apol. pag. 437. *Anne Chromatius* pro homi-
no

RUFFINUS.
LIB. V. C. XLIX.

ne *damnato* id monuisset? Anne ipse, aliique, Anastasii Summi pontificis & totius Italiæ Primatis, judiciaria sententia despectui habita, *Rufinum* in Catholicam communionem contra Petri cathedram suscipere ausi fuissent? Hi enim omnes *Rufinum*, sibi apprime carum, suæque communionis participem, nemine reclamante, usque ad vitæ finem habuerant, ut interim de utraque Melania, aliisque Romanis, de Paulino Nolano, Augustino Hipponensi, & Johanne Hierosolymitano, spectatissimis pariter viris, & præfulibus in Ecclesia celeberrimis, taceam, quos *Rufini* amicitiam semper coluisse, ex literarum monumentis a me adductis, & adhuc fortasse adducendis, sit manifestum. Anne vero tanti antistites, hominis in Romanæ Ecclesiæ senatu a fidelium communione rescissi, amicitiam coluissent? De tantis viris hoc dicere non sustinet animus. Hoc ipsum dici, nefas putavit Honoratus Faber in Prodro-mo velitari Parte II. cap. II. pag. 84. col. I. Immo quum *Rufinus* cohorrerit, auditis Origenianis erroribus, suæque Fidei confessionem eviderit, certum videri ait, ab *Anastasio* nequaquam *damnato*, sed suæ conscientiæ, & divino iudicio relicto. Unum etiam addere iuverit. Si Anastasius *Rufinum* a communione fidelium segregare voluisset, non ad Jo: Hierosolymitanum, non ad *Venerium* Mediolanensem, sed, ut universalis Ecclesiæ Episcopus, & etiam totius Italiæ Exarchus & Primas, ad *Cbromatium* Aquilejensem, in cuius Ecclesiæ presbyterio tunc *Rufinus* aderat, judicariam condemnationis sententiam, in eum Romæ vulgatam, misisset. *Cbromatio* enim Venetiæ & Istriæ Primati nihil erat cum Mediolanensi, nihil cum Hierosolymitano. Hoc Anastasius perspicue patefecerat, ubi Theophili Alexandrini paschalem epistolam pro A. D. 401. a Hieronymo Latine conversam, non ad unum *Venerium* Galliæ *Cisalpinæ* Primatem, sed ad *Cbromatium* pariter, Venetiæ & Istriæ metropolitanum, transmisit, ceteris Episcopis suæ Ecclesiæ contributis aut suffraganeis, vulgandam. Hæc disciplina a Summo Pontifice servata fuisset in anathemate adversus *Rufinum* vulgando. *Rufinus* enim in *Cbromatii* parœcia, si Aquilejæ, vel in ejus provincia, si *Concordia* aderat, morabatur. Moratum vero Aquilejæ, fervente hac controversia, satis ostensum est.

IV. Ex his jure concludi potest, immo & debet, *Rufinum* Aquilejensem ab Anastasio Pontifice non fuisse *damnatum*, sed solam ejus latinam versionem librorum Origenis Periarcho non probatam, vel, si mavis, rejectam, idque non edito aliquo vel decreto Synodico, sed privata epistola ad Jo: Hierosolymitanum, cuius epistolæ nullam *Rufinus* in Italia a Romanis suis notitiam habuit unquam, neque ab illo ipso, ad quem scripta fuerat, quanquam sibi amicissimo; sed ab uuo Hieronymo, qui primus illam ei exprobravit & misit. Sic enim habet in Apologiæ lib. II. pag. 405. certe si ideo interpretavis, ut eum (Origenem) hæreticum arguas, nihil de Græco mutes, & hoc ipsum præfatione testare: quod prædentissime Papa Anastasius in epistola, quam contra te scribis ad episcopum

pum Johannem, suo sermone complexus est. Hieronymus, ipsa Anastasii epistola Apologiæ suæ mox adjuncta, hæc subdit: *ac ne forsitan hoc quoque neges, subjecti exemplum ejus, ut si non vis audire fratrem* (Hieronymum) *monentem, audias episcopum* (Anastasium) *condemnantem*. Ex his docemur, ut Anastasii epistola, ad Johannem scripta, Rufino innotesceret, Roma, non Bethleemo ad illum mitti debuisset, & quidem ab adversario: qui, si Romæ vulgatam scivisset, hoc idem in *Apologia* semel atque iterum inculcasset, hoc *Rufino* jure exprobrasset, ipsum Anastasianæ epistolæ exemplum è Palæstina ad *Rufinum* mittendi, nulla necessitate compulsus. Misit, quia in Italia ignorari sciebat. Hieronymus Apologiam hanc adornavit A. D. 401. Ait enim libro I. pag. 377. *se ante biennium* adversus laudes a *Rufino* in prologo versionis librorum Periarchon sibi datas, scripsisse. Scripsit autem A. D. 399. ut a me alibi animadversum. Ergo Hieronymus A. D. 401. priorem suam Apologiam in libros II. distinctam adornavit. Pagius contra Baronium, Huetium, & Norisium aliis rationibus hoc idem urget A. D. 401. §. X. *Venerius*, in literis Anastasii memoratus, olim Ambrosii Diaconus, in Mediolanensi Cathedra Simpliciano successerat A. D. 400.

V. Jam videamus quid *Rufinus* in literis contra duos Hieronymianæ Apologiæ libros de epistola Anastasiana, per Hieronymum ad se transmissam, responderit. *Rufini* literas, ad unum Hieronymum scriptas, olim periisse jam monui. Sed earundem summa colligitur ex Hieronymiano responso, quod est liber 111. alias Apologia 11. Ejus loca decerpam ex eodem lib. 111. Hieronymi pag. 455. 457. 459. 462. 468. editionis novæ.

1. Rufinus ait, *de Papa Anastasio, nulli verum videri, ut tantæ Urbis Sacerdos innocenti* (Rufino) *injuriam facere potuerit vel absenti*.

2. Epistolam *Sancti Papæ Anastasii esse confictam*.

3. *Ab eo* (Johanne Hierosolymitano) *cui missa esset, debuisset ad Rufinum transmitti*.

4. *Siricii, præcessoris ejus* (Anastasii) *se habere testimonium, seu literas formatas, quibus, tanquam certæ suæ fidei tessera, munitus Roma in patriam discesserat*. De istiusmodi literis formatis consulendus Philippus Priorius. Eas quum Rufinus palam obtinuerit post Romæ sparsam librorum Periarchon Latinam versionem, jam sibi privatas literas, sub nomine *Anastasii* confictas, officere non posse. Sufficere sibi *totius Orbis testimonium*.

5. Hieronymus Anastasii literas, ab se ad *Rufinum* ex Oriente transmissas, *præteriti anni epistolam* vocat, atque alia *recentia ad Orientem SCRIPTA* commemorat, *in quibus Papa Anastasius tantis eum* (Rufinum) *ornet floribus*. Quænam hæc scripta fuerint, ignoramus. Anne fuerunt ejusdem commatis ac epistola, de qua loquimur? Certe mirum est, a nullo ex antiquis laudari, neque Hieronymum hæc quoque scrip-

RUFINUS.
LIT. V. C. XIX.

ta ad Rufinum misisse, aut quid essent, clarius explicare noluisse; quandoquidem Rufinum *tantis ornabant floribus*. Nunquid responsum quodpiam ad Theophili Alexandrini paschales epistolas fuerunt, in quibus Originis errores expositi? Ita censendum est.

6. Rufinus iterum Siricii *formatam* epistolam, sibi Roma Aquilejam proficiscenti traditam, ingerit, hanc non credens, ab Anastasio successore infringi potuisse, nullos se, post Siricii decessum, errores sparsisse deprehensos, immo univcrsis *totius Italiae episcopis puram & apertam suae fidei confessionem suscipientibus, & expositionem comprobantibus*. Hieronymus quidem non abnuit, quin *Italiae episcopi* Rufini confessionem fidei comprobaverint. Tantum se id mirari ait: *miror, quomodo probaverit Italia quod Roma contempsit: episcopi susceperint quod Sedes Apostolica condemnavit*. Anastasius Rufini Apologiae pro Fide sua, nihil reposuit. Hoc Hieronymus *contemptionem* appellat. Anastasii vero epistolam ad Johannem Hierosolymitanum, Rufino parum æquam, Rufinianæ Apologiae *condemnationem* appellat.

7. Rufinus addit, Apostolicam Sedem *pacifcas* literas semel datas, absque novo crimine hæreseos, revocare non consuevisse. Demum Anastasianam epistolam vocat *FALSAM, & fraude subnixam*.

Notandum est porro, eam certe ab Hieronymo pugnaciter non obtrudi pro vera. Hoc unum Hieronymus ait, (& verum ait) ab se non esse *confictam*. Rufinum de ejusdem epistolæ veritate in patria sua suspicantem, Hieronymus Romam mittit; ad Romanæ Ecclesiæ *chartarium* mittit. Hoc ipsum evincit, *Romæ* palam non fuisse vulgatam; alias cur epistola recentissima, deque tanta quæstione edita, quæ omnibus nota, atque obvia esse debuisset, in arcanis summorum pontificum tabulariis, tanquam res abdita, & vetus, quærenda? *Rufini* æmuli, Hieronymique studiosi ejusmodi epistolam clam abdi, nec palam haberi, anne passi fuissent? Magnus doctor opponit, Anastasium in Rufinum, licet pridem Siricii literis communicatoris munitum, *scribere potuisse*; eum tamen *vere* scripsisse non dicit. Sed neque magnus doctor unquam prodit, unde ipse Anastasianæ, quæ jactabatur, epistolæ exemplum habuerit; an ab ipso Johanne Hierosolymitano, an a alio. Hoc certe palam prodit ab eo debuisset, ut sinceram esse neganti, os facilius obstrueretur. Sane haud fit credibile, Johannem, qui pro amico *Rufino* ad Anastasium scripserat, Anastasii responsum, sibi uni de amico scriptum, & neutri opido gratum, in vulgus ita spargere voluisse, ut ejus exemplum non ex Urbe, non ex parte Johannis, sed ab ipso Hieronymo ad *Rufinum* ludibrii causa mitteretur. Hieronymus antri Bethleemitici incola, in oratorum castris innutritus, neque de Italicis rebus ob regionum longinquitatem, ab *Rufini* æmulis sincere ac sufficienter instructus, eloquentiæ arte causam agit. *Rufinus* epistolam suam his verbis clauserat: *opto, te pacem diligere*. Hinc ipse *Rufinus* beati *Chromatii* monitis obsecutus, quibus Hieronymus invitum se obsequi non posse excusaverat, ejusdem

Hie-

Hieronymi libro III. nihil reposuit : quodque hominem , pacis aman-
tem docuit , literas suas , ad Hieronymum pro se scriptas , nequaquam
in vulgus sparsit . Nec sane Hieronymus dehinc *Rufinum* pertrinxit ,
nominatim scilicet . Si enim interdum sub *alienis nominibus* , & in enig-
mate id fecit , non fecisse dicendus est , quod sub larva faciebat , fortasse
nolens intelligi de quo loqueretur , seque hoc pacto offendiculum vitare
studens . Ad Anastasianam epistolam quod attinet , tanto animorum
dissidio ultro citroque flagrante , hujusmodi epistolas confingi potuisse ,
haudquaquam difficile est , quum aliæ quoque Hieronymo , quasi palino-
diam canenti , suppositæ , in Africam transvolaverint , ipso teste lib. II.
Apologiæ pag. 419 . Hanc tamen Anastasianam epistolam ab Hieronymo
pro germana primo habitam , non dubitamus . Sed ex quo *Rufinus* eam
falsitatis infimulavit , Hieronymus pro illius sinceritate mordicus cer-
tasse haudquaquam videtur . Librum ejus *tertium* pensiculate confide-
ranti hoc facile patefiet . Post *Rufinum* Petrus Halloixius in Origene de-
fensio libro IV. Quæst. VIII. pag. 333 . & Honoratus Faber in Prodomo
velitari Parte II. cap. II. pag. 84. col. 1. certe Anastasianam epistolam *ip-
simum dubium vocare* non sunt veriti .

VI. Amarulenta hæc inter tantos viros jurgia Sanctus Augustinus ,
utrique amicissimus , pro miti animo suo , probare non potuit . Hierony-
mus enim A. D. 402 . Asterio subdiacono ex locis sanctis in Africam re-
versuro , tradidit epistolam suam inter Augustinianas IXXVIII. olim XIII.
ad Augustinum ferendam . Hieronymus in hac meminit responsi ab se
nuper dati ad *Rufini* literas , aitque de ejus scriptis , sibi nunciatum , in
Africam pervenisse , quorum ipse consultationem ad Augustinum pridem
transmiserit . Latius opus Apologiæ , in *duos libros* distinctæ , se com-
modiori tempore missurum promittit . Do verba Hieronymi : *misit mihi
temeritate solita , maledicta sua* (literas in ejusdem Hieronymi libros
duos Apologiæ) *Calpurnius cognomento Lanarius* . Sic *Rufinum* appellat ,
ad ejusdem nominis proditorem alludens , qui , ex Plutarcho in Sertorio ,
Livium Salinatorem , sub cujus signis militabat , sæde obruncavit . Per-
git Hieronymus , quæ (maledicta , sive *Rufini* literæ adversus libros duos
Hieronymianæ Apologiæ) *ad Africam quoque , studio ejus (Rufini) di-
dici pervenisse . Ad quæ breviter respondi* (Apologia II. seu libro III. Apo-
logiæ) *& libelli ejus vobis misi exemplaria . Latius opus* (suam Apologiam
primam in libros duos distinctam) *quum opportunum fuerit , primo mis-
surus tempore : in quo istud cavi , ne in quoquam existimationem laderem
Christianam , sed tantum ut delirantis imperitiquæ mendacium ac vecor-
diam confutarem .*

Augustinus , perlectis Hieronymi literis , animo concidit : Etenim
in non vulgaribus magni senis erga se benevolentie argumentis , novit ,
illum nonnihil in se subiratum . Vir placidissimus , libri ejus in *Rufinum*
lectione percussus , pene contremuit , illacrymatus , tam insignes ami-
cos , & omnium præconiis antea celebratos , in tantum irarum æstium

H h h

ruisse.

RUFINUS .
L. V. C. XIX.

ruisse . Hinc peropportuna occasione arrepta , rescripsit ad Hieronymum epistolam xv. nunc LXXXIII. opus vere aureum , & caritatis modestiæque plenissimum . Verba , quæ Hieronymi , Rufinique animorum motus respiciunt , ad humanæ levitatis documentum huc adferam ex capite ipsius ejusdem epistolæ , quam nuper Augustinianæ editionis auctores conjiciunt in A. D. 404. scilicet post utriusque viri scriptionibus finem impositum , palam saltem , & potissimum ex parte *Rufini* . Verba hæc sunt : *nescio quæ scripta maledica super tuo nomine ad Africam pervenerint . Accepimus tamen quod dignatus es mittere , illis respondens maledictis . Quo perlecto , fateor , multum dolui , inter tam caras familiarsque personas , CUNCTIS pene ecclesiis NOTISSIMO amicitia vinculo copulatas , tantum malum exstitisse discordia . Es tu quidem , quantum tibi modereris , quantumque teneas aculeos indignationis tuæ , ne reddas maledictum pro maledicto , satis in tuis literis eminet . Verumtamen , si eas ipsas cum legissem , contabui dolore , & obrigui timore ; quid de me illa facerent , quæ in te ille scripsit , si in manus meas forte venissent ? Væ mundo ab scandalis ! Ecce sit , ecce prorsus impletur quod Veritas ait : quoniam abundabit iniquitas , refrigescet caritas multorum . Quæ sibi enim jam fida pectora tuto refundantur ? In cujus sinum tota se projiciat secura dilectio ? Quis denique amicus non formidetur , quasi futurus inimicus , si potuit inter Hieronymum & Rufinum hoc , quod plangimus , exoriri ? O misera & miseranda conditio ! O infida in voluntatibus amicorum scientia præsentium , ubi nulla est præscientia futurorum ? Sed quid hoc alteri de altero gemendum putem , quando nec ipse quidem sibi homo est notus in posterum ? Novit enim utcumque vix forte , nunc qualis sit . Qualis autem postea futurus sit , ignorat . Ita Augustinus .*

Curatores novæ Augustinianæ editionis in præfatione to. II. cap. LXVIII. ancipites hærent , utram *Apologiam* Hieronymus Augustino transmisit , primam ne , an secundam . Certe primam in duos libros distinctam non misit , quam latius opus appellat , seque postea missurum promittit . Ergo secundam ab se missam innuit , in qua ad *Rufinianam* epistolam , jam deperditam , ex parte , ut loquitur , vel *summatim* tunc recens responderat . Hipponensis Præsul in epistola CLXVI. ad Hieronymum cap. v. §. 15. ex eadem hujus *Apologia* II. pag. 464. testimonium profert de *origina anima* . Ex verbis antea recitatis colligimus , Augustinum , quamvis Hieronymianam *Apologiam* II. legisset , & *Rufiniana* scripta ignoraret ; in discordia , quæ utrunque scindebat , neutri adhæsisse . Id unum præstitit , ut tantas inimicitias ingemisceret , easdemque e medio tolli summopere optaret . Quem Hieronymus *Calpurnium Lanarium* dixerat , Augustinus ipse proprio & vero nomine *Rufinum* dicit . Tunc ergo A. D. 404. biennium ab *Anastasio* decessu , nulla damnatio in *Rufinum* audita ; alias Præsul Sanctissimus Hieronymo , viro undequaque catholico , adversus *hereticum* , & a prima Sede percussum , adhæsisset . Media enim consilia in religionis negotio pessima semper , & nunquam

tuta.

tuta. Quam Augustinus neutri adhæserit, æque utrunque pro amico & vere catholico agnovit. Hoc idem agnitum ab Honorato Fabro in Prodromo velitari Parte II. cap. II. §. XVI. pag. 82. col. 2.

RUFINUS.
LIV. V. C. XX.

CAPUT XX.

I. *Rufinus Urbe discedit cum Melania iterum in Palestinam trajecturus. Annus emortualis Publicolæ senioris, Melania filii decernitur. II. Roma ab Alarico Gothorum Rege obsessa, atque direpta. III. Rufini obitus, locus mortis, & tempus assignatur. IV. Rufini laudes recensentur.*

I. **Q**uoto Christi anno *Rufinus* post Apologias, aliasque lucubrationes, ab se *Aquilejæ* confectas, suis valedixerit, in Palestinam cum *Melania* iterum trajecturus, nondum cuiquam bene compertum. Post demortuum *Anastasium* pontificem id contigisse pro certo habeo, immo & post *Chromatii* decessum, quem A. D. 407. illigandum ostendi libro III. cap. III. §. IX. Tunc *Rufinus* sanctissimo patre orbat, postquam decenniis moram cum suis traxisset, Romam reversus est, jam septennium sedente *Anastasio* successore *Innocentio* pontifice. Anno insequenti 408. Alarico Rege Gothorum Urbi Romæ incubante, ab utriusque Melaniæ familiis statutum est suæ salutis consulere, atque in Siciliam navigare, unde *Melania* senior cum *Rufino* Hierosolymam cogitaverat. Cum *Melania* seniore præcipui aderant præter *Rufinum*, *Albina*, Melaniæ nurus cum filiis, *Publicolæ junioris*, *Melania* item juniore, & Piniano conjuge, de quibus aliqua dixi libro V. cap. IV. §. VII. Palladius horum amicus, & dum Romæ Chrysofolmi causam ageret, olim hospes, hæc referens cap. XCIX. indictum præterijt *Publicolam Seniore*, *Melaniæ Senioris* filium, *junioris* parentem, & Piniani socerum, Christianis virtutibus plusquam senatoria dignitate suscipiendum. Jure autem præterijt, quippe quem prius extinctum noverat. *Melania* senior amplissimos fundos non solum in Campania & Sicilia, sed in Gallia etiam, Hispania, atque Africa possidebat: quæ, *Publicolæ utroque sublato*, ad Melaniam juniorem, ut *Publicolæ senioris* filiam, & *junioris* sororem, devenerunt. Huic enim ea tribuit Palladius. Jamdudum inter præcipuos rei literariæ summates nobilis quæstio Chronologica, unde aliæ pendent, varie agitata est, quoto Christi anno *Publicolæ senior* vivere desierit. Annalium parens hoc statuit A. D. 409. §. XXVII. Similiter Annalium Scholiastes Pagius §. IX. Ab utroque immane discessit Petrus Franciscus Chiffletius in Paulino illustrato Parte II. cap. XXXIV. ad A. D. 416. id transferens. Alio itidem abiit Norisius in Adventoria pag. 20. ubi non perfunctorie pro A. D. 399. certavit. Sed curatores novæ editionis Sancti Augustini, & post eos Tillemontius in locis infra indicandis, uni A. D. 408. sibi adhærendum putarunt. Ex

H h h 2

hoc

RUFINUS :
LIB. V. C. XX.

hoc præstantium virorum diffidio non pauci Chronologici erroris fluxerunt, quos facile tolli crediderim, si *Publicola* senioris mortem, certo quodam charactere designatam, in A. D. 406. coniecero. Exstat epistola XLVI. olim inter Augustinianas CIIII. qua *Publicola* idem *senior* Hipponensem antistitem, consulit de nonnullis, teneriore animum suum turbantibus, quæ Africanis conductoribus rerum suarum in latifundiis Arzugitanæ provincie cum paganis intercedebant. Eandem epistolam jam dicti Curatores datam fecerunt A. D. 398. Mirum est, viros egregios in Vita Augustini libro IV. cap. XV. §. 4. *incertum* putasse quis ille *Publicola* esset. Tillemontium tomo X. pag. 823. & tomo XII. pag. 323. suspicio incessit, pro *Melania senioris* nato, esse accipiendum. Quin is fuerit, loca indicata dubitare non sinunt. *Melania mater*, ut isthæc sua latifundia in Africa inviseret, sacrisque Augustini colloquiis frueretur, adhuc superstite *filio Publicola*, illuc solvit. Sanctus Paulinus Nolanus epist. XCIV. alias CCXIX. inter Augustinianas, gratiis Augustino actis de epistola (nunc deperdita) ad se una cum libro quodam per illum transmissa, quam Romæ ad diem festum Apostolorum Petri & Pauli a Quinto Diacono, aliquamdiu antea ibidem morato, acceperant, prosequitur laudes *Melania senioris* & *Publicola unici filii*, de cujus ille recenti dormitione præcedentibus literis Augustinum docuerat, eum precatus, ut cognatam suam *Melaniem* in tanta jactura solaretur. Hinc palam fit, *Publicolam senioem* Romæ, ubi inter Senatores numerabatur, non alibi, diem obiisse, postquam *Melania mater* in Africam trajecisset. Hoc amplius firmatur. Postquam Augustinus *Melanium* de fortitudine animique constantia in filii amissione, ad Paulinum scribens, laudasset, idem Paulinus, qui hæc in suo ad Augustinum iterato responso ex epistola ad se scripta recenset, semel atque iterum ait, de moribus & sanctitate *Publicolæ*, se ad illum antea scripisse. Ergo *Publicola senior* non in Africa, sed in Italia e vivis exceleserat. Hæc a me frustra non dici constabit inferius, ubi agam de *Publicola juniore*. Ex Paulini epistola, in qua Augustinianam, ad se scriptam, summatis refert, huc aliqua adducam: *docuisti me in spiritu veritatis salubre moderandi in occiduis mortalibus animi temperamentum, quo & illam beatam matrem & aviam Melaniam (matrem unici filii Publicolæ I. aviam Publicolæ II. & Melania II.) flevisse carnalem obitum unici filii taciturno quidem luctu, non tamen sicco a lacrymis dolore, VIDISTI, cujus quidem modestas & graves lacrymas, sicut PROPRIOR & equalior animæ ejus spiritus, altius INTELLEXISTI, & perfectæ in Christo feminæ, salva virilis animi fortitudine, cor maternam de cordis sui similitudine melius ex æquo statu contemplatus es, ut tam primum pro naturali affectione permotus, deinde causa potiore compunctus flevisse PERSPICERES, non tam illud humanum, quod UNICUM FILIUM conditione mortali defunctum in presenti seculo amisset, quam quod propemodum in seculari vanitate præventum (quia necdum illum deseruerat SENA-*

TO-

TORIÆ dignitatis ambitulo) non juxta sanctam votorum suorum avaritiam cogitaret assumptum, ut de conversionis gloria transisset ad gloriam resurrectionis, communem cum matre requiem coronamque capturus, si hujus saculi vita, matris exemplo, sacco togæ & monasterium SENATUI pratulisset. Mox subdit, se ante de hujus Publicolæ l. virtutibus ad illum scripsisse: verumtamen idem vir (Publicola) ut & ANTEA RETULISSE me puto sanctitati tuæ, his operibus locupletatus ABSCESSIT, ut maternæ humilitatis nobilitatem si veste non gesserit, tamen mente pratulerit. Infra vero: sed cesso plura de memoria tam dilecti mihi, quam devoti Christo dominis, enarrare, quum & in PRISTINIS literis non pauca super eo narrasse me reputem, & nihil possim de beata hujus filii matre, & sanctorum pari radice ramorum, Melania, melius aut sanctius predicare, quam sanctitas tua in eam PROFARI & DISPVTARE dignata est. Ex his discimus, Paulinum Publicolæ senioris mortem, literis, Melaniæ in Africa etiam fortasse reddendis, Augustino primum nunciasse ante diem xxix. Junii, in quem cadit festum Sanctorum Petri & Pauli. Ut annum certissimum habeamus, rem aliam, anno emortuali Publicolæ senioris adnexam, extricare debemus. Augustinus epistolam subsequenter xcv. alias ccl. rursus dedit Paulino, quam Possidius Calamenfium episcopus ei detulit, dum Ecclesiæ suæ, a Paganis Calamenfibus subversæ, causam acturus, in Italiam ad Comitatum, sive Aulam Cæsaream, navigavit: ad istam lætitiæ (inquit Augustinus) qua VOBISCUM EST frater Possidius, quum ex ipso AUDIERITIS quam tristis eam causa compulerit, hoc me verissime dicere cognoscetis. Speciatim de his agit Sanctus Pater in Epist. xc. i. alias cc. i. ad Nectarium, Calamenfem, & paganum §. 8. contra, inquit, RECENTISSIMAS LEGES, Kalendis Junii festo paganorum sacrilega solemnitas agitata est, nemine prohibente, tam insolenti ausu, ut, quod nec Juliani temporibus factum est, petulantissima turba saltantim in eodem prorsus vico ante fores transfret Ecclesiæ. Quam rem illicitissimam, atque indignissimam clericis prohibere tentantibus, Ecclesia lapidata est. Deinde post dies ferme octo, quum LEGES NOTISSIMAS episcopus (Possidius) ordini (Magistratum) replicasset, & dum ea, quæ JUSSA sunt (ab Honorio Augusto) velut implere disponunt, iterum Ecclesiæ lapidata est. Cetera, auditu horrenda, a gentilibus perpetrata, Augustinus narrare pergit. Recentissima & notissima leges, quas magnus Præsul semel & iterum memorat, ab Honorio Augusto in Paganos Africæ, latæ fuerant A. D. 399. Manlio Theodoro V. C. Consule. Tunc enim, eodem Augustino teste in libro xviii. de Civitate Dei cap. xviii. in civitate notissima & eminentissima Carthagine Africæ, Gaudentius & Jovius comites Imperatoris Honorii xiv. Kal. Aprilis falsorum Deorum templa everterunt & simulacra fregerunt. Hæc gentilium templorum everfio, & simulacrorum fractio Augustis etiam legibus fulgiri debuerunt. Ipsas leges, in quas Calamenfes Pagani, suos ritus nuper

RUFINUS.
LIB. V. C. XX.

nuper proscriptos agitantés, peccaverant, Augustinus, non unam; sed plures ianuens, recentissimas, dixit. Quænam fuerint, accuratius investigemus. In codice Theodosiano lib. xvi. tit. x. de Paganis, sacrificiis & templis, exstant leges xvii. & xviii. ad Apollodorum Proconsulem Africæ. Utraque Patavio data est die xx. Augusti A. D. 399. Theodoro V. C. Conf. Honorius in priori de altera mentionem facit, quam in paganorum sacrificia nuper ediderat: profanos, inquit, ritus JAM salubri LEGE submovimus. Hæc in præsentia non exstat. In eadem Lege xvii. Honorius festos conventus, ludosque gentilium permittit, sed absque ullo sacrificio, atque ulla superstitione damnabili. Huc etiam lex xviii. revocanda est, in qua Honorius ita decernit: si quis sacrificio fuerit deprehensus, in eum legibus vindicetur. Calamenses in has leges peccarant, dum festo Paganorum sacrilega solemnitas (per eos) agitata est, teste Augustino, qui hanc Paganorum solemnitatem sacrilegam, illicitissimam, & indignissimam vocat, quia profanos gentilium ritus & sacrificia, recentissimis Honorii legibus vetita, repræsentabant. Jam ergo habemus certum annum & mensem, quo Afrorum superstitiones solemnitates Honorius sanctionibus extirpandas curavit, quas Augustinus recentissimas, & Afris suis notissimas merito dixit, quum ad Proconsulem Africæ scriptæ essent. Nunc Publicola annus emortalis facile se ipse pandet. Contra has leges recentissimas & notissimas, utpote nuper vulgatas, Pagani Calamenses peccarunt. Ergo id factum post diem xx. Augusti anni 399. quo datæ fuerunt. Hipponensis antistes ait, crimen perpetratum Kalendis Junii. Ergo perpetratum est subsequente A. D. 400. quo Possidius Calamensis episcopus ob idem scelus ad Comitatum navigavit, literasque Hipponensis ad Nolanum detulit post Melania senioris itum in Africam, & Publicolæ excessum. Quare ut in pauca rcm contraham, sic statuendum.

1. Leges Augustales contra Paganos prodierunt die xx. Augusti A. D. 399.
2. Melania senior in Africam solvit, & Publicola filius obiit A. D. 400. ante mensem Junii.
3. Tumultus Calamæ excitatur die prima Junii A. D. 400.
4. Iter Possidii in Italiam ad Imperatorem, eodem anno, mense Augusti susceptum.

Die xxviii. Martii A. D. 401. post menses ferme OCTO a Possidii navigatione in Italiam, Augustinus literas ejus accepit, quum Nectarius ante illud tempus; Possidio Calamæ adhuc degenti, Augustini literas tradidisset. Hoc patet ex Augustiniana epistola c. 114. alias ccl. iv. ad Nestarium, cujus verba hæc sunt: legi literas benignitatis tuæ, quibus mihi LONGE POSTEA respondisti, quam meas ad te perferendas dedi. Nam ego rescripseram, quum adhuc NOBISCUM esset, neque navigasset, Sanctus frater Possidius. Has autem, quas mei causa illi dignatus es reddere, accepi VI. Kal. Aprilis post menses ferme OCTO, quam

quam scripseram . Hi octo menses ab die xxvii. Martii A. D. 401. retrocedendo , pertingunt ad mensem Augusti A. D. 402. quo mense Possidius Calanæ degens , necdum in Italiam profectus , Augustini literas ab Nestario sibi traditas acceperat . Hæc produunt , curatores Augustinianæ editionis in Vita Sancti Præfulis lib. vi. cap. v. post Tillemontium to. x. pag. 608. & to. xiii. pag. 460. decessum *Publicolæ senioris* , ex præposteris supputationibus , rejecisse in A. D. 407. Serius enim , quam oportuisset , A. D. 402. *Melania matris* reditum ex Palæstina in Urbem statuerunt : quem nos cum primoribus viris e schola Chronologorum , ab A. D. 397. nullo pacto avelli posse monstravimus . Hinc , illi *Melania* adventu in locum non suum rejecto , ejus quoque itum in Africam ulterius in locum non suum , traxerunt . Semel enim errore Chronologico admisso , alios idemtidem nasci , & familiam ducere necesse fuit . Errorem auxerunt duo *Publicolæ* in unum conflati , & unica Honorii lex , edita A. D. 408. præ dnabus aliis , immo tribus , accepta : quæ A. D. 399. ab eodem Augusto , hanc in rem editæ fuerant . Viri præclari initio tomi II. operum Sancti Augustini num. xc. xcr. xciv. & xcv. & in notula ad eandem Epistolam xc1. alias c11. cumque iis Tillemontius tomo x111. pag. 997. Hipponensem Præfulem de alia lege loqui censuerunt , quam *Sirmondus* in Appendice ad codicem Theodosianum vulgavit num. x11. quamque postea *Gotbosedus* in eundem codicem transtulit lib. xvl. tit. x. l. x1x. Atqui vir Sanctus semel atque iterum *Leges recentissimas & notissimas* vocans , non unam sed plures vocat , & quidem *Manlio Theodoro V. C. Conf.* promulgatas , ut dixi . Hæc vero ipsæ sunt , quas A. D. 399. datas memoravi , quæque sane post novennium A. D. 408. una tantum , eaque *recentissima* , ab Augustino dici non poterant . Alia lex , post novennium edita , quam , inconsultis libris de Civitate Dei , viri præstantes ab Augustino indicari crediderunt , neque *Proconsuli Africa* missa est , cui tamen mitti debuit , si ad Africam pertinebat , nec sancita fuit *Theodoro V. C. Conf.* De scholio etiam , apud Sirmondum eidem Legi subiecto , in quo , *proposita Carthagine* pronuntiatur , non obscure ambigit *Gotbosedus* , cui vitiosum videtur . Ad hæc ipsa Lex *Roma* dicitur data , quam tamen Honorius die xv1. Octobris , quo Lex prodit , *Basso & Philippo Coss.* A. D. 408. non *Roma* , sed *Ravenna* consisteret . Sed nondum satis difficultatum . Hæc enim Lex multa jubet , vel in Africa pridem iussa & executioni mandata , vel paganorum Calamensium crimini nequaquam aptanda . Ea sunt .

1. De annonis templorum ad annonam militarem transferendis .
2. De simulacris .
3. De aris evellendis & destruendis .
4. De templis ad usum publicum vindicandis .
5. De conviviis & solemnitatibus , prohibendis .

Jam vero ubi contrariæ sententiæ patronos hujus Legis præsidio exarmavi , alias Leges supra indicatas rei nostræ accommodemus . Ab eth-

RUFINUS.
L. 10. V. C. XX.

ethnicis Calamensibus in Legem xvii. alteri, nunc deperditæ, innixam, quæ nuper profanos ritus submoverat, maxime peccatum est. Ab his enim profano sacrificio & superstitione damnabili peccatum est, teste Augustino ad Nectarium, eorum gregalem, dum per eos festo paganorum sacrilega solemnitas agitata est. Hoc festum, hæc solemnitas tantisper me sistunt. Floralia peropportune occurrunt, quæ Sanctus Præsul utique innuit. Floram certe paullo ante memoraverat, cujus, inquit, ludi scenici tam effusore & licentiore turpitudine celebrantur, ut quisvis intelligat, quale dæmonium sit, quod placari aliter non potest, nisi illic non aves, non quadrupedes, non denique sanguis humanus, sed multo scelestius, pudor humanus, tanquam immolatus intereat. Nihil ergo æque fœdum & sacrilegum, ac Floralia: qui ludi tanto devotius, quanto turpius celebrari solent, eodem testo libro il. de civitate Dei cap. xxvii. His simillima habet Arnobius Afer in libro vii. adversus gentes. In veterum Fastis legimus quidem Floralia initiò Maii celebrari solita, sed quum edictis Cæsareis jam essent sublata, Pœni gentiles de improvviso Kalendis Junii ea tandem agitare statuerunt. Sed Fastos aliquando in hujusmodi etiam solemnibus variasse, adnotatum memini a Simeone Bosio in epist. ii. libri xvi. Ciceronis ad Atticum. Verba hæc Augustini, solemnitas agitata, ferme extare in Lege, quam viri eruditi in rem suam trahere conantur, ubi gentiles quidquam solemnitatis agitare vetantur, leve admodum est, ut vel hinc de eadem Lege virum sanctum loquutum suadeant. Formula enim est, profanis gentilium ludis pompisque designandis obvia, passimque usurpata, idem sonans ac exhibita. Adi Gothofredum in Glossario nomico v. agitare. Hæc fusius excussi, ut quæstionem de anno emortuali Publicola senioris, ex tumultu Calamensi non removendo, explicarem, utque Melaniam seniore, filio jamdudum orbatam, cum Rufino cognatisque in Siciliam ante Urbis excidium migrasse, certis argumentis ostenderem. Ea, quæ digessi, cum Palladio, teste idoneo, quippe oculato, undequaque consentiunt. Etiam cum Vitæ Melania junioris conditore apud Laurentium Surium in Vitis Sanctorum die xxxi. Decembris. Palladius enim auctor est cap. cxvii. Melaniam seniore ex Palæstina Romam rediisse ubi primum de Melania neptis statu audivisset; eam & nupsisse & velle sæculo rennunciare, videlicet A. D. 397. qui fuit extremus Sircii Pontificis, ut alibi ostensum. Melaniam juniorem anno ætatis xiv. Piniano nuptam tradit cum Vitæ scriptore Palladius cap. cxix. eam testatus ætatis suæ anno xx. postquam annos vii. cum Piniano vixisset, duobus liberis & patre Publicola orbatam, Mundo renunciassse. Post singula hæc criteria, suis quæque rationibus, in unum coeuntibus, fulta, uno omnia intuitu, secundum ordinem chronologicum, spectanda subjicio.

A. D. 397. Melania senior Hierosolymis Romam redit, nepte Melania ætatis suæ anno xiv. Piniano nupta.

399. Ho-

399. Honorius Augustus in Pœnos gentiles tres Leges, Apollodoro Proconfuli Africæ inſcriptas, vulgat. RUFINUS.
Lib. V. C. XX.

400. *Melania ſenior* in Africam profecta, *Publicola*, filius *unicus*, Romæ obit. Paulinus Nolanus de hoc Auguſtinum certiorẽ facit, cujus reſponſum jam pridem ſcriptum Romæ, accipit a Quinto Diacono die XXIX. Junii. Tumultus Paganorum Calamæ excitatur. Poſſidius Calamentis Epifcopus poſt menſem Julii in Italiam tranſmittit.

403. *Melania junior* aviæ ſuaſu annum agens xx. poſt annos vii. cum Piniano tranſactos; Mundo cum conjuge vale dicit.

408. *Melania utraque* cum ſuis & *Rufino* ex Urbe ob pudicitiam ſervandam, in Siciliam trajiciunt.

II. Eodem A. D. 408. quo nobiliſſimus piarum mulierum atque hominum cœtus in Siciliam appulit, Roma ab Alarico Rege Gothorum obſeſſa eſt, multoque auro redempta. Mox ſœdifragus Barbarus infequenti A. D. 409. rerum Dominam miſerandum in modum diripuit atque vaſtavit. Dies atratus, Ægyptiis & Cannenſibus adnumerandus, menſis Auguſti fuit XXIV. cum duobus ſubſequentibus. *Melania ſenior*, futurorum præſcia tantam cladem vaticinata, ſuis raptim divenditis, proximorum ſaluti, atque honeſtati paullo ante celeri fuga conſuluit. Hæc ſecundum Pagianos calculos, quos hic probe exactos, ceteriſque præferendos comperio, continenter, nobilitarunt annos 408. & 409. Eximium chronologum vide A. D. 408. §. II. & XVI. annoque 410. §. VII. & ſubſequentibus. Tillemontius, qui Pagianas Lucubrations, quippe nondum editas, ignoravit, Urbis exitium deſixit A. D. 410. in *Historia Imperatorum* tom. v. pag. 411. Palladius rem ſic narrat in *Historia Lauſiaca* cap. CXV. *poſtquam autem bi omnes (utraque Melania, Albina, Pinianus, & præter Rufinum, Publicola junior) Roma abſceſſiſſent, qui catecheſi inſtituti fuerant a beata Melania, barbarica quadam procella (Gothorum) que etiam in prophetis jam olim poſita fuerat, in Romam irruit, & nec aeneas quidem ſtatuas reliquit in foro.* Tanta ſtrage inflatus Alaricus, in Latium, Campaniam, Bruttios, Calabriaſque, furibundus excurrrens, luſta & funeribus omnia complexit. Rei teſtem habemus *Olympiodorum*, cujus *Historiæ* luculentas lacinias nobis ſervavit Photius cod. LXXX. Sed *Rufinus* Olympiodori teſtimonium mirifice illuſtrat. Is enim cum iaclyto Romanorum procerum comitatu Meſſanam elapſus, Rhegium Julii, in cuspide Italiæ Siculo freto imminens, Gothorum ſtammis ardere conſpexit. Extremam vir pius tunc manum Latine verſioni Origenis *Homiliarum in Numeros* imponebat. Viri percelebres in his literis id tandem nos docuerunt, Henricus Valeſius, & Petrus Franciſcus Chiſſetius, qui *Rufini* prologum, eidem verſioni de more præpoſitum, diverſo loco & tempore, ex diverſis quiſque codicibus, publica typorum luce donarunt, Valeſius quidem in notis ad caput XXXV. I. I. libri VI. Eufebianæ *Historiæ* Parisiſis excuſæ apud Anto-

RUFINUS.
Lib. V. C. XX.

nium Vitre A. D. 1659. Chiffletius autem, Valesii editione ignorata, in Parte II. cap. xxv. Paulini illustrati ex Divionensi editione Philiberti Chavance A. D. 1662. Tillemontius ob non visam *Chiffletii* editionem non semel erravit tomo XI. artic. cxxviii. pag. 311. Nam & *Ursacius* prologum inscriptum credidit, & huac a puero, Rufini notario; distinxit. Opus fusc recensui lib. v. cap. vii. §. 111. Emendatio est editio *Valesii*, alicubi tamen ope *Chiffletianæ* emendanda. *Rufinus* *Donatum* quendam verbis Cypriani martyris ad alium *Donatum*, alloquitur. Ei se pollicitum ait scriptorum omnium Origenis in Pentateuchum Latinam versionem. *Donatus* iste anne Siculus fuit? Certe in *Sicilia* cum *Rufino* pariter morabatur A. D. 409. dum Rhegium Julii, Regis Alarici exercitu flammis injiciente, conflagrabat. At *Donatus* fortasse cum *Rufino* ex Urbe in Siciliam & ipse confugerat. Nostrum loquentem audiamus: *reddenda pollicitationi non tempestivum, ut ille ait, sed tempestuosum nobis tempus ac turbidum fuit. Quis enim ibi stilo locus est, ubi hostilia tela metuntur, ubi in oculis est urbium agrorumque vastatio, ubi fugitur per marina discrimina: & ne ipsa quidem absque metu habentur exsilia? In CONSPECTU etenim, ut VIDEBAS etiam IPSE, NOSTRO, Barbarus, qui Reginum opidum miscebat incendio, angustissimo a NOBIS freto, ubi Italiae solum Siculo dirimitur, arcebat. In his ergo postea quæ esse ad scribendum securitas potuit, & præcipue ad interpretandum, ubi non ita proprios expedire sensus, ut alienos captare proponitur? Mox addit, se noctes, ab hostium timore magis tutas, quasi ad solamen malorum, levandaque peregrinationis gratia, impendisse Latine reddendis Origenis Homiliis, sive etiam excerptis, aut scholiis in Numeros. Origenis enim, ut Valesius ex Sedulio, Hieronymoque animadvertit, triplex opus fuit in Sacram Scripturam. I. *Commentarii*. II. *Sebolia*. III. *Homilia*, sive *Traictatus*. De hoc triplici opere in Prologo agit etiam *Rufinus*. I. *Homelias*. II. *Excerpta*. III. *Explicationes* appellans. *Hæc perurgente te*, inquit, *Romana*, ut potuimus, voce, ex diversis in unum ordinem collecta digessimus. Te quoque ipso in quamplurimis JUVANTE *Ursacii* nostri laborem, dum, nimis cupidus, pueruli notarii tardum putas esse ministerium. Quare *Donatus* & *Ursacius* *Rufino* in describenda Origenis Latina versione, a manu fuerunt. *Ursacius* frater *Exsuperantii*, in *Lucania* Episcopi, memoratur apud *Uranium* in *Vita Sancti Paulini Nolani* cap. 111. Denique ait *Rufinus*, ex omnibus ab Origene in *Legem Mosaicam* scriptis, solas orationulas in *Deuteronomium* sibi vertendas superesse. *Hæc*, inquit, *si Dominus juverit, & sanctatem dederit oculis, reliquo corpori cupidus sociare, quamvis amantissimus filius NOSTER Pinianus, cujus religiosum cæcum pro amore pudicitie profugum COMITAMUR, injungat & alia. Sed orate commaniter ut adsit Dominus, & temporibus pacem tribuat, gratiam laborantibus donet, fructumque operis nostri in profectum legentium promat. Donatus ergo & Ursacius in san-**

ctissimo illo Romulidum choro etiam fuerunt; *Rufinum* tunc oculorum morbo vexante. At *Rufinus*, quæ amico sponponderat, ad umbilicum perducere non potuit.

RUFINUS.
LIB. V. C. XX.

11. Paulo post enim morbo, quem dixerat, & senio prægravatus, vivendi finem fecit: & quidem *Messana* in conspectu *Rbegii Julii*, ultima Italiae civitate, quo religiosum cœtum sequutus, profugerat. Nec sane felicius, quam in complexu tam pii sodalitiî, vir summe pius animam efflare poterat: *Norifius*, qui libro I. cap. 111. Historiæ Pelagianæ post *Baronium*, *Rbegii* everfionem illigavit A. D. 410. *Rufini* exitum ad finem ejusdem anni, vel ad initium sequentis sistendum existimavit. *Alaricus* die xxvii. Augusti, triduo ab Urbe expugnata, victrices copias in Latium & magnam Græciam populabundus induxit. *Rufinus* ipse *Donatum* alloquens, Rheginum incendium, ut recens quidem, sed jam præteritum; morbum vero, quo afflictabatur, ut præsentem memorat. Quare A. D. 410. post *Rbegii* exultum *Rufinus* diem clausit extremum. De mense & die apud antiquiores non liquet. Martyrologium tamen, de quo sub nomine *Florarii Sanctorum* Hagiologi Antuerpienses crebram mentionem faciunt, *Rufinum* exhibet die xiv. Junii, ibidem tom. II. pag. 782. col. 2. Emortualem ejus locum & tempus Hieronymus magnificis verbis expressit in prologo libri I. Commentariorum in Ezechielem, cui interpretando in Bethleemi receptu ineunte A. D. 411. manus admovit, resumto stilo, quem præterito A. D. 410. animo fractus obnuncium, de capta Urbe a se perlatum, suspenderat. Vide *Pagium* rem accurate explicantem A. D. 410. §. xvii. & xxvii. Postmodum Hieronymus *Rufini* morte in Palæstina, ubi notissimus erat, pervulgata, quin defuncti adversarii manibus obscure insultaret, se continere non potuit. Sic enim *Eustochium* Virginem alloquitur: tu indesinenter hoc flagitas, & magno vulnere (ob captam Urbem) cicatrix paulatim obducitur, SCORPIUS que INTER Enceladam & Porphyriorem Trinacriæ humo PREMISTUR, & HYDRA multorum capitum contra nos aliquando sibilare CESSAVIT. In insula, quam veteres Trinacriam vocarunt, *Rufinus* pridem obierat, inter Sicanos, Encelado & Porphyrioni gigantibus superimpositos montes, quos canunt fabulæ poetarum. Stridonensis Pater *Scorpium* plurium brachiorum, & *Hydræ* multorum capitum per ambages *Rufinum* dixit, ob ingentem eorum numerum, qui illi studebant. In Hieronymi codices, typis vulgatos, *Porphyrius* irrepsit pro *Porphyrione*: quæ est egregia emendatio purpurati viri *Jacobi Peronii* in Responso iterato ad Regem Anglorum sectione 1. §. 9. De utroque gigante *Apollodorus* in Bibliotheca libro I. Ad *Porphyriorem*, magnum gigantem, alludit *Martialis* lib. xiiii. epigram. lxxv. Hoc eo diligentius confirmavi, quod *Henricus Valefius*, vir de re Ecclesiastica præclare meritus, in notis ad Historiam Eu-

RUFINUS.
LII. V. C. XX.

sebij libro vi. cap. xix. *Porphyrium* philosophum, ab Hieronymo indicari commentus fuerit. Sed *Porphyrium* in Sicilia periisse non constat, quanquam apud Siculos magnum sibi in scribendo nomen paravit. Ad mortuos autem, sepultosque in Sicilia, & *gigantes* quidem, lacertorum vi & magnitudine bellum superius intentare conatos, alludit Hieronymus: quæ de *Porphyrio* vere dici non possunt. Ad Lucam Holstenium in Dissertatione de Vita Porphyrii cap. ii. & iii. Ulcus in Hieronymi verbis a Peronio detectum nemo criticorum animadverterat. Sed & alius error Valesii expungendus, ubi Rufinum, *capta Urbe*, in *Siciliam* se recepisse arbitratur, qui tamen ante Urbem obfessam illuc se receperat, ut satis ostensum est.

- IV. Hic fuit *Rufini* presbyteri exitus, viri in Ecclesia Latina Sacre Historiæ parentis: quem Orientales peræque ac nostri ob doctrinam & religionem plurimi semper fecerunt, ut per totam hanc historiam patefactum. Plerique omnes, literarum & pietatis laude in communione Catholica spectatissimi, hi præsertim, qui Episcopali fastigio insignes in Ecclesia fulserunt, superstitem in sinu fovere & colere, ejusdemque partes tutari eo ipso tempore visi sunt, quo is a Hieronymo dissidens, cum hæreticis numerabatur, ab illo uno scilicet; ab aliis non certe. Qui Sanctus Pater, licet maximus undequaque, apud illos tamen in hac controversia efficere haudquaquam potuit, ut Rufinum, omnibus probe notum, usque ad ultimum vitæ finem percarum habentes, in Hieronymi partes transire voluerint, viri alias hæreticorum acerrimi hostes, *Rufinoque*, si ex illis fuisset, nullo pacto adhæsuri. Immo & *beatum*, ac *sanctum* honoris causa dictum ostendimus. Præter Hieronymum, illique studentes unum & alterum, nemo unquam ea ætate *Rufinum* in hæreseos suspicionem traxit, nemo Episcoporum a sua communione disjuxit. Non certe Siricius, non Anastasius, neque Innocentius Pontifices, quibus in cathedra Petri successive sedentibus, intra Romani Primatus terminos, Romæ, Aquilejæ, & Messanæ duodecim annos Rufinus vixit. Non Paulinus Nolanus, non Venerius Mediolanensis, non Gaudentius Braxiensis, non Petronius Bononiensis, non Chromatius Aquilejensis, non Laurentius fortasse Concordiensis, non Augustinus Hipponensis, non Johannes Hierosolymitanus: qui sane omnes celeberrimi & absolutissimi antistites, *Rufino* familiarissime usi sunt. Quare sicut Hieronymi partes perpauci sequuti sunt, ubi, a Theophilo Alexandrino deceptus, Chrysofomum; virum sanctissimum, pro hæretico fugillavit, ita perpaucis suadere potuit, *Rufinum* hæreseos nota inurendum. Norisius Cardinalis in Historia Pelagiana lib. I. cap. ii. Origenistarum opera factum ait, ut sanctissimi viri mutuis dissensionibus conflictarentur. Hinc ex Hieronymiana ad Theophilum epistola hæc verba in Chrysofomum; e throno

Con-

Constantinopolitano dejectum, & mortuum adducit: *Jobannem*, qui dudum Constantinopolitanam rexerat Ecclesiam, Deo placere semper optavimus, & causas perditionis ejus, in quas ferebatur, nequaquam credere volumus. Sed ille, ut cetera flagitia ejus taceam, Origenistas in suam recipiens familiam, ex his plurimos ad sacerdotium provebens, atque ob hoc scelus beatae memoriae hominem Dei Epiphanium, qui inter Episcopos clarum in orbe sidus effulsit, non parvo dolore contristans, meruit audire: cecidit, cecidit Babylon. His paria, & longe majora adversus Chrysostomum lecta in libro Theophili Alexandrini, quem Hieronymus Latinum fecit, testatur Facundus Hermianensis in Defensione trium Capitulorum lib. vi. cap. v. Recte Facundus in rem quae nostram ibidem hæc scribit, digna certe quæ omnium animis infingant: nos autem in illo libro non qualis *Jobannes*, qui nihil bonum merebatur; nec qualis *Theophilus*, cujus virtus in multis probata, sed potius qualis sit miserabilis humana vita, cognoscimus, de qua scriptum est, quia tentatio est super terram. Nam si talia talibus acciderunt, quid nobis metuendum non sit, nostrique similibus? Sed nemo nescit qua acerbitate non solum Hieronymus, sed & Cyrillus Alexandrinus Epistola ad Atticum, in Chrysostomum sævierint. Hanc pro iis apologiam donat *Nicephorus Callistus* in Historia Ecclesiastica lib. xiv. cap. xxviii. quam profert etiam Baronius A. D. 412. §. lxxi. *homines enim illi erant, & humanis passionibus obnoxii*. Alia his similia vide apud *Norifium* Dissertat. lli. de Uno ex Trinitate carne passo pag. 169. Fuit Hieronymus doctrina, penitentia, & sanctitate vere maximus, summeque orthodoxus, qui vel leves & minimas suspicionum umbras in religionis negotio ferre non posset. Itaque haud mirum, si zelo ductus, & absens, eas umbras interdum ex aliorum relatu, in viris etiam sanæ Fidei auctas infectatus est. At in hujusmodi rebus non unius, licet summæ auctoritatis viri, testimonium toti reliquæ Ecclesiae consensui præponendum. Hæc ipsa magni nominis & doctrinæ virum *Norifium* permoverunt, ut in libro l. cap. iv. Historiæ Pelagianæ hæc de *Rufino* literis consignaret: *ceterum Rufinus non fuit hereticus, licet Hieronymus eundem hereticis adnumeret: neque enim Sanctus Panlinus tam religiosam cum eodem amicitiam coluisset, neque Pinianus & Melania illum una secum in Siciliam adduxissent: neque in suburbano Pineti monasterio degere potuisset, si palam hæresi infectus fuisset*. His adde cetera, ad ejus pietatem asserendam a me congesta. *Norifius*, *Rufinum* errorum suspensiones, quibus apud *Anastasium* laboravit, coram *Innocentio* Pontifice ab se procul excussisse arbitratur, libello scilicet, quem idem vir purpuratus vulgavit. Sed hunc ad nostrum non pertinere, necessariis argumentis ostensum est. *Rufinus* vero suspensiones quascumque Apologia sua ad *Anastasium*, & *Commentario* in *Symbolum* satis superque ab se procul excussit: cui quidem *Commentario* Hieronymus nihil unquam opposuit. Ante *Norifium* *Johan-*

nes

RUFINUS.
LIB. V. C. XX.

nes Bollandus tom. I. Januarii die 11. pag. 90. col. 2. §. 6. agens de Sancto Macario, *Rufini* amico, pariter scripserat, presbyterum nostrum errores Origenis, quibus æque ac Macarius fuerat imbutus, deinde ejuravisse, idque se, ubi de *Rufino* scriberet, suo loco dicturum. De *Rufino* ergo, ut Sancto alicubi, se scripturum propofuerat Bollandus. At *Rufinus* certe, & Macarius errores, quos nunquam imberant, ejurare non potuerunt.

Tyrannit Rufini opera, de quibus Lib. V. disseruimus.

I.

Sincera.

1. *Scripta propria.*

Dissertatio de Adulteratione librorum Origenis.
Benedictionum XII. Patriarcharum explanatio.
Apologia, seu Investivarum libri II. adversus Hieronymum.
Apologia pro Fide sua ad Anastasium Pontificem.
Historiæ Ecclesiasticæ libri II., scilicet X., & XI. post historiam Eusebianam.
Historia Eremitica, sive vitæ Patrum.
Explicatio Symboli.

2. *Versa e Græca in Latinam Linguam.*

Basilii Magni Regula.
Basilii Magni Homiliæ VIII.
Liber I. Apologiæ Pamphili pro Origene; in quo Sententiæ adversus Mathematicos.
Origenis Libri Quatuor *ὑπὲρ ἀρχῶν*.
Ejusdem Homiliæ XVII. in Genesim.
---- XIII. in Exodum.
---- XVI. in Leviticum.
---- XXVIII. in Numeros.
---- XXVI. in Josue.
---- IX. in Judices.
---- IX. in Psalmos.
---- I. in Librum I. Regum.
---- IV. in Cantica Canticorum.
---- Tomi xv. in libros x. distincti in epistolam D. Pauli ad Romanos.

Gre-

- Gregorii Nazianzeni Opuſcula x. hoc eſt.
 Apologetici Liber unus.
 De Epiphaniis.
 De Luminibus.
 De Fide Liber Unus.
 De Nicæna Fide, Pentecoſte, & Spiritu S.
 De Semetipſo ex agro reverſo.
 De Diſtis Hieremiæ.
 De Reconciliatione, & unitate Monachorum.
 De Grandinis vaſtatione.
 De Arianis.
 Sixti Pythagorici Sententiæ.
 Evagrii C. Sententiæ ad Monachos.
 ---- Sententiæ de Apathia.
 ---- Liber ad Virgines.
 Clementis Romani Recognitiones.
 Euſebii Hiſtoriæ Eccleſiaſticae libri ix.
 Anatolii Alexandrini Canon Paſchalis.

ii.

Suppoſiticia, & Aliena.

- Verſio Origenis Homiliarum in Lucam, non Rufini, cui adſcribitur, ſed Hieronymi.
 ---- Joſephi Operum, non Rufini, ſed Ambroſii.
 Commentarii in LXXV. priores Davidis Pſalmos.
 ---- In Oſeam.
 ---- In Johalem.
 ---- In Amos.
 Vita S. Eugenii.
 Libellus de Fide brevior.
 Libellus de Fide fuſior.

iii.

Dubia.

- Origenis Homiliæ vii. in Matthæum.
 ---- I. in Johannem.
 ---- de Maria Magdalena.
 ---- de Epiphania Domini; in Latinum converſæ.

IV.

Deperdita.

Epistola ad Hieronymum, in qua hujus prima Apologia confutatur.

Epistolæ ad Aniciam Falconiam Probam.

Librorum aliquot e Latino in Græcum sermonem conversio.

F I N I S.

J U S T I
F O N T A N I N I
Archiepiscopi Ancyrani
De Anno emortuali
S A N C T I A T H A N A S I I
Patriarchæ Alexandrini
D I S S E R T A T I O .

K k k

THE
MUSEUM OF
THE
CITY OF
NEW YORK
AND
THE
MUSEUM OF
THE
CITY OF
BOSTON

DISSERTATIO.

I.



RUDITORUM animos jampridem variæ sententiæ distinerunt de anno emortuali Sancti Athanasii, hic a nobis necessario examinandæ, ut tempus, eidem anno connexum, quo Melania & Rufinus in Ægypto primum adparuerunt, firmiter stabiliantur. Etenim alii A. D. 371. alii A. D. 375. Sanctissimum Patriarcham decessisse contendunt; utrique mediæ viæ, quam tenuit Baronius, propemodum oblitus, dum is A. D. 372. strenuam Fidei Catholicæ de-

defensorem ad præmia æterna evocatum existimavit. Nobis, qui Baronii suffragio hac in re libenter accedimus, quia inter omnes auctores præcipuam laudem hujus quæstionis penes illum existare arbitramur, singulorum pondus perpendere opus est, ut viri magni calculos longe accuratissimos ceteris præstare ostendamus, quod seorsum ab Historia Literaria Aquilejensi facere visum est, ne illius cursus longiori disquisitione perturbaretur. Nequaquam tamen est animus, ut Scriptorum, quos merita in rem literariam clarissimos reddiderunt, laudum cumulo vel minimum detrahatur, sicubi veritatis inquirendæ causa ab illorum judicio discedimus, quandoquidem citra ullius injuriam haud parvi profecto interest, obitum Athanasii suo anno restitui, in quo restituendo viri celeberrimi defudarunt, quum ille sit quædam veluti epocha generalis, unde maximæ in antiquitate ecclesiastica res pendunt; nec solum enim persecutio inde Alexandrina deducitur, sed gesta Hieronymi, Rufini, & Melaniæ, Historia etiam Palladii, & Paulini Nolani epistolæ non modicum illustrantur, ut in Historia nostra visum est, cujus potissimum scriptio nos perpulit, ut in eundem annum e tenebris antiquitatis eruendum, graviter incumberemus. Primæ ergo sententiæ auctor est Socrates lib. iv. cap. xix. ubi Athanasium demortuum facit Gratiano II. & Probo Coss. nempe A. D. 371. eique præter Godefridum Hermannum in Vita lib. xi. cap. xvii. & Petrum Franciscum Chiffetium in Paulino illustrato parte II. cap. xi. adstipulantur Bollandiani auctores in tomo I. Maii pag. 248. iterumque in Historia Patriarcharum Alexandrinorum, tomo v. Junii præfixa, hoc fulti Baronii axiomate, quod ex A. D. 69. §. xxxvi. in medium sistunt: *tempora annumerata per Consules libentioribus sunt accipienda auribus, quum ceteris illa frequentior, liberalior, & verior esse noscatur chronographia, quæ a fastis deducitur est Consularibus*. Hac, ut puto, ratione victus chronologorum facile princeps Dionysius Petavius in lib. xiii. de Doctrina temporum A. D. 371.

K k k 2

atque

atque alibi etiam, Socratis narrationi adquevit. At vero lib. II. epist. IX. ad alium magni nominis Chronologum Ægidium Bucherium, sui argumenti pondus inde augeri existimavit, quod Nicephorus testetur in Chronico, Theophilum Athanasio successorem datum anno XV. post ejusdem obitum. Datus est autem Arcadio & Bautone Cofs. A. D. 385. ex Socrate lib. V. cap. XII. & quidem post diem XXVI. Julii, quo Timotheus decessit. Sed hinc potius sequeretur, Athanasii obitum contigisse A. D. 370. Itaque benigna explicatione juvandus est, ubi ait pag. 416. Petrum post Athanasium in exilio vixisse *anno uno*, Lucium annis V. Petrum secundo anno uno, Timotheum annis VIII. quem exceperit Theophilus. Aliud est Theophilum annos XV. ab Athanasii decessu Episcopum sedisse, aliud sedere cœpisse postquam Athanasii quatuor Successores annos XV. in eadem sede explevisent. Hinc enim sequitur, Theophilum anno demum XVI. iis successorem datum. Critici, omni præconio majores, duce Baronio, cum Socrate fati conferunt; nec tamen omnes in eundem scopum arma collineant; nam Baronius stat pro A. D. 372. Ceteri pro A. D. 373. haud segniter pugnant; atque hi sunt Henricus Norisius in Censura contra Johannem Garnerium pag. 45. ubi sententiam Baronianam expungit ab se olim probatam in Historia Pelagiana lib. I. cap. II. Antonius Pagius A. D. 372. §. IX. Sebastianus Nanius, Tillemontius in Commentariis historiæ ecclesiasticæ tomo V. pag. 582. & tom. VIII. pag. 252. 721. & Bernardus de Montefalconis, insignis Benedictinæ familiæ monachus; in Vita, quam operibus Athanasianis præfixit; nuperque adhuc locupletius in epistola inscripta: *an vera narratio Rufini de baptizatis pueris ab Athanasio puero*, in qua summus & vir & amicus animadvertit, Socratem non raro confusum, res omnino disparatas conjungere, atque adeo tunc esse præcipue accuratum, quando acta publica cum notis consularibus recitat, non ita vero, ubi cum iisdem notis, proprio Marte dispositis, aliquod gestum enarrat. Quare effatum Baronii per Hagiologos Bollandianos adductum, *de antiquis scriptoribus* accipiendum, ut ipsemet doctissimus Cardinalis statim se accipere explicat, nimirum de æqualibus, non ita de illis, qui rem notis consularibus suo ingenio distinguunt, cui tamen ipsi haudquaquam æquales, sed posteriores fuerunt. Alia id genus in Socrate deprehendit vir illustris de Montefalconis, cuiusmodi est, ubi scribit Historicus, Athanasium demortuum *post quadraginta sex annos in Episcopatu* completos: qui numerus quidem certe Socrati opponitur; sed tamen nobis facilem viam sternit ad Athanasii annum emortualem proxime detegendum. Etenim Sanctus Alexander Episcopus Alexandrinus ab Concilio Nicæno redux A. D. 326. Athanasio sibi in successorem adlecto, diem obiit eodem anno, mensibus quinque nondum exactis ab receptione Meletianorum, quæ contigit uno vel altero mense post absolutum Concilium. Id testatur ipsemet Athanasius in Apologia II. tomo I. Operum pag. 178. editionis novæ, & Theodoritus lib. I. cap. XXV. At vero annorum numerum hinc ad A. D. 371. deductum, quo

quo Socrates ejus obitum signat, non *quadraginta sex annos*, sed solos *quadraginta quinque* conficere exploratum est. Neque hic annorum numerus compleri poterit, etiamsi illum cum sociis Bollandianis, præter vetustatis censuram, inchoare velimus ab die XVI II. Januarii, non vero ab exeunte Aprili anni 326. tres enim menses & aliquot dies, qui inde reliqui exurgerent, *quadraginta quinque annos* eousque amplificare non possunt, ut *quadraginta sex integros* constituere videantur. Enimvero Cyrillus in Sede Alexandrina, annis circiter quadraginta duntaxat post Athanasium, Episcopus, disertim testatur in epistola I. ad solitarios to. v. Operum parte II. pag. 3. eundem decessorem suum Alexandrinæ Ecclesiæ præfuisse *annis integris quadraginta sex*: ἰσ' ἔλασε ἑταυρ τριακοντα καὶ ἕξ, quod de annis jam pridem elapsis, non de elapsuris intelligendum esse, nemo, ut puto, negabit, quanquam secus visum fuerit Paschasio Quesnello, qui probationes ex numero annorum pontificatus, *indirectas* judicans, eandem cum Proteriana mortis Athanasii epocha, & cum Hieronymi calculo stare posse pronuntiavit in tomo II. Operum Sancti Leonis pag. 900. Quot autem errores hic cubent, postmodum apparebit. Interim Socrati & Cyrillo, in eodem numero annorum determinando, consonat etiam Rufinus, Athanasii olim funeri præfens, ubi ait lib. XI. cap. III. illum quievisse *quadragesimo & sexto anno Sacerdotii sui*. Idem habent Sozomenus lib. VI. cap. XIX. Auctor farraginis Alexandrinæ in excerptis Eusebianis Scaligeri pag. 84. Theophanes, Anastasius Bibliothecarius, & Nicephorus in Chronicis quanquam alias ab errore non vacui: quibus Arabicos etiam scriptores jungit Eusebius Renaudotius in Historia Patriarcharum Alexandrinorum Jacobitarum pag. 96. Quapropter hæc omnia conjunctim exposita, in Sancti Athanasii annorum Episcopatum numero expresse definiendo, nulla arte infirmari posse crediderim; ideoque Rufini & ceterorum annos haudquaquam cavos, sed undique plenos & integros Cyrilli auctoritas reddit: qui sui decessoris elogium dedita opera scribens, rem adeo vulgatam atque testatam ignorare non potuit; quique *quadraginta sex annos integros* non appellasset, qui tantum *quadraginta quinque* fuissent. Quare etiam si tres menses a Bollandianis excogitatos admitteremus, adhuc probandum esset, tres illos eodem mense diserto & luculento vocabulo non solum *anni*, sed *anni integri*, sive pleni & absoluti ab Cyrillo denotari potuisse.

II. Multa alia huic loco possem attexere, sed quæ doctæ & copiosè differuit Cl. Montefalconius, invitos etiam fateri cogunt, Athanasii mortem in A. D. 371. ab laudatissimis viris frustra referri. Vereor tamen, ut eadam felicitate, qua illinc dejicitur, conjici possit in A. D. 373. quemadmodum conjiciendam esse non dubitant præstantes viri Pagius, Tillemontius, & post eos Montefalconius, qui postremus omnium uberime hænc partem ornavit, ita ut nihil sibi reliqui scelerit in ea, quam memoravi epistola de *Narratione Rufini*. Fundus, in quo tanti viri consistunt, est epistola Proterii Alexandrini ad Pontificem Leonem Magnum

gnum A. D. 454. conscripta, quam post Petavium latine vulgavit Aegidius Bucherius in Commentario de Doctrina temporum; ibi enim pag. 84. hæc leguntur: *in octogesimo nono anno ab Imperio Diocletiani, superstite beata memoria patre nostro & Episcopo Avastasio (lege Athanasio) cum xiv. Luna Paschalis xxviii. die mensis Pharmotis, idest novo Kalendarum Aprilium die provenisset die dominico, in subsequentem translata est hebdomadem, ita ut quinta die Pharmoti, hoc est pridie Kalendarum Aprilium, celebraretur Pascha dominicum.* Hæc notæ Chronologicæ in A. D. 373. quadrare noscuntur: quo Pascha in subsequentem Dominicam, sive diem xxxi. Martii translatum fuisse tradit epistola; & superstite quidem Athanasio, qui postmodum inter mortales vivere desierit, si assertoribus ejusdem anni 373. auscultare velimus. Hæc enim variis doctis persuaserunt, supremum diem Athanasii extra A. D. 373. non esse querendum. Nec profecto illorum sententia male procederet; dummodo & reliqui characteres, quemadmodum ab A. D. 371. abhorrent, ita ut cum vulgato Proterii calculo in annum 373. sponte sua & æquo pede concurrerent. Verum hic Rhodus hic salus, ubi enim hanc supputationem amplecti velimus, annos Athanasii non tantum *quadraginta sex integros* ex veterum scriptorum consensu illi attributos, numerabimus; sed *quadraginta septem* universa antiquitate reclamante, numerari videbimus. Atque hæc causa est cur tutius & commodius existi mem, ne latum quidem unguem desistere a Baronii sententia, qui A. D. 372. §. xii. Socratis collegio consulari posthabito; licet ab se olim excepto in notis ad Martyrologium, hæc literis consignavit: *hoc item anno, iisdemque Consulibus (Modesto & Avintio) Sanctus Athanasius Episcopus Alexandrinus post innumeros pro tuenda Fide Catholica susceptos labores; quam sedisset annos QUADRAGINTA SEX, sexto novus Maii solutus carnis vinculis; accepturus immortalitatis coronam migravit in Cælum.* Hic primo corrigimus quod aliquando cum Socrate nos dixisse meminimus, ipsum anno superiori, nempe trecentesimo septuagesimo primo, defunctum esse. Porro cum constet, anno sequenti a Nicæno Concilio, nempe Domini trecentesimo vicesimo sexto, fuisse creatum episcopum Alexandrinum; ad hunc usque annum oportuit pervenisse; licet apud Hieronymi Chronicon anno sequenti ponatur substitutio successoris. Ita Baronius: cujus tamen calculi Hieronymum etiam concinere, secus atque ipsi visum est, inferius monstrabo. Idem vir purpuratus postquam *Rafini*, tunc in Ægypto cum *Melania* versantis, & Cyrilli quoque Alexandrini testimonio de annis ab Athanasio in Episcopatu transactis, recitasset, *Cyrillum hæc omnia exploratissima habuisse merito censet, utpote ejusdem Ecclesie episcopum; atque hinc mendacii Socratem arguit, qui quum totidem ejus sedis annos Athanasio tribuat, decessisse tamen ait anno superiori, Gratiano & Probo Consulibus; quanquam haud sane mentitum Socratem puto: sed humani aliquid passum, ut viris etiam summis non raro accidit, unum par consulum officianter pro alio, eidem proximo, summis non dubito.*

Ad Proterianam epistolam, quam, utpote suo tempore necdum editam, Baronius non vidit, postmodum revertemur. Sane præter exactum & præfinitum annorum numerum, cetera omnia huic A. D. 372. prorsus conveniunt, quæ neque A. D. 371. neque 373. aptari ullo modo possunt, ut statim visuri sumus. Et primum illud peculiarem observationem meretur, quod non solum Pagius A. D. 372. §. x111. sed etiam Montefalconius pag. 41. uno ore confirmant, Rufinum scilicet ac Melaniam, qui A. D. 371. *ingruente jam hieme*, ex Hieronymi epistola xx11. alias xxv. in Palæstinam profecturi, ex Urbe discesserant, Alexandriæ vivos A. D. 372. quo Melania ab Sancto Athanasio pelle ovina donata est, quam hyena in mercedem restituti catulo suo oculorum usus, Marco Abbati, Marcus postea Athanasio obtulerat. Id ex ore Melaniæ se accepisse tradit Palladius in Paradiso Heraclidis cap. v1. pag. 954. editionis 11. Heriberti Rosweydi. Hac enim antiqua versione Historiæ Lausiacæ heic libenter atque alibi utimur, quotiescumque recentior interpres Gentianus Hervetus ob Græci eodiciis corruptionem ab errore non vacat. Sane haudquaquam vacareprehenditur cap. xx. de ovina pelle sermonem faciens. Ad Pagium A. D. 372. §. x1x. ubi locum ex conjectura feliciter emendavit, ad quem, multiplici limo turbatum, hæsisse comperio non solum Rosweydem in notis ad Palladium pag. 786. §. 52. Sed præterea Chiffetium in Paulino illustrato parte 11. pap. x1. & Tillemontium ad Vitam Sancti Marcarii tomo v111. pag. 811. Alium, sed similem eventum, Rufinus de Marcario narrat lib. x1. cap. 1v. Alium item de alio monacho Sulpicius in Dialogo 1. cap. 1x. locum Palladii, nuper adductum ad mentem Pagii ex eodiciis MSS. postea restituit Montefalconius pag. 40.

111. Constat *seno Melaniam*, ipsa *Melania* apud Palladium, suum necessarium narrare; pellem ovinam accepisse ab Athanasio. Hanc tamen accepisse non potuit, nisi A. D. 372. quo Ægyptum intravit; nam, teste Palladio, cap. cxv11. *sex menses* tantum in Ægypto morata est. Et quemadmodum Marcus moriturus pellem Athanasio reliquerat; ita & Athanasium nonnisi moriturum eodem A. D. 372. Melaniæ illam reliquisse pro certo habeo. Cur enim tam cito antequam moreretur pretiosas exuvias a viro Sancto postremis tabulis sibi relictas, in matronæ insignis quidem, sed peregrinæ, & vix dum sibi fortasse notæ possessionem transferre voluisset? Aliud in hac disceptatione validum argumentum suppetit ex Rufino, in re quam vidit, fide dignissimo; is enim in lib. x1. cap. 11. & 111. testatur, Alexandriæ CONTINUO post *Athanasii obitum* persecutionem in Catholicos excitatam ab Arianis, quibus Valens Augustus favebat, *Tatiano Alexandria præside*: quod nonnisi A. D. 372. contingere potuit; Etenim anno insequenti 373. non amplius *Tatianus*, sed *Palladius*, qui eidem in præfectura Ægypti successerat, Alexandria præsidebat, ex Socrate lib. 1v. cap. xx. & ex Theodorito lib. 1v. cap. xx11. *Rufinus* porro omnem hac in causa dubitationem convellit, dum præfectum nominat, sub quo CONTINUO post *Athanasii obitum* ea persecutio

tio exarfit: in qua & ipsemet *Rafius* exilia & carceres subiit; unde ait: *quæ præfens VIDI, loquor; & eorum gesta refiro, quorum passionibus socius esse promerui.* Melaniam in hac eadem persecutione, CONTINUO post Athanasii obitum constata, intra illos sex menses, quos in Ægypto transegit A. D. 372. fugatos & apprehensos fovendo, christiana virtute excelluisse, auctorem habeo Paulinum Nolanum, qui epist. xxix. alias x. §. xi. hæc, non perfunctorie legenda, scribit ad Severum Sulpicium: *de multis tamen in illa (Melania) virtutibus Dei, unam saltem, de qua ejus omnia astimentur opera, prædicabo. Tempore illo Valentis, quando Ecclesiam Dei vivi furor Arianorum, Rege ipso impietatis satellite, persequabatur, hæc erat princeps vel particeps cunctis pro fide instantibus. Hæc fugatos recipiebat, aut apprehensos comitabatur. Sed cum eos recepisset in laqueam, qui propter insignem fidem majore & hereticorum odio infestabantur, & occultantium detegebantur invidia, gravi tunc seditione diabolicis facibus inflammata, quasi contra legem publicam contumax protrahi, ac pati iussa est; qua illos manebant, nisi prodere maluisset: Proceffit impavide cupida passionis, & injuria publicationis exsultans, quævis non expectasset trahi, traheros antevolans ad judicem, qui confusus veneratione præsentis, non exsecutus est infidelitatis iram, dum fidei miratur audaciam.* Hæc Paulinus de Melania, in æstu Alexandrinæ persecutionis intrepida: quæ latius referre visum est, propterea quod multum ad hoc argumentum illustrandum conferre videantur. Ne vero alios quam Ægyptios ab strenua muliere adiutos intelligamus, hæc Nolanus attistes ibi statim subjungit: *eodem tempestate per triduum quinque millia monachorum latentiam panibus suis pavit.* De Monachis Nitriæ, tunc post cives Alexandrinos ab eadem, procella compressis, agit Rufinus in loco a nobis superius indicato. Tatianus mense Majo A. D. 367. Ægypto præerat, ex Gothofredo in Chronologia codicis Theodosiani pag. lxx. Auctor Farraginis Alexandrinæ testari videtur, Tatianum Ægypto præfuisse per quadriennium, scilicet integrum, non computato primo anno, quo cæpit; neque ultimo, haud integro, quo præfecturam finiit, fortasse propterea quod illi duo anni pleni non essent; sive primum decessori, ultimum successoris potius reliquerit. Sed idem auctor vel sarcinator, utpote confusus & barbarus, magna luce non raro indiget, ut critici norunt. Ait tamen disertè, sub *Tatiano Augustalio* Athanasium obiisse, eique successum Petrum archipresbyterum. Eundem Tatianum A. D. 374. ex præfesto Ægypti Comitem sacrarum largitionum habemus in Chronologia Gothofredi pag. xciv. Sed iterum postea per triennium Ægypto præfuit A. D. 374. 375. 376. de quo auctor Farraginis Alexandrinæ pag. 84. ubi tamen Consules turbatos esse observat Gothofredus. Quia vero in eadem Farragine, *Modesto & Arintheo* Coss; statim post Tatianum, *Publius Augustalius* occurrit (quod fortasse fuerit Palladii prænomen; nisi cum Pagio A. D. 372. §. xii. *Palladium* pro *Publio* legere malimus) hine discimus, hoc eodem A. D. 372. quo

iidem

iidem Consules procefferunt, Tatianum egressum, & Palladium ingressum Præfecturam Ægypti; itaut prius semestri spatium Tatianus, qui statim post mortuum Athanasium mense Majo, in Catholicos præferociter sæviit; posterius vero Palladius, qui persecutionem ab Tatiano inceptam, eadem æstate continuavit, res Alexandrinas pro Valente Augusto, supremi iudices administraverint. Agebat eo tempore Valens Antiochiæ, ubi legem iussit die xiiii. Maji ex Chronologia Gothofredi pag.xci. Quare, teste Socrate lib. iv. cap. xx i. *Ariani absque tota Imperatori; tunc Antiochia agenti, curaverunt significandam Athanasii mortem*: Idem Historicus hæc postea subiungit. PAUCIS DIEBUS interjectis, *Euzojus Antiochena Sedis simul & hæreseos Ariana præses. temporis occasione captata, decrevit ire Alexandriam, uti administrationem ecclesiarum ibidem Lucio pariter Ariano traderet.*

IV. Hæc sine mora & paucis interjectis diebus ab morte Athanasii fieri omnia non potuissent A. D. 373. quia Valens hieme tantum hujus anni mansit Antiochiæ; æstatem vero, qua Athanasius obiisset, non Antiochiæ, sed procul in bello contra Saporem Persarum Regem traduxit, e quo victor Antiochiam ad stativa hiberna remeavit. Ita ex Ammiano & Zosimo Tillemontius to. v. Hist. Imperatorum pag. 105. Quare Valens A. D. 372. æstatem agens Antiochiæ nuncium accepit de morte Athanasii, imperavitque, ut auctor est Socrates, Magno Comiti largitionum, & Palladio, qui Tatiano in præfectura Ægypti tunc recens eodem anno successerat, ut impii Euzoii propositum copiis militaribus adjuverent. In hoc Theodoriti etiam testimonium concurrat, qui lib. iv. cap. xx i. tradit, post collocatum in throno pontificali Petrum, *confestim* provinciæ præfectum Palladium, hominem cultu idololatram, cum gentilium & Judæorum phalange Ecclesiam Catholicorum vallasse, ut in Petrum manus injiceret.

V. Fortassis hæc tam fuse persequendo nimius videar; sed tamen quando huc pervenit oratio, novum adhuc robur ex Sancto Hieronymo adjungam, de quo peropportune me monent qui ejus auctoritatem vel temere elevant, vel perperam citant. Hieronymus ergo in Chronico Eusebiano ab se aucto, Petri Athanasio suffecti ordinationem statuit sub anno 1. Oiympiadis 288. cui respondere putant annum Dionysianum 373. atque hinc fit, ut certantes pro anno emortuali 371. Hieronymi chronologicis canones insuper habeant: qui vero pugnant pro A. D. 373. illorum se præsidio tueantur. Sic porro Hieronymi auctoritas variam fortunam subit. Sed viri docti ad alia properantes animadvertisse haudquam videntur, sub illo eodem anno in Chronico Eusebiano nonnulla alia, Petri ordinationi conjuncta, memorari, quæ tamen nullo pacto in A. D. 373. conjici possunt. Hæc ut exploratius patefiant, integrum Hieronymi laterculum, ut prostat in editione Scaligeri, hic lubet enucleare.

Laterculus Chronici Eusebiani, auctore
SANCTO HIERONYMO.

Annus Abrahami 2899. Annus I. Olympiadis 288. Annus Christi secundum Eusebium 374.	i.	Saxones cæsi Deufone in regione Francorum .
	i l.	Burgundionum octoginta fere millia , quod nunquam ANTE , ad Rhenum descenderunt .
	ii l.	Clearchus præfectus urbis Constantinopolis AGNOSCITUR ; a quo necessaria & diu expectata votis aqua inducitur civitati .
	i v.	Alexandriæ ORDINATUR episcopus Petrus , qui post Valentis interitum , tam affabilis in recipiendis hæreticis fuit , ut nonnullis suspicionem acceptæ pecuniæ intulerit .

1. Nunc locus postulat ut hujusce laterculi Hieronymiani singula segmenta explicem , unde magnam lucem anno emortuali Sancti Athanasii affulgere nemo , ut auguror , in dubium vocabit . Saxones per Theodosium Comitem *bellis navalibus* consumptos sub Valentiniano Imp. A. D. 369. eruiimus ex Pacato in cap. v. Panegyrici ad Theodosium Magnum, ejusdem Comitis filium . Iterum postea occidione occisi fuerunt Valentiniano & Valente Augustis iii. Cos. nempe A. D. 370. ex Ammiano lib. xxviii. cap. v. Ob hanc injuriam popularibus illatam quum Saxones A. D. 372. tertium in Gallias erupturi per Germaniam magno agmine ingrærent , Valentinianus Deufonem illorum clade nobilitavit : quod præter Hieronymum scribit Paullus Orosius in lib. vii. cap. xxxii. quorum prior in regione *Francorum* , alter in Francorum terris eosdem Saxones ab Valentiniano devictos literis prodidit . Deufonem porro opidum cultu Herculis in nummis Postumi Augusti olim insignè , nunc vulgo *Duitsum* , ex adverso Colonie Agrippinæ in regione Francorum stetit , docet Johannes Ifacius Pontanus in Originibus Francicis lib. ii. cap. iii. & Thomas Reinesius epist. xxxv. ad Rupertum pag. 276. Hanc duplicem Saxonum cladem , ab aliis in unum constatam , distinxit Hadrianus Valesius in rebus Francicis lib. i. pag. 47. propterea quod altera incurso navalis , altera pedestris extiterit : Illam Ammianus Valentiniano & Valente Augustis iii. hanc Cassiodorus in Chronico iisdem Augustis iv. Consulibus factam testantur . Sed quia Hieronymus posterior locat initio anni I. Olympiadis 288. quod ab A. D. 372. separandum non

non esse mox apparebit, ideo illam sub finem ejusdem anni contigisse crediderim, quam postea in longinquis regionibus initio anni sequentis vulgatam, Cassiodorus illi anno defixerit, nisi potius ex male perceptis Hieronymi calculis illam Cassiodorus in eundem annum rejecit; quod libentius existimaverim.

2. Valefius ut duas Saxonum clades, ita & duas Burgundionum expeditiones iisdem annis illigatas distinguit; alteram quidem ab Ammiano, alteram ab Hieronymo, Orosio, & Cassiodoro uno eodemque numero *octoginta millium* determinatam. Profecto hæc verba Hieronymi: *Burgundionum octoginta fere millia, quod NUNQUAM ANTE, ad Rhenum descenderunt*, argumento sunt, alias expeditiones contra Gallos a Burgundionibus ante susceptas; neque Hieronymum, testem æqualem, in re tam nova legitimo tempore consignanda, falli debuisse facile reputaverim. Petavium in hanc eandem sententiam ivisse conspicio in lib. XIII. de Doctrina temporum, ubi Periodo Juliana 5085. A. D. 372. Burgundionum ad Rhenum descensum consignat.

3. Clearchus Constantinopoli præse cepit A. D. 372. ex Gothofredo in Chronologia codicis Theodosiani pag. xc. quo in munere biennium infusit; deque exordio præfecturæ Clearchi Hieronymum loqui, pandit verbum *agnoscitur*.

4. Ubi Hieronymus isti exordio conjungit ordinationem Petri, Athanasio suffecti, cujus obitum silet, satis aperte indicat eandem ordinationem ab se copulari cum A. D. 372. non autem cum anno infuquenti 373. Eusebius pariter atque ejus continuator Hieronymus annum primum Olympiadis cum auspiciantur ab Kalendis Octobribus, Olympiadas vulgares, ab solstitio æstivo, sive ab die XIX. Junii inchoatas, antecedentibus, eidem anno Olympiastico ita deducto ceteras epochas jungunt. Hoc adnotarunt Petavius de doctrina temporum lib. IX. cap. I. & XVI. & Pagius in Dissertatione de Periodo Græco-Romana §. LXXXI. Heic tamen legitur *Septembris* pro *Octobris*, manifesto errore typographi vel excipientis, propterea emendando ex §. XXIX. præfationis, ubi idem Pagius initium anni Abrahamitici, cui initium quoque anni Olympiastici apud Eusebium copulatur, deducit ab Kalendis Octobribus, non vero Septembris. Quum ergo quilibet annus Olympiasticus ex annis præcedentis autumnum trahatur, eundem quoque annum Olympiasticum inde secum res trahere necesse est, que illi tempori adhærent; ita ut annus primus Olympiadis 288. in annos vulgares 372. & 373. se extendat. Quare non semper quæ annis singulis Olympiasticis assignantur, ad unum tantummodo Christi annum, sed ad alterutrum, vel ad utrumque pertinere dicenda sunt. Hæc totum laterculum proxime expositum venire, quæque ibidem clauduntur, citra A. D. 372. nequaquam egredi, certissimum est. Rursus aliunde adstruitur annus Dyonisianus 372. in præsentem questionem vocatus. In laterculo a nobis exhibitio, Petri Alexandrini ordinatio connectitur an-

ño Abrahamitico 2389. Deme hiuc numeros millenariõs & septemdecim, supererit annus Dionysianus 372. quo obitus Athanasii & Petri ordinatio evenerunt, Cyclo solis xv. Lunæ x. i. literis Dominicalibus A. G. Indiã. xv. Quia vero anni Abrahami duobus Cyclis Lunaribus Cyclos Dionysianos superant, deme illos, & habebis Cyclum Lunæ xii. jam adnotatum. Hæc ex methodo, quam Pagius ad annos Abrahamiticos cum Dionysianis in Chronico Eusebii copulandos tradidit in Dissertatione de Périodo Græco-Romana §. lxxix. quæ quidem methodus quanquam est facilis, nemini tamen antea observata. Postremo hæc omnia mirifice solidantur ex A. D. 374. cui annus primus Olympiadis in Hieronymiano Chronico adnectitur, nam epocha Incarnationis, qua utitur Eusebius & ejus continuator Hieronymus, biennio Dionysianam antevertit, ex Pagio proxime adducto §. lxxviii. adeoque annus Christi 374. qui ibidem signatur, detracto biennio, exprimit annum vulgarem Dionysianum 372. Vereor ne tam spissa tricarum hujusmodi conglobatio fastidium pariat; sed illa quodammodo necessaria erat ad demonstrandum tot & tam luculentis chronologiæ characteribus, ordinationem Petri in eundem annum esse defixam; atque hinc tantam abest, ut Hieronymus eorum sententiam adstruat, qui in A. D. 373. Athanasii obitum referunt, ut e contrario Baronianam & nostram omnino tueatur, dum Petri ordinationem eidem anno 372. conjungit, quo Athanasius in Cælum migravit. Desinant ergo Hieronymi calculos aspernari, qui eisdem suis divinationibus adversantes offendunt. Huc faciunt verba Montefalconii, ad Hieronymum, non pro illo quidem, sed pro nobis loquentem, adcommodata: *ille vero, utpote Athanasio equalis & oculatus, ut dicam, testis, hac in re fide dignus est, tum quia tanti antistitis, qui illo ævo pro ecclesiæ lumine passim habebatur, annum obitus non videtur ignorare potuisse; tum quia fide dignioribus, nempe ipsis Athanasii successoribus accinit.* Eadem in Quesnellum regeruntur, qui Hieronymi auctoritatem ab se male perceptam cum Proterio componi posse immerito censuit. Hæc omnia ob oculos repræsentare visum est, ut plenius intelligatur, annum emortualem Athanasii ab A. D. 372. non esse amovendam.

6. Nunc reliquum est, ut argumento occurramus, ex Athanasii epistolis Paschalibus derivato; quæ licet nondum recentioribus visæ, & fortasse olim prorsus perperditæ, quum tamen numero *quadragesima septem* in Arabum scriptis recensentur, inde clarissimus Montefalconius consequi putat, Athanasium post A. D. 326. totidem Paschata suis epistolis prænunciassè, quot præterlapsa numerantur ab A. D. 327. quo primum Pascha Athanasius Episcopus celebravit, ad A. D. 373. quo virum sanctissimum defunctum fuisse contendit. Sed enimvero, si jam dicta hucusque, probe consistunt, neque numerus earundem epistolarum fatiscit, necesse est, Athanasium adhuc superstitem A. D. 372. epistolam Paschalem xlv. exarasse pro insequenti A. D. 373. ut non leve indicium

cium nobis suppeditat epistola Sancti Proterii, de qua postea. Quod si Athanasius A. D. 373. expirasset, non XLV 11; sed XLV 11; paschales epistolas edidisset, quarum ultima anni insequentis 374. Pascha denunciare debuisset. Neque enim litem intendam de die & mense emortuali Sancti Alexandri pontificis Alexandrini & ejus successoris Athanasii, quum persuasum habeam illum denatum die XV 11. Aprilis A. D. 326. hunc vero die II. Maii A. D. 372. unde effluunt *quadraginta sex anni integri* Athanasianæ sessionis. In hos dies vetustissima Christianorum monumenta conspirant, & si qua ab his diversos assignant, ad alias omnino causas, quam mortis, referendos esse non ambigo.

7. Multis consulto præteritis, quæ sicut contra A. D. 371. optime pugnant, ita pro anno 373. nequaquam faciunt, silentio prætermitti nequaquam debet Proterii Alexandrini epistola; quandoquidem in ea, velut in arce munitissima, viri docti consistunt. Illam Græcæ, ut Proterius scripsit, post sæculorum memoriam nemo hætenus vidit, latinamque Dionysii Exigui versionem ex mendoso codice post Petavium eduxit Bucherius, ut dictum est; qui nec illam erroribus scaterere dissimulavit, tum in ipso nomine Sancti Athanasii, tum in notis etiam numeralibus, & in aliis nonnullis, de quibus in ora lectores identidem monuit, eaque Bollandistæ recensuerunt die II. Maii pag. 248. §. 401. Id tanto ante Proterius prædixerat in fine epistolæ se passurum per librariorum audaciam & interpretum latinorum inscitiam; qui *Græca non valentes diligenter exprimere, lederent veritatem*. Ergo his omnibus circumspectis, haudquaquam mirari subit, si isthæc latina translatio, utpote saltem ex apographo minus integro accepta, se in pluribus opido vitiosam prodit; ita ut ubi ait A. D. 373. *superstite Athanasio* Pascha in *subsequentem* hebdomadam *translatum* fuisse, absque alia explanatione, perpauca fidem mereatur. Hoc sane jamdudum Criticis majorum gentium suboluit, quos nequaquaquam movit hujus epistolæ auctoritas, ut in A. D. 373. obitum Athanasii conferrent. Nec auctor novæ editionis Operum Sancti Leonis Magni, qui illam epistolam tomo I. pag. 646. ex codice Oxoniensi emendatiorem inferuit, ab omni macula immunem reddere potuit. Hinc Bollandianos continuatores suspicio incescit, primitus in codice Græco lectum fuisse *ἀποθανόντος*, *defuncto*, in cuius postea locum facili errore *ἀποθανόντος* *superstite*, ab librario scriptum, vel ab interprete lectum fuerit. Petavius in notis ad eandem epistolam ex codice Jacobi Sirmondi ab se editam sub finem tomi II. de Doctrina temporum, Proterium alucinatum existimavit, quasi nempe Athanasium, qui ante decesserat, adhuc illo tempore vixisse crediderit. Tillemontius tomo VIII. pag. 720. errorem inde oriri potuisse censuit, quod Proterius in tabulario Ecclesiæ Alexandrinæ Pascha pro A. D. 373. *pridem* ab Athanasio digestum comperisset, ordinatumque, ut eo anno celebraretur die XXXI; non vero XXIV. Martii: quod, inquit, *ordinasse* potuit A. D. 371. immo vero 372. ut statim patebit.

bit. Idipsum pridem conjecerant Bollandi continuatores, Proterium narrasse rati, non quid factum A. D. 373. adhuc *superstite Arbanaſio*, sed quid Athanaſius adhuc ſuperſtes pro ejuſdem anni celebratione Paſchatis, biennio citius feciſſet; quandoquidem in Eccleſia Alexandria tabulæ Paſchales in antecellum digerebantur ex præſcriptio Concilii Nicæni, cujus iudicium res paſchales ſubjerant.

8. Sed conjecturis præſtantium ingenio & doct̄ina virorum ſepoſitis, omnes difficultatum nodi facile diſſolventur, ſi veterem & ſacrum illum rei paſchalis denunciandæ ritum penitus introſpexerimus. Enimvero cum Epifcopo Alexandrino cura incumberet investigandæ diei, qua paſcha quotannis celebrandum, ut patet ex epiftoła xciv. alias lxxv. Sancti Leonis Magni ad Marcianum Auguſtum; Athanaſius non A. D. 371. ſed 372. investigare debuit diem Paſchatis anni infequentis 373. de quo mature certa redderetur Apoſtolica Sedes, ut *hujus ſcripti ad longinquiores Eccleſias indicium generaliter percurreret, ait idem Pontifex*; nam poſt acceptum ab Alexandrino conſilium, ad eandem Sedem Apoſtolicam pertinebat diem paſchatis ſequuturi *omnibus Occidentalium partium Sacerdotibus* denunciare, ut inquit idem Leo Magnus epifto. cxii. ad Marcianum Auguſtum; nimirum cunctis Romani Patriarchatus Metropolitanis per Italiam, Illyricum ſolidum, Britannias, Gallias, Hiſpanias, & Africam, nempe toti Europæ uſque ad Thraciam, idque ſecundum Canonem I. Concilii I. Arelatenſis in editione Labbei to. I. pag. 1427. Vide Noriſium in reſponſis ad Gerras germanas Franciſci Macedi pag. 41. & ſi lubet, conſule etiam Franciſcum Bernardinum Ferrarium in libro I. cap. xxv. de Ritu ſacrarum concionum. Ejuſdem Romani Patriarchatus amplitudinem his verbis innuunt Patres Arelatenſes in epiftoła ſynodali ad Sanctum Silveſtrum pontificem pag. 1419. *qui majores diœceſes tenes utique patriarchales, quas ſuperius nominavi. Eadem ratione Sanctus Baſilius epifto. x. ad Gregorium Nazianzenum* vocat Romanum Pontificem *Occidentalium Antefignanum*. Quamobrem Athanaſius neque A. D. 371. anticipare, neque uſque ad A. D. 373. diſſerre debuit, nec potuit, investigationem & prænuſnciationem diei paſchalis pro eodem A. D. 373. Porro diem paſchalem, per univerſas Ægypti Eccleſias denunciandum, in præcedenti feſto Epiphaniæ; diaconorum præconio apud Alexandrinos vulgari conſueviſſe, præcipue conſtat ex Caſſiani Collatione x. cap. 11. At vero literas paſchales ab Antifite Alexandrino ad Romanum, a quo reliquæ accepturæ eſſent Eccleſiæ, anno ſuperiori præmiſſas, jam adnotavit Baronius A. D. 399. §. 111. a Noriſio perperam reſutatſ lib. I. Hiſt. Pelagianæ cap. 11, Siquidem Leo Magnus accepta a Proterio Alexandrino epiftoła, de qua agimus, ut celebratio Paſchatis A. D. 455. explicabatur, idem Summus Pontifex de more *Epifcopis per Gallias & Hiſpanias conſtitutis* paſcha anni ſequuturi denunciavit v. *Kalendas Auguſtas* præcedentis anni 454. ut liquet ex epiftoła cix. alias xcv. Leo autem epiftoła cxii. Marcianum Auguſtum cer-

certiore reddit de die paschali mox sequuturo, ut ab se dudum Episcopis, sive, ut ipsa ejus verba usurpem, omnibus *Occidentalium partium Sacerdotibus intimato* i quem *Alexandrii Episcopi declaravit instructio*. Profecto hoc ipsum, nulla pene vi epistolæ Proterianæ illata, haud obscure subsequencia verba loqui videntur: *in octogesimo nono quidem anno ab Imperio Diocletiani, superflite beata memoria Patre nostro & Episcopo Athanasio*. Latinus interpres verborum ordinem nonnihil invertit, unde quædam obscuritas orta est, quam scribere debuisse: *superflite beata memoria Patre nostro & Episcopo Athanasio* (nempe A. D. 372.) *in octogesimo nono quidem anno* (nempe A. D. 373.) *Pascha translata est, &c.* adeo ut vir sanctus adhuc superstes A. D. 372. Pascha anni 373. in subsequente hebdomadani transferendum curaverit. Annus Diocletiani 89. ex Petavio Lib. x. cap. LXXII. iniiit a Thoth fixo, nempe ab die XXI. Augusti A. D. 372. post jam mortuum Athanasio, qui tamen adhuc superstes Ecclesiam monuit epistola paschali XLVI. de translatione Paschatis anni 373. proxime sequuturi. Hæc nobis in re, hæstenus maxime dubia, vero propiora, & quantum assequi possumus clara, & quodammodo certa visa sunt. Quare jam tandem in comperito est, annum 372. quo Modestus & Arinthæus consules procefferunt, obitu magni viri insignem fuisse, totque ac tanta testimonia junctim coeuntia idipsum confirmant, ut ea quæ aliorum abire videntur, vel explicari, vel cum nostris calculis in concordiam redigi, vel omnino rejici debeant. Sed rem omnem unico testimonio adhuc conficiam, eoque locupletissimo, huc adducto, ex epistola Sancti Cyrilli ad Aurelium Carthaginensem, aliosque Episcopos in Africana Synodo congregatos apud Petavium to. II. de Doctrina temporum pag. 503. editionis II. Verba Cyrilli hæc sunt: *de Pascha vero, ut scripsistis, mandamus vobis IX. Kalendas Majas nos FUTURA Indictione celebrare*. Hæc futura Indictio eo anno 420. fuit II. iniiitque, de more, a Kalendis Septembribus; Ergo epistola, hoc idem prænuncians, scripta est A. D. 419. Indictione II. adeoque Cyrillus ante Septembrem ejusdem anni 419. pascha futuri anni 420. Patribus Africanis significavit. Dësunt enim in primigenio codice Græco verba hæc v. *Kal. Decembris*, quæ perperam adfuta leguntur initio versionis latinæ ejusdem epistolæ, ut Petavio lib. II. Epist. VIII. indicavit Ægidio Bucherio. Jam vero quod pertinet ad diem mortis Sancti Athanasii, variæ sententiæ, æque ac de anno, circumeunt; quas omnes accurate recenset Tillemontius tom. VIII. pag. 722. qui tamen cum Bollandianis observat, Latinos, Græcos, Ægyptios eum colere die 11. Maii, nempe VII. Mensis Bescinas, sive Pachonis: qui dies A. D. 372. incidere debuit in Feriam III. currentibus tunc literis Dominicalibus A. G. Ipso autem die VII. Bescinas sanctum Præfulem decessisse docet Chronicon Orientale, ex Arabico in Latinum sermonem translatum ab Abrahamo Ecchellenfi, ubi tamen pag. 117. perperam legitur die *Jovis* pro die *Martis*, erroremque satis produunt anni XLVI. & dies

xv. Atha-

xv. Athanasianæ sessionis, ibidem expressi, & deducti ab die xxii. Pharamuti, seu xvii. Aprilis annis 326. quo obiit Sanctus Alexander, Athanasii decessor: quanquam alias adeo in tuto posita res est, ut fulciri non egeat auctoritate Chronici Orientalis, quæ sane extra res Muhamedicas haud magni fit, ubi cum antiquioribus non convenit; auctor enim est recens, quippe qui scripserit Hegira 655. nempe A. D. 1257. Ceterum pro eodem mense Majo emortuali invictum argumentum suppeditare videntur, quæ de Melania retulimus. Hæc enim *cum ingruente jam hieme*, hoc est circa Novembrem A. D. 371. trajecerit in Ægyptum, ibique intra semestrem moram pellis ovinae ab Athanasio morituro donum acceperit, consequens est, Athanasium obiisse intra illam semestrem moram, quæ Junium quidem non transcendit; nam Hieronymus in epist. I. alias xli. *mediæ fervore æstatis Rufinum & Melaniam in Ægypto adhuc esse putabat*, quum tamen *Ægypti Confessores, & voluntate jam Martyres tunc exfulassent*, quos CONTINUO post Athanasii *obitum* exfulasse jam patefecimus.

CATALOGUS VIRO RUM ILLUSTR IUM

Provinciae Fori-Julii.

A

- A** Gresta Julius.
 Albanus Antonius.
 Aleretus Illyricus sive Unacijs.
 Albinus Galpar.
 Alexander Franciscus Archiep.
 — Hieronymus Card.
 — Hieronymus junior.
 Aitanus Alexander.
 — Antonius Ep. Urbini & Sacrae Rotae Auditor.
 — Henricus senior.
 — Jo. Baptista.
 — Lambertus.
 Amaltheus Aloysius.
 — Ascanius.
 — Atrilius.
 — Aurelius.
 — Cornelius.
 — Franciscus.
 — Hieronymus.
 — Joh. Baptista.
 — Julius.
 — Octavianus.
 — Paulus; qui omnes floruerunt saeculo XVI.
 Amasius Celsus.
 — Gregorius.
 — Hieronymus.
 — Leonardus.
 — Pompilius.
 — Romulus.
 Amulius Franciscus.
 Anonymi auctores historiae Patriarcharum usque ad annum 1400.
 Anonymus auctor martyrologii Rosvicydi.
 Anonymus Gradensis auctor Chronicorum Patriarchae Gradensis.
 Arcanus Julius.
 Arigonius Jo. Baptista.
 Astruc Hieronymus Epif. Verulanus.
 Athemius Joh. Paulus.
 ab Attempo Johannes.
 Aylinus Jo. de Maniace.

B

- B** Elgradus Alphonsus.
 Belonius Antonius de Utino.
 Bertramus Bernardinus.
 Berengarius Dux & Rex.
 Bigarella Hieronymus.
 Bonodus Johannes.
 Bononus Petrus Epif. Tergestinus.
 Boreatus Ascanius.
 Bratteolus Jacobus.
 Brevius.
 Brunettus Horarius Portus Naonis.
 Buchius Hieremias.
 Bujatus Fridericus.
 Buonajutus Hieronymus: Amatus Johannes sunt auctores dubii, quamvis unus dicitur de Spilimbergio, aliter Aquilejensis.

C

- C** Aimus Eusebius.
 — Pompeus.
 Caninus Julius.
 Canctianus Jo. Dominicus.
 Candidus Johannes.
 Canullius.
 Capodaleus Jo. Baptista.
 Caporiacus Pompeus.
 Carga Camillus.
 — Johannes.
 — Leonardus.
 Carrara Franciscus Joh.
 Calonus Hieronymus Opiterginus.
 Cellentinus Nardinus.
 Cellottus Paulus.
 Cesarini Hieronymus.
 CHROMATIUS S.
 Cillenius Dominicus.
 — Mercurius.
 Cimbracius Quintinus Emilianus.
 Citterminus Gibellinus.
 Claricinus Niccolus.
 Clarius Joh. Baptista.
 Codroipus Franciscus.
 Colonius Ludovicus.

M m m

C c.

Coloret us Bernardinus .
 — Leander Card.
 — Martius .
 — Sebastianus .
 — Ulfes .
 Cortona-Petrus .
 Craffius Carolus de Utino Medicus qui obit
 annum ætatis xx.
 Cyleneus Raphael de Tolmetio .
 Cynthius Accedens .

D

D Acianus Joseph .
 Decianus Tiberius Jurisconsultus .
 L. na Augustinus .
 Darcus Vincentius .
 Draco Nicolaus .

E

E Uherardus Sandus .

F

F Abricius Daniel de Utino .
 Fanius Jacobus .
 — Joh. Baptista .
 Fiducius Marcus Antonius .
 Flaminus Marcus Antonius .
 Florius Jacobus .
 Florus a Premarisco .
 Fontanella Dominicus .
 FORTUNATIANUS .
 Fortunatus Venantius .
 FORZA Fabius .
 — Virginus .
 Franceschi Franciscus .
 Franceschinus Antonius .
 — Marius .
 Frangipanus Chudius Cornelius .
 — Cornelius senior .
 — Fridericus Ord. S. Augustini .
 Frumentarius Hadrianus .
 — Joh. Baptista .

G

G Altus Cornelius .
 Gordinus de Marano Jacobus .
 Gradensis Dominicus .
 Gratiani Nicolaus .
 Gratianus Publius Augustus .

H

H Eliodorus ab Altino .
 HERMES PASTOS .
 Hædus Petrus .

I

I acobus de Utino Canonicus Aquilejensis .
 Julianus Canonicus Civitatis Fori-Julii .
 Justus Vincentius .

L

L Aurentius ab Aquileja .
 Lauretus Petrus de Utino Ord. Præd.
 Laurius, sive Lorius Jacobus .
 Leonardus de Utino .
 Leporeus Ludovicus .
 Lilianus Tranquillus .
 Locatellus Hieronymus .
 — Bernardinus de Glemona .
 — Mapheus Civitatis Fori Julii .
 Lodovici Hieronymus .
 Lucanus Bartolus .
 Lufinus Aloyfus .
 — Franciscus .
 — Fridericus .
 — Ricardus .

M

M Acheropius Franciscus .
 Maetanus Joseph .
 Malagrida Martius .
 Mancianus Higynus de Glemona .
 Manicus Leonardus .
 Maninus Octavianus .
 Mantica Franciscus Cardinalis .
 Marchetanus Petrus .
 Maronius Andreas .
 Martellus Ludovicus de Utino .
 Maurus de Arcano Johannes .
 Maximus Patriarcha .
 Melchiorius Franciscus Opiterginus .
 Mezzarota Ludovicus Patriarcha & Cardi-
 nalis .
 Miliana Benedictus .
 Milortus Petrus .
 Minadoi Joh. Thomas Rhodiginus medicus
 & nobilis Utinensis .
 Minucius Minuci .
 Mirheus Bertrandus .
 Mincius Æmilius .

Moi.

Moiseffus Faustinus .
 Mondinus Mondini .
 de Montegnao Ferdinandus .
 — Maximilianus .
 de Morticino Johannes .
 Mufcus Jacobus .
 Mutius Placentinus .

N

de **N**ictas Episcopus Aquilejensis .
 — Episcopus Romacienfis in
 Lijcta .
 Nicoletus M. Antonius .
 Nordis Jacobus .

O

O Doricus Beatus Portus Naonis .
 — Valentinus .
 Oricus Marcus Antonius .
 — Ottellii .

P

P Anecrius Antonius Portuguarzii Casd.
 & Patriarcha .
 Parthenius Aristareus nepos Bernardini .
 — Bernardinus .
 — Petrus de Tölmecio
 Parthenopæus Hercules .
 Partistancus Joseph .
 — Ifidorus .
 Paschalius Albertus Utinensis .
 Paschalius Valentinus Utinensis .
 Paulinus Alexander .
 — Fabius .
 — Patriarcha S .
 Paulus Diaconus .
 Percotius Petrus .
 Pers Cirus .
 — Vincentius Decanus Utinensis .
 Philomelus .
 Pileus de Prata Card. & Archiep. Ravennæ .
 Pirgotellus Johannes .
 Pithianus Joh. Baptista .
 Pictorius Marius .
 Pius I. PONTIFEX S .
 Polieretus Joseph .
 de Portia Bartholomæus Prælatus .
 — Caspar .
 — Hieronymus Prælatus .
 — Jacobus .
 Prampergius Barnabas .

R

R Abatta Joseph senior .
 Rachifus .
 R. ¹⁵ ¹⁶ ¹⁷ ¹⁸ ¹⁹ ²⁰ ²¹ ²² ²³ ²⁴ ²⁵ ²⁶ ²⁷ ²⁸ ²⁹ ³⁰ ³¹ ³² ³³ ³⁴ ³⁵ ³⁶ ³⁷ ³⁸ ³⁹ ⁴⁰ ⁴¹ ⁴² ⁴³ ⁴⁴ ⁴⁵ ⁴⁶ ⁴⁷ ⁴⁸ ⁴⁹ ⁵⁰ ⁵¹ ⁵² ⁵³ ⁵⁴ ⁵⁵ ⁵⁶ ⁵⁷ ⁵⁸ ⁵⁹ ⁶⁰ ⁶¹ ⁶² ⁶³ ⁶⁴ ⁶⁵ ⁶⁶ ⁶⁷ ⁶⁸ ⁶⁹ ⁷⁰ ⁷¹ ⁷² ⁷³ ⁷⁴ ⁷⁵ ⁷⁶ ⁷⁷ ⁷⁸ ⁷⁹ ⁸⁰ ⁸¹ ⁸² ⁸³ ⁸⁴ ⁸⁵ ⁸⁶ ⁸⁷ ⁸⁸ ⁸⁹ ⁹⁰ ⁹¹ ⁹² ⁹³ ⁹⁴ ⁹⁵ ⁹⁶ ⁹⁷ ⁹⁸ ⁹⁹ ¹⁰⁰ ¹⁰¹ ¹⁰² ¹⁰³ ¹⁰⁴ ¹⁰⁵ ¹⁰⁶ ¹⁰⁷ ¹⁰⁸ ¹⁰⁹ ¹¹⁰ ¹¹¹ ¹¹² ¹¹³ ¹¹⁴ ¹¹⁵ ¹¹⁶ ¹¹⁷ ¹¹⁸ ¹¹⁹ ¹²⁰ ¹²¹ ¹²² ¹²³ ¹²⁴ ¹²⁵ ¹²⁶ ¹²⁷ ¹²⁸ ¹²⁹ ¹³⁰ ¹³¹ ¹³² ¹³³ ¹³⁴ ¹³⁵ ¹³⁶ ¹³⁷ ¹³⁸ ¹³⁹ ¹⁴⁰ ¹⁴¹ ¹⁴² ¹⁴³ ¹⁴⁴ ¹⁴⁵ ¹⁴⁶ ¹⁴⁷ ¹⁴⁸ ¹⁴⁹ ¹⁵⁰ ¹⁵¹ ¹⁵² ¹⁵³ ¹⁵⁴ ¹⁵⁵ ¹⁵⁶ ¹⁵⁷ ¹⁵⁸ ¹⁵⁹ ¹⁶⁰ ¹⁶¹ ¹⁶² ¹⁶³ ¹⁶⁴ ¹⁶⁵ ¹⁶⁶ ¹⁶⁷ ¹⁶⁸ ¹⁶⁹ ¹⁷⁰ ¹⁷¹ ¹⁷² ¹⁷³ ¹⁷⁴ ¹⁷⁵ ¹⁷⁶ ¹⁷⁷ ¹⁷⁸ ¹⁷⁹ ¹⁸⁰ ¹⁸¹ ¹⁸² ¹⁸³ ¹⁸⁴ ¹⁸⁵ ¹⁸⁶ ¹⁸⁷ ¹⁸⁸ ¹⁸⁹ ¹⁹⁰ ¹⁹¹ ¹⁹² ¹⁹³ ¹⁹⁴ ¹⁹⁵ ¹⁹⁶ ¹⁹⁷ ¹⁹⁸ ¹⁹⁹ ²⁰⁰ ²⁰¹ ²⁰² ²⁰³ ²⁰⁴ ²⁰⁵ ²⁰⁶ ²⁰⁷ ²⁰⁸ ²⁰⁹ ²¹⁰ ²¹¹ ²¹² ²¹³ ²¹⁴ ²¹⁵ ²¹⁶ ²¹⁷ ²¹⁸ ²¹⁹ ²²⁰ ²²¹ ²²² ²²³ ²²⁴ ²²⁵ ²²⁶ ²²⁷ ²²⁸ ²²⁹ ²³⁰ ²³¹ ²³² ²³³ ²³⁴ ²³⁵ ²³⁶ ²³⁷ ²³⁸ ²³⁹ ²⁴⁰ ²⁴¹ ²⁴² ²⁴³ ²⁴⁴ ²⁴⁵ ²⁴⁶ ²⁴⁷ ²⁴⁸ ²⁴⁹ ²⁵⁰ ²⁵¹ ²⁵² ²⁵³ ²⁵⁴ ²⁵⁵ ²⁵⁶ ²⁵⁷ ²⁵⁸ ²⁵⁹ ²⁶⁰ ²⁶¹ ²⁶² ²⁶³ ²⁶⁴ ²⁶⁵ ²⁶⁶ ²⁶⁷ ²⁶⁸ ²⁶⁹ ²⁷⁰ ²⁷¹ ²⁷² ²⁷³ ²⁷⁴ ²⁷⁵ ²⁷⁶ ²⁷⁷ ²⁷⁸ ²⁷⁹ ²⁸⁰ ²⁸¹ ²⁸² ²⁸³ ²⁸⁴ ²⁸⁵ ²⁸⁶ ²⁸⁷ ²⁸⁸ ²⁸⁹ ²⁹⁰ ²⁹¹ ²⁹² ²⁹³ ²⁹⁴ ²⁹⁵ ²⁹⁶ ²⁹⁷ ²⁹⁸ ²⁹⁹ ³⁰⁰ ³⁰¹ ³⁰² ³⁰³ ³⁰⁴ ³⁰⁵ ³⁰⁶ ³⁰⁷ ³⁰⁸ ³⁰⁹ ³¹⁰ ³¹¹ ³¹² ³¹³ ³¹⁴ ³¹⁵ ³¹⁶ ³¹⁷ ³¹⁸ ³¹⁹ ³²⁰ ³²¹ ³²² ³²³ ³²⁴ ³²⁵ ³²⁶ ³²⁷ ³²⁸ ³²⁹ ³³⁰ ³³¹ ³³² ³³³ ³³⁴ ³³⁵ ³³⁶ ³³⁷ ³³⁸ ³³⁹ ³⁴⁰ ³⁴¹ ³⁴² ³⁴³ ³⁴⁴ ³⁴⁵ ³⁴⁶ ³⁴⁷ ³⁴⁸ ³⁴⁹ ³⁵⁰ ³⁵¹ ³⁵² ³⁵³ ³⁵⁴ ³⁵⁵ ³⁵⁶ ³⁵⁷ ³⁵⁸ ³⁵⁹ ³⁶⁰ ³⁶¹ ³⁶² ³⁶³ ³⁶⁴ ³⁶⁵ ³⁶⁶ ³⁶⁷ ³⁶⁸ ³⁶⁹ ³⁷⁰ ³⁷¹ ³⁷² ³⁷³ ³⁷⁴ ³⁷⁵ ³⁷⁶ ³⁷⁷ ³⁷⁸ ³⁷⁹ ³⁸⁰ ³⁸¹ ³⁸² ³⁸³ ³⁸⁴ ³⁸⁵ ³⁸⁶ ³⁸⁷ ³⁸⁸ ³⁸⁹ ³⁹⁰ ³⁹¹ ³⁹² ³⁹³ ³⁹⁴ ³⁹⁵ ³⁹⁶ ³⁹⁷ ³⁹⁸ ³⁹⁹ ⁴⁰⁰ ⁴⁰¹ ⁴⁰² ⁴⁰³ ⁴⁰⁴ ⁴⁰⁵ ⁴⁰⁶ ⁴⁰⁷ ⁴⁰⁸ ⁴⁰⁹ ⁴¹⁰ ⁴¹¹ ⁴¹² ⁴¹³ ⁴¹⁴ ⁴¹⁵ ⁴¹⁶ ⁴¹⁷ ⁴¹⁸ ⁴¹⁹ ⁴²⁰ ⁴²¹ ⁴²² ⁴²³ ⁴²⁴ ⁴²⁵ ⁴²⁶ ⁴²⁷ ⁴²⁸ ⁴²⁹ ⁴³⁰ ⁴³¹ ⁴³² ⁴³³ ⁴³⁴ ⁴³⁵ ⁴³⁶ ⁴³⁷ ⁴³⁸ ⁴³⁹ ⁴⁴⁰ ⁴⁴¹ ⁴⁴² ⁴⁴³ ⁴⁴⁴ ⁴⁴⁵ ⁴⁴⁶ ⁴⁴⁷ ⁴⁴⁸ ⁴⁴⁹ ⁴⁵⁰ ⁴⁵¹ ⁴⁵² ⁴⁵³ ⁴⁵⁴ ⁴⁵⁵ ⁴⁵⁶ ⁴⁵⁷ ⁴⁵⁸ ⁴⁵⁹ ⁴⁶⁰ ⁴⁶¹ ⁴⁶² ⁴⁶³ ⁴⁶⁴ ⁴⁶⁵ ⁴⁶⁶ ⁴⁶⁷ ⁴⁶⁸ ⁴⁶⁹ ⁴⁷⁰ ⁴⁷¹ ⁴⁷² ⁴⁷³ ⁴⁷⁴ ⁴⁷⁵ ⁴⁷⁶ ⁴⁷⁷ ⁴⁷⁸ ⁴⁷⁹ ⁴⁸⁰ ⁴⁸¹ ⁴⁸² ⁴⁸³ ⁴⁸⁴ ⁴⁸⁵ ⁴⁸⁶ ⁴⁸⁷ ⁴⁸⁸ ⁴⁸⁹ ⁴⁹⁰ ⁴⁹¹ ⁴⁹² ⁴⁹³ ⁴⁹⁴ ⁴⁹⁵ ⁴⁹⁶ ⁴⁹⁷ ⁴⁹⁸ ⁴⁹⁹ ⁵⁰⁰ ⁵⁰¹ ⁵⁰² ⁵⁰³ ⁵⁰⁴ ⁵⁰⁵ ⁵⁰⁶ ⁵⁰⁷ ⁵⁰⁸ ⁵⁰⁹ ⁵¹⁰ ⁵¹¹ ⁵¹² ⁵¹³ ⁵¹⁴ ⁵¹⁵ ⁵¹⁶ ⁵¹⁷ ⁵¹⁸ ⁵¹⁹ ⁵²⁰ ⁵²¹ ⁵²² ⁵²³ ⁵²⁴ ⁵²⁵ ⁵²⁶ ⁵²⁷ ⁵²⁸ ⁵²⁹ ⁵³⁰ ⁵³¹ ⁵³² ⁵³³ ⁵³⁴ ⁵³⁵ ⁵³⁶ ⁵³⁷ ⁵³⁸ ⁵³⁹ ⁵⁴⁰ ⁵⁴¹ ⁵⁴² ⁵⁴³ ⁵⁴⁴ ⁵⁴⁵ ⁵⁴⁶ ⁵⁴⁷ ⁵⁴⁸ ⁵⁴⁹ ⁵⁵⁰ ⁵⁵¹ ⁵⁵² ⁵⁵³ ⁵⁵⁴ ⁵⁵⁵ ⁵⁵⁶ ⁵⁵⁷ ⁵⁵⁸ ⁵⁵⁹ ⁵⁶⁰ ⁵⁶¹ ⁵⁶² ⁵⁶³ ⁵⁶⁴ ⁵⁶⁵ ⁵⁶⁶ ⁵⁶⁷ ⁵⁶⁸ ⁵⁶⁹ ⁵⁷⁰ ⁵⁷¹ ⁵⁷² ⁵⁷³ ⁵⁷⁴ ⁵⁷⁵ ⁵⁷⁶ ⁵⁷⁷ ⁵⁷⁸ ⁵⁷⁹ ⁵⁸⁰ ⁵⁸¹ ⁵⁸² ⁵⁸³ ⁵⁸⁴ ⁵⁸⁵ ⁵⁸⁶ ⁵⁸⁷ ⁵⁸⁸ ⁵⁸⁹ ⁵⁹⁰ ⁵⁹¹ ⁵⁹² ⁵⁹³ ⁵⁹⁴ ⁵⁹⁵ ⁵⁹⁶ ⁵⁹⁷ ⁵⁹⁸ ⁵⁹⁹ ⁶⁰⁰ ⁶⁰¹ ⁶⁰² ⁶⁰³ ⁶⁰⁴ ⁶⁰⁵ ⁶⁰⁶ ⁶⁰⁷ ⁶⁰⁸ ⁶⁰⁹ ⁶¹⁰ ⁶¹¹ ⁶¹² ⁶¹³ ⁶¹⁴ ⁶¹⁵ ⁶¹⁶ ⁶¹⁷ ⁶¹⁸ ⁶¹⁹ ⁶²⁰ ⁶²¹ ⁶²² ⁶²³ ⁶²⁴ ⁶²⁵ ⁶²⁶ ⁶²⁷ ⁶²⁸ ⁶²⁹ ⁶³⁰ ⁶³¹ ⁶³² ⁶³³ ⁶³⁴ ⁶³⁵ ⁶³⁶ ⁶³⁷ ⁶³⁸ ⁶³⁹ ⁶⁴⁰ ⁶⁴¹ ⁶⁴² ⁶⁴³ ⁶⁴⁴ ⁶⁴⁵ ⁶⁴⁶ ⁶⁴⁷ ⁶⁴⁸ ⁶⁴⁹ ⁶⁵⁰ ⁶⁵¹ ⁶⁵² ⁶⁵³ ⁶⁵⁴ ⁶⁵⁵ ⁶⁵⁶ ⁶⁵⁷ ⁶⁵⁸ ⁶⁵⁹ ⁶⁶⁰ ⁶⁶¹ ⁶⁶² ⁶⁶³ ⁶⁶⁴ ⁶⁶⁵ ⁶⁶⁶ ⁶⁶⁷ ⁶⁶⁸ ⁶⁶⁹ ⁶⁷⁰ ⁶⁷¹ ⁶⁷² ⁶⁷³ ⁶⁷⁴ ⁶⁷⁵ ⁶⁷⁶ ⁶⁷⁷ ⁶⁷⁸ ⁶⁷⁹ ⁶⁸⁰ ⁶⁸¹ ⁶⁸² ⁶⁸³ ⁶⁸⁴ ⁶⁸⁵ ⁶⁸⁶ ⁶⁸⁷ ⁶⁸⁸ ⁶⁸⁹ ⁶⁹⁰ ⁶⁹¹ ⁶⁹² ⁶⁹³ ⁶⁹⁴ ⁶⁹⁵ ⁶⁹⁶ ⁶⁹⁷ ⁶⁹⁸ ⁶⁹⁹ ⁷⁰⁰ ⁷⁰¹ ⁷⁰² ⁷⁰³ ⁷⁰⁴ ⁷⁰⁵ ⁷⁰⁶ ⁷⁰⁷ ⁷⁰⁸ ⁷⁰⁹ ⁷¹⁰ ⁷¹¹ ⁷¹² ⁷¹³ ⁷¹⁴ ⁷¹⁵ ⁷¹⁶ ⁷¹⁷ ⁷¹⁸ ⁷¹⁹ ⁷²⁰ ⁷²¹ ⁷²² ⁷²³ ⁷²⁴ ⁷²⁵ ⁷²⁶ ⁷²⁷ ⁷²⁸ ⁷²⁹ ⁷³⁰ ⁷³¹ ⁷³² ⁷³³ ⁷³⁴ ⁷³⁵ ⁷³⁶ ⁷³⁷ ⁷³⁸ ⁷³⁹ ⁷⁴⁰ ⁷⁴¹ ⁷⁴² ⁷⁴³ ⁷⁴⁴ ⁷⁴⁵ ⁷⁴⁶ ⁷⁴⁷ ⁷⁴⁸ ⁷⁴⁹ ⁷⁵⁰ ⁷⁵¹ ⁷⁵² ⁷⁵³ ⁷⁵⁴ ⁷⁵⁵ ⁷⁵⁶ ⁷⁵⁷ ⁷⁵⁸ ⁷⁵⁹ ⁷⁶⁰ ⁷⁶¹ ⁷⁶² ⁷⁶³ ⁷⁶⁴ ⁷⁶⁵ ⁷⁶⁶ ⁷⁶⁷ ⁷⁶⁸ ⁷⁶⁹ ⁷⁷⁰ ⁷⁷¹ ⁷⁷² ⁷⁷³ ⁷⁷⁴ ⁷⁷⁵ ⁷⁷⁶ ⁷⁷⁷ ⁷⁷⁸ ⁷⁷⁹ ⁷⁸⁰ ⁷⁸¹ ⁷⁸² ⁷⁸³ ⁷⁸⁴ ⁷⁸⁵ ⁷⁸⁶ ⁷⁸⁷ ⁷⁸⁸ ⁷⁸⁹ ⁷⁹⁰ ⁷⁹¹ ⁷⁹² ⁷⁹³ ⁷⁹⁴ ⁷⁹⁵ ⁷⁹⁶ ⁷⁹⁷ ⁷⁹⁸ ⁷⁹⁹ ⁸⁰⁰ ⁸⁰¹ ⁸⁰² ⁸⁰³ ⁸⁰⁴ ⁸⁰⁵ ⁸⁰⁶ ⁸⁰⁷ ⁸⁰⁸ ⁸⁰⁹ ⁸¹⁰ ⁸¹¹ ⁸¹² ⁸¹³ ⁸¹⁴ ⁸¹⁵ ⁸¹⁶ ⁸¹⁷ ⁸¹⁸ ⁸¹⁹ ⁸²⁰ ⁸²¹ ⁸²² ⁸²³ ⁸²⁴ ⁸²⁵ ⁸²⁶ ⁸²⁷ ⁸²⁸ ⁸²⁹ ⁸³⁰ ⁸³¹ ⁸³² ⁸³³ ⁸³⁴ ⁸³⁵ ⁸³⁶ ⁸³⁷ ⁸³⁸ ⁸³⁹ ⁸⁴⁰ ⁸⁴¹ ⁸⁴² ⁸⁴³ ⁸⁴⁴ ⁸⁴⁵ ⁸⁴⁶ ⁸⁴⁷ ⁸⁴⁸ ⁸⁴⁹ ⁸⁵⁰ ⁸⁵¹ ⁸⁵² ⁸⁵³ ⁸⁵⁴ ⁸⁵⁵ ⁸⁵⁶ ⁸⁵⁷ ⁸⁵⁸ ⁸⁵⁹ ⁸⁶⁰ ⁸⁶¹ ⁸⁶² ⁸⁶³ ⁸⁶⁴ ⁸⁶⁵ ⁸⁶⁶ ⁸⁶⁷ ⁸⁶⁸ ⁸⁶⁹ ⁸⁷⁰ ⁸⁷¹ ⁸⁷² ⁸⁷³ ⁸⁷⁴ ⁸⁷⁵ ⁸⁷⁶ ⁸⁷⁷ ⁸⁷⁸ ⁸⁷⁹ ⁸⁸⁰ ⁸⁸¹ ⁸⁸² ⁸⁸³ ⁸⁸⁴ ⁸⁸⁵ ⁸⁸⁶ ⁸⁸⁷ ⁸⁸⁸ ⁸⁸⁹ ⁸⁹⁰ ⁸⁹¹ ⁸⁹² ⁸⁹³ ⁸⁹⁴ ⁸⁹⁵ ⁸⁹⁶ ⁸⁹⁷ ⁸⁹⁸ ⁸⁹⁹ ⁹⁰⁰ ⁹⁰¹ ⁹⁰² ⁹⁰³ ⁹⁰⁴ ⁹⁰⁵ ⁹⁰⁶ ⁹⁰⁷ ⁹⁰⁸ ⁹⁰⁹ ⁹¹⁰ ⁹¹¹ ⁹¹² ⁹¹³ ⁹¹⁴ ⁹¹⁵ ⁹¹⁶ ⁹¹⁷ ⁹¹⁸ ⁹¹⁹ ⁹²⁰ ⁹²¹ ⁹²² ⁹²³ ⁹²⁴ ⁹²⁵ ⁹²⁶ ⁹²⁷ ⁹²⁸ ⁹²⁹ ⁹³⁰ ⁹³¹ ⁹³² ⁹³³ ⁹³⁴ ⁹³⁵ ⁹³⁶ ⁹³⁷ ⁹³⁸ ⁹³⁹ ⁹⁴⁰ ⁹⁴¹ ⁹⁴² ⁹⁴³ ⁹⁴⁴ ⁹⁴⁵ ⁹⁴⁶ ⁹⁴⁷ ⁹⁴⁸ ⁹⁴⁹ ⁹⁵⁰ ⁹⁵¹ ⁹⁵² ⁹⁵³ ⁹⁵⁴ ⁹⁵⁵ ⁹⁵⁶ ⁹⁵⁷ ⁹⁵⁸ ⁹⁵⁹ ⁹⁶⁰ ⁹⁶¹ ⁹⁶² ⁹⁶³ ⁹⁶⁴ ⁹⁶⁵ ⁹⁶⁶ ⁹⁶⁷ ⁹⁶⁸ ⁹⁶⁹ ⁹⁷⁰ ⁹⁷¹ ⁹⁷² ⁹⁷³ ⁹⁷⁴ ⁹⁷⁵ ⁹⁷⁶ ⁹⁷⁷ ⁹⁷⁸ ⁹⁷⁹ ⁹⁸⁰ ⁹⁸¹ ⁹⁸² ⁹⁸³ ⁹⁸⁴ ⁹⁸⁵ ⁹⁸⁶ ⁹⁸⁷ ⁹⁸⁸ ⁹⁸⁹ ⁹⁹⁰ ⁹⁹¹ ⁹⁹² ⁹⁹³ ⁹⁹⁴ ⁹⁹⁵ ⁹⁹⁶ ⁹⁹⁷ ⁹⁹⁸ ⁹⁹⁹ ¹⁰⁰⁰ ¹⁰⁰¹ ¹⁰⁰² ¹⁰⁰³ ¹⁰⁰⁴ ¹⁰⁰⁵ ¹⁰⁰⁶ ¹⁰⁰⁷ ¹⁰⁰⁸ ¹⁰⁰⁹ ¹⁰¹⁰ ¹⁰¹¹ ¹⁰¹² ¹⁰¹³ ¹⁰¹⁴ ¹⁰¹⁵ ¹⁰¹⁶ ¹⁰¹⁷ ¹⁰¹⁸ ¹⁰¹⁹ ¹⁰²⁰ ¹⁰²¹ ¹⁰²² ¹⁰²³ ¹⁰²⁴ ¹⁰²⁵ ¹⁰²⁶ ¹⁰²⁷ ¹⁰²⁸ ¹⁰²⁹ ¹⁰³⁰ ¹⁰³¹ ¹⁰³² ¹⁰³³ ¹⁰³⁴ ¹⁰³⁵ ¹⁰³⁶ ¹⁰³⁷ ¹⁰³⁸ ¹⁰³⁹ ¹⁰⁴⁰ ¹⁰⁴¹ ¹⁰⁴² ¹⁰⁴³ ¹⁰⁴⁴ ¹⁰⁴⁵ ¹⁰⁴⁶ ¹⁰⁴⁷ ¹⁰⁴⁸ ¹⁰⁴⁹ ¹⁰⁵⁰ ¹⁰⁵¹ ¹⁰⁵² ¹⁰⁵³ ¹⁰⁵⁴ ¹⁰⁵⁵ ¹⁰⁵⁶ ¹⁰⁵⁷ ¹⁰⁵⁸ ¹⁰⁵⁹ ¹⁰⁶⁰ ¹⁰⁶¹ ¹⁰⁶² ¹⁰⁶³ ¹⁰⁶⁴ ¹⁰⁶⁵ ¹⁰⁶⁶ ¹⁰⁶⁷ ¹⁰⁶⁸ ¹⁰⁶⁹ ¹⁰⁷⁰ ¹⁰⁷¹ ¹⁰⁷² ¹⁰⁷³ ¹⁰⁷⁴ ¹⁰⁷⁵ ¹⁰⁷⁶ ¹⁰⁷⁷ ¹⁰⁷⁸ ¹⁰⁷⁹ ¹⁰⁸⁰ ¹⁰⁸¹ ¹⁰⁸² ¹⁰⁸³ ¹⁰⁸⁴ ¹⁰⁸⁵ ¹⁰⁸⁶ ¹⁰⁸⁷ ¹⁰⁸⁸ ¹⁰⁸⁹ ¹⁰⁹⁰ ¹⁰⁹¹ ¹⁰⁹² ¹⁰⁹³ ¹⁰⁹⁴ ¹⁰⁹⁵ ¹⁰⁹⁶ ¹⁰⁹⁷ ¹⁰⁹⁸ ¹⁰⁹⁹ ¹¹⁰⁰ ¹¹⁰¹ ¹¹⁰² ¹¹⁰³ ¹¹⁰⁴ ¹¹⁰⁵ ¹¹⁰⁶ ¹¹⁰⁷ ¹¹⁰⁸ ¹¹⁰⁹ ¹¹¹⁰ ¹¹¹¹ ¹¹¹² ¹¹¹³ ¹¹¹⁴ ¹¹¹⁵ ¹¹¹⁶ ¹¹¹⁷ ¹¹¹⁸ ¹¹¹⁹ ¹¹²⁰ ¹¹²¹ ¹¹²² ¹¹²³ ¹¹²⁴ ¹¹²⁵ ¹¹²⁶ ¹¹²⁷ ¹¹²⁸ ¹¹²⁹ ¹¹³⁰ ¹¹³¹ ¹¹³² ¹¹³³ ¹¹³⁴ ¹¹³⁵ ¹¹³⁶ ¹¹³⁷ ¹¹³⁸ ¹¹³⁹ ¹¹⁴⁰ ¹¹⁴¹ ¹¹⁴² ¹¹⁴³ ¹¹⁴⁴ ¹¹⁴⁵ ¹¹⁴⁶ ¹¹⁴⁷ ¹¹⁴⁸ ¹¹⁴⁹ ¹¹⁵⁰ ¹¹⁵¹ ¹¹⁵² ¹¹⁵³ ¹¹⁵⁴ ¹¹⁵⁵ ¹¹⁵⁶ ¹¹⁵⁷ ¹¹⁵⁸ ¹¹⁵⁹ ¹¹⁶⁰ ¹¹⁶¹ ¹¹⁶² ¹¹⁶³ ¹¹⁶⁴ ¹¹⁶⁵ ¹¹⁶⁶ ¹¹⁶⁷ ¹¹⁶⁸ ¹¹⁶⁹ ¹¹⁷⁰ ¹¹⁷¹ ¹¹⁷² ¹¹⁷³ ¹¹⁷⁴ ¹¹⁷⁵ ¹¹⁷⁶ ¹¹⁷⁷ ¹¹⁷⁸ ¹¹⁷⁹ ¹¹⁸⁰ ¹¹⁸¹ ¹¹⁸² ¹¹⁸³ ¹¹⁸⁴ ¹¹⁸⁵ ¹¹⁸⁶ ¹¹⁸⁷ ¹¹⁸⁸ ¹¹⁸⁹ ¹¹⁹⁰ ¹¹⁹¹ ¹¹⁹² ¹¹⁹³ ¹¹⁹⁴ ¹¹⁹⁵ ¹¹⁹⁶ ¹¹⁹⁷ ¹¹⁹⁸ ¹¹⁹⁹ ¹²⁰⁰ ¹²⁰¹ ¹²⁰² ¹²⁰³ ¹²⁰⁴ ¹²⁰⁵ ¹²⁰⁶ ¹²⁰⁷ ¹²⁰⁸ ¹²⁰⁹ ¹²¹⁰ ¹²¹¹ ¹²¹² ¹²¹³ ¹²¹⁴ ¹²¹⁵ ¹²¹⁶ ¹²¹⁷ ¹²¹⁸ ¹²¹⁹ ¹²²⁰ ¹²²¹ ¹²²² ¹²²³ ¹²²⁴ ¹²²⁵ ¹²²⁶ ¹²²⁷ ¹²²⁸ ¹²²⁹ ¹²³⁰ ¹²³¹ ¹²³² ¹²³³ ¹²³⁴ ¹²³⁵ ¹²³⁶ ¹²³⁷ ¹²³⁸ ¹²³⁹ ¹²⁴⁰ ¹²⁴¹ ¹²⁴² ¹²⁴³ ¹²⁴⁴ ¹²⁴⁵ ¹²⁴⁶ ¹²⁴⁷ ¹²⁴⁸ ¹²⁴⁹ ¹²⁵⁰ ¹²⁵¹ ¹²⁵² ¹²⁵³ ¹²⁵⁴ ¹²⁵⁵ ¹²⁵⁶ ¹²⁵⁷ ¹²⁵⁸ ¹²⁵⁹ ¹²⁶⁰ ¹²⁶¹ ¹²⁶² ¹²⁶³ ¹²⁶⁴ ¹²⁶⁵

V

Valerianus Sanctus.
 Valvasonius Erasmus.
 — de Manico Jacobus.
 Vanius Marcus.
 De Vecchis Germanus Monachus Camaldulensis.

Z

Z Amorus de Utino Ord. S. Francisci Cappucinarum.

Viri illustres Portus Naonis.

A Scetus Hieronymus.
 Biflotus Nicolaus.
 Brunettus Dominicus.
 — Horatius.
 Calderarius Gothardus.
 a Capreto Petrus.
 — Castorius.
 Casella Donatus.
 Crescendus Curtius.
 Fabricius Dominus Montisrealis.
 Fekrenis Antonius.
 Ferrus Petrus.
 Franceschinus Hermolus.
 Frumentarius Joh. Baptista.
 Gabellus Joh. Baptista.
 Maronius Andreas.

— Paulus.
 Maximilianus Antonius.
 Michilinus Franciscus.
 Montisrealis Carolus.
 Morenfis Franciscus.
 — Liberalis.
 Odoricus Beatus.
 Onestius Jacobus.
 Phœnix Octavius.
 Pomi Petrus & Johannes.
 Quequi Antonius.
 Richerii Franciscus, Hector, & Lucius.
 Rorarii Ludovicus & Hieronymus.
 de Rinaldis Lucas, & Nicolaus.
 Rosacius Joseph.
 Sabinus Franciscus.

I N D E X

R E R U M.

A

- A** Do Archiep. Viennensis 67. 82. 83. 87. 94. 95. 97. 109. 181. Scudet partibus kubni *ibid.*
- Æmilius** Ep. Beneventi. 129.
- Æneas** Parisienſis. 255.
- Ætjyopes** oliu dicti Indi. 175.
- Agobardus** 336.
- Aguirrius** Joseph Card. 115. 118. 409. Laudatus 416.
- Alaricus** Rex Gothorum 128. Ejus irruptio in Imperium Orientale 126. & in Italiam 143. Romam obsidet 427. 433.
- Albaspinaus** Gabriel 70.
- Albina** focrus Melaniz senioris 183.
- Albinus** cognomento Alcuinus 136. 137. de Albone Antonius Archiep. Lugdunenſis. 403.
- Aldhelmus** sive Althelmus Ep. S. 327. 346. 348. 354.
- Aldrete** Bernardus 118.
- Alexander** Hieronymus senior 402.
— Hieronymus junior 129.
- Allixius** Petrus 334.
- Alphonſus** a Castro 89.
- Ambrosius** S. 85. 87. 88. 116. 142. 145. 159. 218. Pergit Aquilejam & quo tempore 125. An fit interpres librorum Josephi Flavii 396. & seqq.
- Ammianus** Marcellinus 18. 126. 139.
- Anacletus** Pont. 71.
- Anastasi** quid. 189.
- Anastasi** Bibliothecarius 68. 70. 82. 83. 98. 127.
— Pontifex 128. 143. 262. 279. 417. ejus epistola de Rufino ad Jo. Hierosolymitanum Ep. 425. Non probat Rufini versionem librorum Origenis *Patriarchæ* 422.
- Anatoli** Alexandrinus Laodicenſis Ep. & ejus canon pascbatis a Rufino latine redditus 390.
- Anianenſis** Benedictus 206.
- Anicetus** sedit in Pontificatu post S. Pium 70. & seqq.
- Annius** Diaconus Celedenſis Pelagianus, latine reddit Homiliis S. Joh. Chrysolomi in Matthæum 148.
- Anselmus** Lucenſis 99.
- Antelmus** Josephus 7.
- Antipater** Boſtroorum Epi. 257.
- Antonius** Panormita. 138.
- Apathia** & hujus vocis explicatio 318.
- Apocryphum** quid sit & hujus vocis explicatio 354.
- Apologiz** a Christianis græce scriptæ tempore M. Aurelii Imp. 92.
- Apronianus** & ejus genus 233. A Rufino ad Christi fidem traductus 234. Ejus stemma 255.
- Aquileja** Vnetiz caput, a Gothis obſeſſa 128. A Juliano Imp. dicta Italarum emporium 129.
- Aquilejenſis** Ecclesiaz mos in susceptione Baptistini 239.
- Aquilejenſis** Episcopus & Gradenſis dicti Episcopi Romani, & quare 135. *vid. Gradenſis.*
- Archelaus** Comes Palaſtina. 184.
- Arelatenſe** Concilium I. ducentis, non vero sexcentis Episcopis contitit 97.
- Aretini** Episcopi dicti Vicarii 75.
- Arnaldus** Pontacus 83.
- Arnobius** Aler 432.
- Afinius** Gallus, alius cb Afinio Pollione. 12.
- Afinius** Pollio laudatus a Virgilio 11.
- Affernus** Simonius Joseph. 334.
- Aterbius** quidam accutat S. Hieronymum & Rufinum tanquam Origenistas 177.
- Athanasius** S. 107. 109. 189. 262. Proſcribitur Aquilejam una cum Fortunatiano *ibid.* Alloquitur Constantem Augustum 110. Aquileja Romam perorat, inde in Germaniam, & Hadrianopolim. *ibid.* Ejectus Alexandria ab Ariano 155. Primus docet univ. ſam Italiam monasticam disciplinam *ibid.* Scribit Græce vitam S. Antonii 156.
- Attalus** .97. non alius a Pergameno 98.
- Attia** dicta *Mopſſia* 29.
- Artia** Hunnorum Rex Concordiam, Aquilejam, Forum-Julium, & Altinum ſolo æquat 154.
- Audebertus** Germanus, & ejus carmina de Cornelio Gallo 9.
- Augustinus** Antonius, & alii confundunt Hermetem Aquil. cum Herma. 66.
— S. 77. 87. 88. 106. 142. 155. 177. 191. 203. 348. 414. Non probat ſimilitates inter

inter S. Hieronymum & Rufinum 274-416.
 Scribit eidem Sancto, & summa ejus epistolae 281.
 Augustus redigit Ægyptum tributariam 15.
 Avitus 87.
 Aurelius M. Imper. græce scripsit .92.
 Azama Metropolis Ægyptiæ 175.

B

B Actrius Iberiæ Rex scribit historiam conversionis gentis Iberorum 174. Moritur præliis contra Eugenium Tyrannum *ibid.*
 Bailetus Hadrianus 144. Notatus 122.
 Balduinus Francicus 70.
 Baluzius Stephanus 95. 174. 256. 404.
 Barberinus Francicus Card. 206.
 Bardelinas 331. Scribit Chaldaice Dialogum de Faro & quo tempore vixerit *ibid.* & 333. A. M. Aurelio Augusto magni habitus *ibid.*
 Barganus Petrus Angelus 15.
 Baronius Cæsar Card. 5. 56. 66. 68. 73. 75. 78. 81. 82. 84. 90. 107. 111. 114. 119. 122. 124. 130. 134. 145. 160. 175. 186. 188. 190. 192. 196. 198. 227. 279. 308. 310. 328. 333. 420.
 Barretus Laurentius 221. 390.
 Barthius Gaspar 10. 23. 25. 32. 150. 159. 255. 302. 327. 330. 354. 392. 401. Illustrat plurima loca Operum S. Chromatii 140. 141.
 Basilienses Codices declarant Corn. Gallium Foro-Juliensem 4. 5.
 Basilus M. 116. 142. 146. 318. Monasticum Institutum in Oriente variis regulis illustrat 205.
 Baudelotus Cæsar Carolus 221.
 Bedæ 83. 146. 336.
 Bellarminus Robertus 66. 103. 133. 142. 254. 286. 319. 327.
 Bemus Petrus 6. Corn. Gallum laudat 7.
 Benedictus Anianensis 317.
 — S. Patriarcha 312.
 Bentlejus Richardus 41. 61.
 Bergomas Philippus Jacobus confundit Foro-Juliensem cum Foro-Livienfibus 7.
 Bernardus S. 89. ejus & aliorum Sanctorum Patrum sententiæ de statu animarum post mortem 88.
 Berrierius Philippus 86. 87.
 Beveregius 94.
 Bibliotheca Theodorus 341.
 Bibliotheca Ambrosiana Mediolani 393. Ejus codex antiquissimus Josephi Flavii quo tempore & a quibus cæsarum 394.

— Angelica 312.
 — S. Crucis in Hierusalem Romæ 81.
 Biel Christianus 14.
 Bigneus Margarinus 84. 104. 134. 303. 314.
 Binius Severinus 104.
 Bivarius Franciscus 152.
 Blondellus David 27. 61. 65. 78. 83. 85. 87. 90. 92. 96. 98. 112. 136. 147. 159. 208. 304. 312. 326. 332. Ejus censura contra S. Jo. Chrylollomum refellitur 130. Eiusdem sententiæ de ortu Rulmi 149.
 Blondus Flavius 136. Cornelium Gallum Foro-Liviensem appellat 2. Confutatur *ibid.*
 Bochartus Samuel 16. 37. 40. 58.
 Boerius Petrus, Episcopus Urbevetanus 82.
 Bollandini hagiologi 64. 84. 92. 100. 107. 123. notati 138. 345.
 Bollandus Johannes 76. 202.
 Bona Johannes Card. 45. 85. 99. 103. 104.
 Bonrotius Philippus 92. 100.
 Bongarsianus codex Eusebii omnium antiquissimus 3.
 Bonifacius S. Rom. Pont. 74. 150.
 Bonofius Monachus, colligens & condidit pulus S. Hieronymi 168.
 a Bosco Johannes 84. 95. 104.
 Bosius Antonius 69.
 Bosius Simeon 432.
 Bossuet Jacobus Benignus 85.
 Bradwardinus Thomas Archiep. Cantuariensis 112.
 Braichellensis Jo. Maria 313.
 Brenerus Joh. 76.
 Brevarius Mss. pro martyrio S. Pii 81.
 Brietius Philippus 2. 58. 59.
 Brissonius Barnabæ 85.
 Brummerus Fridericus 175.
 Bruno Astensis 100.
 Brunus Jo. Baptista 195.
 Bacherius Ægidius 73. 76. 390. Ejus catalogus 79.
 Bullus Georgius 63. 92. Fidei Nicænæ defensor 251. 263. 284.

C

C Abilonensis Episcopus 112.
 Cæsar Julius Forum inscribit, unde Forum Julii 8.
 Candidus Johannes Aquilejæ ut patriam perperam assignat Corn. Gallo, sicut & Henricus Palladius. l. 107. 116. 123. 179 notatus 389.
 Candidus propugnator hæresis Valentianæ 271.

- Caogius Carolus 10. 104. 135. 159. 160. 190.
 Canisius Petrus 186.
 Cantacuzenus Johannes 190.
 Canus Melchior 147.
 Capellus Ludovicus 87.
 Cardofus Georgius, male Rufinum, Lufitanum appellat 151.
 Carolinus codex 34.
 Carolus Magnus Iftriam in fuam poteflatem redigit 135.
 Carolus a Sancto Paulo 175.
 Carprocates quo tempore fuos errores fpernit 91.
 Cartharius Carolus 401.
 Cafaubonus Ifaacus 13. 60. 400. 403.
 Caffianus Johannes 372. Ejus testimonium de Rufino 387. 416.
 Caffiodorus 146 155. 192. 391. 394. 395.
 Castellanus Claudius 104.
 — Petrus 38.
 Castelveterius Ludovicus 41. 131.
 a Caftro Chriftophorus 148. 374.
 Catullus non eft auctor *Giris* poematis 36.
 Cave Guillelmus 79. 103. 111. 198. 321. 351. 354. 397.
 Cavinus Petrus Maria redarguit Alexandrum Paduanum, Angelum Mariam Torfanum, & alios tamquam inepos 4.
 Cellarius Chriftophorus 45. 150.
 Cerinthus 91. Primarches Satanæ a S. Pio vocatus *ibid.*
 Chalcedonenfe Concilium, & ejus Canon 108.
 Champerius Symphorinus 304.
 Charis Corneliana, fic dicta a Cor. Gallo Ægypti Prefecto 111.
 Chriftianus Jacobus 53. 195. 197.
 — Petrus Francifcus 97. 116. 170. 185. 187. 300.
 Chifius Fabius Pontifex Alexander 111. 106.
 CHROMATIUS S. Aquilejenfis Antiftes. 112. Natione Aquilejenfis, non Hifpanus, adalmatia, necque Romanus 111. Germanus Eufebii, non vero Iovini 111. Adhuc Diaconus Rufinum doctrina catholica inftruit. 113. 124. Inter Epifcopos Occidentales confpicuus fanctitate 116. Ejus amicitia cum magno viris *ibid.* Auctor eft S. Hieronymo ut plurimum Bibliorum Libros in latinum Sermonem convertat. 117. Laudarus a S. Hieronymo & aliis 118. 138. Amicus Rufini cui cum S. Hieronymo conciliando ftudet 118. Sua auctoritate juvat caufam S. Jo: Chryfoftomi apud Honorium & Arcadium Imp. 119. 130. Ejus Obitus & cultus Antiquiffimus 131. Scripfit Homilias xviii. in Evangelium S. Matthæi 133. Quare dictus Epifcopus Romanus 135. 136. 137. Ejus feripta tanquam vera examinantur 138. 139. 140. Vindicatus ab hæreticorum calumniis, & plurima loca Homiliarum ejuftem contra ipfos explicata 141. 143. Styli ratio ab eodem adhibiti in fuis Homiliis. 144. Monet S. Hieronymum ut contentionibus finem imponat 177.
 Chryfoftomus Johannes S. 88. 90. 141. 187. detrusus e Sede Conftantinopolitana 129. de fuis arumnis certiozem facit S. Chromatium Epifcopum Aquilejenfem, & Venerium Epifcop. Mediolanenfem *ibid.* A calumniis Blondelli vindicatus 130. Ejus epiftola ad S. Chromatium *ibid.* Ejus Obitus 131. Quo tempore in exilium pulfus 188.
 Cicconius Petrus 99.
 Ciampinus Johannes 68.
 Ciattus Felix confundit Maximianum Etruscum cum Maximiliano Tarutenio 57.
Ciris poema non pertinet ad Virgilium, nec feriptum in Græcis, ut falfo putat Scalliger 37.
 Civitas Fori-Julii & ejus Codex membræneus hiftoriæ ecclefiafticæ Rufini 355.
 Claramontanum Collegium Parisiis 77.
 Clemens Alexandrinus 65. 75. 91.
 Clementis Rorani *Recognitiones* a Rufino e Græco in Latinum translate, non vero ab aliis 317. 318. Ab Ebionitis nunquam corruptæ 319. Codices earunden in Bibliotheca Oxoniens 319. Earum quis verus auctor 330. & feqq. Operum ejuftem varix editiones 337. & feqq. Ejuftem epiftola genuina ad Jacobum Fratrem Domini 341.
 Clericus Johannes 339.
 Clefus Bernardus 338.
 Cluverius Philippus 395.
 Codices mss. in teftimonium adducti pro martyrio S. Pii 80. 81.
 Cognomen folitum præponi nominibus 13.
 Coitius Carolus 96. 135. 108.
 Coobium genus veftimentæ proprium Epifcoporum 98. Ejus uſus antiquus in Occidente, & duplex apud Romanos & Græcos *ibid.* color ejuftem candidus five albus 100. Aliud a communi & vulgari *ibid.* & a Lebitonario Monachorum 101.
 Colomæſius Paulus 3. 36. 52. 113. 196. 397.
 Colvenerius Georgius 377.
 Columni Hieronymus 41. 52.
 — Johannes 405.
 Comina Civitas Epifcopalis duplex 138.
 Combefifius Francifcus 98. 99. 131. 134.

Concordia olim civitas & celebris colonia, patria Rufini, diversa ab Opido Mirandulae in *Æmilia* 154. Privilegiis aucta a Carolo & Ottone Imp. 155.
 Concordius S. 90.
 Constantinopolis nova Roma, & caput Romanie dicta 136.
 Constantinus Magnus 189.
 Constantius Imp. in exilium pellit Liberium Papam 113.
 Constantius Antonius Patriarcha Venetiarum 213.
 — Vincentius 41.
 Cornelius S. Rom. Pontifex 90.
 Corradus Sebastianus 73. 60.
 Cortesius Georgius Card. 396.
 Cotelerius Jo: Baptista 64. 65. 103. 135. 173. 221. 294. 315. 318. 328. 330. 332. 332. 341. 367. 371. 386. 388. 404.
 Countantius Petrus 346.
 Crabbe Petrus 340.
 Creleens Episcopus Viennensis, non Moguntinus 95.
 Crinitus Petrus 44. non est auctor Vitæ Corn. Galli 51.
 Cruquius Jacobus asserit Corn. Gallum apud Horatium latere sub nomine Alpini 61.
Cubilia aeterna quid sint, & a variis Criticorum opinionibus vindicata 89.
 Cujacius Jacobus 15.
 Camdius Laurentius 134.
 Cuperus Gisbertus 92.
 Culpinianus codex alius a Brenneriano, servatus in Bibliotheca Cæsarea 76.
 Cyprianus Ernestus Salomon 334.
 — S. 7. 71. 75. 85. 140.
 Cytheris Copra. Galli amasia 27. eadem est ac Lycoris Corn. Galli *ibid.* alia a Lycoride Martialis 28.
 Cyzicenus Gelasius 137. 149. 151. 349.

D

Dacherius Lucas 80. 147.
 Dallery Joh. 102. 290. 298.
 Dalmatica, indumentum Sacerdotale nunquam alba 100.
 Damus S. Rom. Pont. 82.
 Damianus de Sancta Maria 207.
 Dandulus Andreas 106. 109. 122. 124. 132. 405.
 Daniel S. Municipium in Foro-Julio servat codicem elegantem historię ecclesiasticę Rufini 355.
 Danes 75. 81.

Dausius Christianus 44.
 Dausquus Claudius 52.
 Delrius Aconius 36. 46. 48. 54.
 — Martinus 362.
 Demophilus Episcopus Arianus 117.
 Delidricus martyr Episcopus Viennensis 96.
 Diaconus Johannes 355.
 Didymus scribit librum de morte Infantię 172.
 Dionysius Carthusianus 317.
 — Mediolanensis ab Arianis exilio damnatus 111.
 — Nestor Novariensis 61.
 Doctores & Tractatores qui dicti 326.
 Dodwellus Henricus 64. 66. 79. 86. 172. 176. 332. notatus 342.
 Domius de la Motte 262.
 Dorotheus Episcopus Tyrus 66.
 Ducus Fronto 107. 221.
 Dupinus Ludovicus 64. 141. 144. notatus 152. 236. 328. 392. 405.
 Durantius Jacobus 400.

E

E Chardus Jacobus 405.
 Ecclēsię gradus, seu ordines tres 94.
 Egelippus quis sit & an verus auctor librorum latinorum de bello Judaico 395. & seqq.
 Eginardus 335.
 Elmenhorstius Gevehardus 340.
 Ennodius 94.
 Epictetus Centumcellensis Episcopus 112.
 Epiphanius S. 90. 116. 136. 180. 188. 333.
 — Certat Hierosolymis contra Origenis dogmata 177.
 — Scholasticus 394.
 Episcopi dicti *Vicarii S. Petri secundarii* 74.
 — Iustus Valentis Imper. in Palestinam, exulantes *collega* S. Damasi dicti a S. Hieronymo 165.
 Epistolę Decretales dux sub nomine S. Pii confictę 83.
 — dux S. Pii ad Iustum Episcopum Viennensem scriptę, & a Criticis vindicatę 85. 90. 102. Earum verus sensus explicatus contra Biondellum, Dallium, & Salsasium *vid. S. Pius*.
 Erasmus Desiderius 66. 143. 213. 216. Eius iudicium de versione homiliarum Origenis in Geoesim 284. Item aliarum homiliarum 288. Quorundam ejus cofurę examinantur 289. & seqq. Notatus 295. 296. 361. 389. 461.

Eme

Erneslus Johannes 331.
 Evagrius Monachus 314. Iborita non vero hyperborita 315. Ut Pelagianus male habitus a Sancto Hieronymo 316. Item ab aliis viris falso accusatus tamquam Originista *ibid.* Titulo Sanctitatis ornatus in codice Barberino 317. Ejus scripti passim laudata, & ipse ab accusationibus vindicatus 316. & seqq. Amicitie cum Sanctissimis viris 318. 319. Eiusdem Opera apud Occidentales magni habita 319. Scripta a Rufino latine reddita 320.
 Evagrius Presbyter e graeco in latinum transfert vitam Sancti Antonii 156. Ejus obitus 188.
 Eugippius 150.
 Euphron Atheniensis scribit *Alephosiam*, *Cibiadem*, & alia 19.
 Eusebius Caesariensis 17. 65. 71. 78. 92. 95. 96. 110.
 — Cremonensis 180. 210. 214. 272. 277. Corrupti Interpretationem Periarchon Rufini 217. 242.
 — Vercellensis, exilio ab Arianis damnatus 111. Monasticam vitam instituit Vercellis 116.
 Euthymius 141.
 ab Eyb Albertus cubicularius Pii II. 74.

P

F Aber Honoratus 316.
 — Jacobus 326.
 — Nicolaus 304.
 Fabrettus Raphael 151.
 Fabricius Georgius 104. notatus 107.
 — Johannes Albertus 26. 36. 48. 51. 66. 84. 147. 308. 312. 329. 340.
 Fabrotus Carolus Annibal 77.
 Facundus Hermianensis 131. 169.
 Fasti Norisiani 78.
 Faustus Magister 56. Legatus in Aula Constantinopolitana pro Theoderico Rege una cum Irenaeo subignat pacem *ibid.*
 Flavius Josephus historicus 321. Eius operum editiones variae 402.
 Felix Ursellitanus 137.
 Fellus Johannes, prae-nomen Rufini pro patria accipit 152. 328.
 Ferrarius Franciscus Bernardinus 134. 326.
 — Octavius 60. 98.
 — Philippus 123.
 Firus Cardinalis 222.
 Fioralia quo tempore celebrati solita 432.
 Fiorarum Mf. Sanctorum 97.

Florentina bibliotheca S. Crucis 81.
 Florentinum Concilium 87. Ejus decretum de statu animarum post mortem 88.
 Florentinus Franciscus Maria 66. 68. 104. notatus 145. 146.
 Floriacus Claudius Abbas 279.
 Florinus Franciscus 44.
 Formula Fidei Sirmiensis tres 115.
 Foro-Livincense Corn. Gallum inconsulto civem suum faciunt 58.
 FORTUNATIUS Episcopus Aquilejensis, origine Africanus 106. Alius a Chyrio Fortunatiano . 107. Praesuit Con.ilio Sardicensi *ibid.* Succedit Benedicto in Episcopatu Aquilejensi *ibid.* Vixit sub Constantino non sub Constantino Imp. 109. Alloquitur Aquileje Constantem, Augustum 110. Deceptus ab Arisnis, subscribit sententiae damnationis in S. Athanasium in Concilio Mediolanensi. 111. Excusatur a S. Athanasio. 113. Ab Arianismi labe ei irrogata, aliisque censuris defenditur 113. 114. 118. Non fuit auctor subscriptionis haereseos Liberii Papae 117. Scripti Commentarios in Evangelia, nunc perditos, & Titulos ordinavit 119. Sedit in Episcopatu Aquilejensi annos xx. 121. Obiit 120.

Fortunatus martyr Vicetinus, diversus a Fortunatiano 107.

Forum-Julii Urbe, Civitas antonomastice dicta, & patria Corn. Galli 2. Dissert a Concubiente in Umbria, & a Foro-Julio Gallicae Narbonensis 8.

Franciscus Lucas 144.
 Freculphus 109. 116.
 Fronto Joannes 67.
 Freherus Marquardus 68.
 Frumentius S. Indiae uteriotis Apollolis. 174.
 Fullerus Nicolaus 216.
 Fulcareus Michael 47.

G

G Ale Thomae 303. 308. 313.
 Galesinius Petrus 81.
 GALLUS C. Cornelius nascitur anno V. 685. pag. 7. patria Forum-Julii, non Aquileja, aut Forum-Livii neque Vicetia 1. 2. 9. Codices Eusebiani ad probant 2. 3. 4. Item Historici variarum gentium 5. 6. 7. Eius cognomen ad familiam, non vero ad patriam referri debet 9. Prodir ex gente *Cornelia*, quae homini Aquilejae *ibid.* Una cum Virgilio literis instruitur *ibid.* Scripturum variae opiniones de ejus prae-nomine 10.

N n n

Non

Non *Gneus*, non *Publius*, neque *Ælius* dici debet *ibid.* Alius a Gallo *Asinio Polione* 11. Ejus pater *ibid.* Cum aliis Gallis *confusus* 12. *Condicipiscus* Virgillii, quem sub nomine *Tityri* laudat in *Bucolicis* 13. 14. & in *Georgicis* sub nomine *Aspisi* 24. *Disciplinæ militari* instructus 14. In rebus arduis ejus opera utitur *Augustus ibid.* *Triumvir factus* anno ætatis suæ *xxvi.* 13. Cum Legionibus quatuor proficitur *Ægyptum*, & devincit *Antonium* 14. *Potitur Cleopatra ibid.* Ab *Angulo* proficitur *Ægypto* 15. *Thebas* depopulat, & variaz opinionones de hac *Thebarum* everfione 16. *Sibi* mortem infert ætatis suæ anno *xliiii.*, & hallucinationes de hujus mortis causa ac tempore 17. 18. *Varia* ei crimina falso imputata 19. 20. *Ejus* amicitiaz cum magnis *Viris* 21. *Fuit* ex *Ordine equeftri* 21. *Scripta* deperdita, & verius ejuſdem unicus apud *Vibium Sequeſtrum* explicatus 23. *Laudatur* a *Virgilio*, *Ovidio* aliſque poetis 24. *Poema* ſuum *Ciris* magni habitum 26. *Scriptis* libros quatuor *Elegiarum* de amoribus ſub nomine *Lycoridis* 27. *Scripta* aliqui *Euphorionis* latinitate donavit 30. 31. *Auctor* poematis *Ciris*, non vero *Virgilius* 32. *Neque* *Carulus* 39. *Non* eſt auctor *Elegiarum*, quæ ſub nomine *Galli* in *Propertio* leguntur 42. *Neque* *Cantiuncula Lyricæ* 2 ðne *xxi*: *Elegiis* enjuſdam *Maximiani* 58. *Carmina* nomulla *Gallo* falſo adſcripta 60. *Ejus* opera ſuccera, deperdita, aliena, & dubia 62.

Gallus *Tarquinius* 11.

Gareus *Johannes* 55.

Garnierus *Johannes* 409. 412. 416.

— *Julianus* 299. 420. notatus 300.

Gauderius *Brixie* *Epicoſcopus* 130. 325.

Gauticus *Pomponius* vulgat *Elegias* ſub nomine *Com. Gulli* 42. *Ejus* errores, & fraudes 43. 44.

Glandorpium *Johannes* 161.

Grabius *Erneſtus* 157. 329. 332. 336.

Gradenſis *Patriarcha* *Dominicus* 109.

Gratianus 83.

Gebhardus *Elmenhorſtius* 388.

— *Janus* 353. 354.

Gehſus *I. Roman.* *Pontifex* 156. 131. 147. 251. 257. 308. 380. *Landat* verſionem latinam *Ruſini* *Operum* *S. Greg. Nazianzeni* 302. 330. *Ejus* cenſura in *Recognitione* *Clementis* 335. *Hiſtoriam* *Enſebii* a *Ruſino* latine redactam libri apocriphis adnumerat. 354.

Gemadius. 103. 139. 151. 158. 185. 202. 203. 218. 257. 284. 287. 289. 301. 302. 315. 329. 327. 365. 381. 391. 415. *Ejus* explicatio

vocis *mammonæ* apud *Matthæum* 141. *Error* in ejus *Catalogo* 179.

Genebrardus *Gilbertus* 78. 79. 291.

Geſnerus *Conradus* 362.

Gerberonius *Gabriel* 410. *perperam* *Ruſinum* *Aquilejenſem* *Alexandrinum* vocat 151.

Gevehartus *Elmenhorſtius* 239.

Gregorius *Britannicus* 47.

— *Nilemus* 142.

— *Sanctus* 57. 75. 100. 355.

— *Turonenſis* 87. 100. 161.

— *x1.* *Pontifex* 87. 347.

Giſanius *Obertus* 9. *Ciris* poema primus tribuit *Cor. Gallo* 32.

Giſlenus *Athenienſis* *S.* 208.

Glyca *Michael* 131.

Grynus *Jacobus* 104. 133. 140. 311. 213. 211. *publicat* *epiſtolas* duas genuinas *S. Pii Juſti* *Vienneniſis* *datas* 84.

Gyraldus *Lilius* *Gregorius* 21. 29. 45. 52. *Gallum* *Foro-Julienſem* appellat 2.

Godean *Antonius* 121.

Goldaſtus *Melchior* 42. 52. 54. 58.

Gothi irrumpunt per *Alpes* *Julius* 128. *Italiam* vaſtant 197.

Gothofredus *Jacobus* 57. 195.

Gronovius *Joh. Fridericus* 397. 398.

Grotius *Hugo* 66. 102. 337.

Gruterus *Janus* 57. 136.

— *Lambertus* 337. 338.

Gudius *Marquardus* 6.

Guido *Carmelita* 224.

H

Hæſtremus *Benedictus* 105. 106. 372.

Hæreſis in decretis *S. Pii* ſumitur pro *Judeorum* infidelitate 82.

Hilloixius *Petrus* 212. 258. 261. 268.

Hammondus *Henricus* 94. 102.

Hegesippus 72. 90. æqualis *S. Pio* 78.

Heiniſus *Daniel* 53. 60.

Heliodorus *Epicoſcopus* 132. *Auctor* eſt *S. Hieronymo* ut *Librum* *Tobix* *Chaldaicum* in *Latinum* vertat 126.

Henſchenius *Godefridus* 72. 104. *Ejus* *catalogo* corruptus in *Chronologia* *Pontificum* 73.

Heraclides *interpres* *Palladii* *hiſtorici* *Græci*. 161. 162.

Heraclidis *paradiſus* quid ſit & an diſſerat ab *hiſtoria* *Luſtici* *Palladii* 369.

Heremius *Theſſalonicensis* & alii ſe ſeparant a *communione* *S. Athanaſii* 111.

Her-

Hermannus Godefridus 109. 112. 114. 302. 374. 376. notatus 123.

— Grever Carthusianus 132.

Hermas idem ac Hermodorus, & alius ab Hermete Aquilejensi 66. unus ex IX. Discipulis, & Episcopus Philippiensis. 66. 93.

HERMAS postot sanctus, frater S. Pii Pont. 63. eisdem ac Pastor S. Pii frater 64. Alius ab Hermas, cujus meminit S. Paulus *ibid.* confusus cum Herma 64. 65. 66. Ejus multa cognomina, & quare dicitur *Pastor*. 54. Scribit librum de Paschate die Dominico celebrando, nunc deperditum 65. Sub Clemente Pont. non vero sub Domitiano Imperat. *ibid.* Apud veteres Scriptores semper Hermetis nomine appellatus *ibid.* Hujus nomina Græcæ terminationes var. *ibid.* Erigit in titulum Domini Pudens Senatoris. 67. 68. Ejus obitus 67. Ejus opera dubia, falso attributa, & deperdita 69.

Heroldus Johannes 133. 140. 220.

Hervvartus Joh. Georgius 190.

Hervetus Gentianus 160. & seqq.

Hieronymus Sanctus 5. 16. 139. 142. 145. 150. 154. 169. 176. 180. 184. 188. 190. Cornelium Gallum Foro-Julientem appellat. 8. Constantinopoli augei Chronicon Eusebii & moratur Aquileje *ibid.* Librum Chaldaicum Tobiae Latine reddit spatio unius diei 126. Mittit ad S. Chromatium & Heliodorum libros Bibliorum Latine redditos 127. Incepit Johannem Episcopum Hierosolymitanum, & ab ejus communionem rececit 178. 179. Carpit Rufinum sub Grunni nomine, eique variis criminis imputat 181. Ejus amicitia cum Theophilo Patriarcha Alexandrino frigidit & quare 186. Eiusdem reconciliatio cum Johanne Hierosolymitano, & quo tempore 187. 191. Item cum Rufino & quo in loco 189. Bethleemi parochi munus exercet. 191. Moratur Aquileje in monasterio unum cum Rufino 157. Migrat in Orientem, & nunciat Rufino suam peregrinationem *ibid.* Scribit Florentio Aquilejensi de Rufino 158. Latet in interiori Syriæ deserto 164. Carpit Rufinum & Macerium 203. Nuncupat Eusebio commentarios suos in Hieremiam & Mattheum 228. Scribit epistolam Rufino 229. Item ad Pamachium & Oesenum, cujus epistolæ præcipua capita referentur 230. 232. Apologiam contra Rufinum eidem Pamachio & Marcello Romam mittit 252. Synopsis ejusdem 253. 254. 263. & sequentibus. Scribit Sancto Augustino, & querit cum eo de Rufino 274. Ejus responsa epistolæ si-

bi a Rufino scriptæ 275. 278. Se excusat cum S. Chromatio 277. Quo tempore scripserit librum 111. suæ Apologiæ 280. Auctori interpretationis homiliarum Origenis in Lucam, non vero Rufinus 298. Evagrium Monachum ut Origenistam male habet & quare 318. Non est auctor historiæ Eremeticæ de Viris Patrum, sed Rufinus 368. & seqq. Ejus censura in hæc historiæ 371. Non est Interpres librorum vii. de bello Judaico Josephi Flavii 395.

Hierosolymitanum iter dictum *via Sanctarum, via Dei, & sanctum iter* 160.

— Schisma extinctum & quando 186.

Hierotheus Constantius 213. 216. 220.

Hilarius sanctus 90. 120. 141.

Hincmarus Remensis Archiepiscopus. 74. 336. 348.

Hodius Hmfrædus 280. 391. 406.

Holltenius Lucas 5. 66. 77. 130. 147. 156. 176. 207. 258. 307. 319. 328. 330. 353. 399. 403. 436.

Honoratus Massiliensis.

Honorius Augustodunensis 99.

— Augustus Legatus Concilii Carthagine nsis ad Anastasium Papam 272.

— Imper. & ejus literæ ad Arcadium fratrem 129. Ejus Leges 419. 430.

Huetius Petrus Daniel 31. 192. 213. 214. 231. 236. 265. 291. 316. 328. 334. 349. Eius præposterum judicium de Rufino 188. notatus 352.

Humbertus Card. 336.

Humfridus Laurentius 213.

I

Jacobus Comes Purliliarum 44.

Jannicus Conradus 76.

Idacius 125.

Ignatius martyr 93. 94.

Illyricus Centurarius Magdeburgensis, unus ex censoribus Operum & doctrinæ S. Chromatii, relatus 142.

Imperialis Julius 77.

Innocentius I. Pontifex 131.

— II. Pontifex 207.

Johannes Episcopus Hierosolymitanus 177.

Ejus dissidia cum Sancto Epiphano & Sancto Hieronymo 178. Laudatus a Sancto Augustino, & Sanctus appellatus a Zosimo Pontifice 191.

Jonius Johannes 152.

Jornandes 135. 139.

N n n 2

Jo.

Jovius Paulus 53.
 Irenæus sanctus 65. 71. 91.
 Isaacus sanctus monach. Valentem de tollenda
 persecutione Catholicorum 170.
 Ildorus Hispanensis 83. 139. 336.
 ——— Pelicota 189.
 ——— presbyter 185. Missus in Palæstinam a
 Theophilo Patriarcha Alexandrino & qua
 de causa 184. Revertitur Alexandriam
 cum epistola Jo: Episcopi Hierosol. 185.
 Julianus Imperator 106.
 Junius Patricius notatus 342.
 Ivo 83.
 Judicellus Christophorus 350.
 Julius Vicentis Ep. 62. Numeratus in marty-
 rologiis Adonis, Bedæ, Uluardi, tan-
 quam martyr 97. Vixit temporibus S. Pii
 101.
 Justinianus Imper. 119.

K

K Alendaria vetera, quæ testantur mar-
 tyrium S. Pii 81.

L

L Abbes Philippus 17. 83. 92. 104. 131.
 133. 139. 150. 186. 198. 300. 302. 317.
 339. 392. 398. 404.
 Lactantius Firmianus 88. 89.
 Lambecius Petrus 76. 150. 121.
 Landus Hortensius 7. 397.
 Lateranensis Basilicæ Tabularium 81.
 Latinus Latinus 86. 396.
 Lannojus Johannes 95.
 Laurentiana Bibliotheca 81.
 Leander Albertus notatus 123.
 Lebitonarium Monachorum Orientalium quæd
 sit 101.
 Legati Pontificis scribunt sententiam dem-
 nationis in S. Athanasium 111.
 Leo Magnus 83. 103. 108. 119. 302. 417.
 Leo Ostiensis 74.
 Libonius 123.
 Liberius Papa 110. Ejus epistola ad Episco-
 pum Vercellensem 111. Alia ad Episcopos
 Orientales ab Arianis conficta 112. Pulsus
 in exilium a Constantio Imper. 114. Invi-
 sus & coactus subscribit primæ formulæ
 fidei Sirmianensis 116. A S. Ambrosio lauda-
 tus *ibid.*

Lignamineus & ejus editio historię ecclesiasti-
 cæ Rufini 357.
 Lindembrogius Fridericus 41. 46. 118.
 Lippomanus Aloysius Ep. Vercenensis laudatus.
 369.
 Lippius Justus 98.
 ——— Martinus 133. 140.
 Litania vetus, edita a Venerabili Josepho
 Maria Carol. Thomasio ubi martyrium S.
 Pii 81.
 Livius apud L. Florum res Corn. Galli profec-
 quitur 8.
 Lombardus Petrus magister Sententiarum.
 89.
 Largus Valerius 19. Corn. Gallum desert ad
 Augustum 20.
 Lorinus Johannes 404.
 Lucifer Episcopus Calaritanus, Sedis Aposto-
 licæ Legatus 187. Exilio ab Arianis damna-
 tus 111.
 Lucius invadit Sedem Alexandrinam 165.
 Ludolphus Jobus 176.
 Ludovicus Pius Imp. 75.
 Lupus Abbas Ferrariensis 74.
 ——— Christianus 115. 156.

M

M Abillonius Johannes 4. 67. 74. 93.
 146. 147. 203. 205. 223. 227. 340.
 393. 397. 410.
 Macarius Monachus 101. 113. Non est alius
 ab eo, cui scribit epistolam S. Paulinus No-
 linnus 104. Laudatus a Rubino *ibid.* ejus pro-
 fectio & studium 203.
 Macri Dominicus 104.
 Magdeburgenses Centuriatores notati 109.
 123. 142. 143. 155. 190. 192.
 Maimburgus Ludovicus 111.
 Majoragius M. Antonius 52.
 Mallius Petrus. 82. Scribit historiam Basilicæ
 Vaticane sub Alexandro 111. *ibidem.*
 Manutius Aldus senior 11. 183. 286.
 ——— Aldus junior 50. ejus signum in
 afferendis Elegiis Corn. Gallo, non vico
 Maximiano 51.
 ——— Paulus 390.
 de Marca Petrus 95. 96. 114.
 Marcella matrona Romana 127. æmula Rufi-
 ni 252.
 Marcellinus Ammianus 18. 126. 139.
 Marcellus Nonius 61.
 Marcus S., Aquilejæ Episcopus 107.
 Margarinus Cornelius 5. 151.
 Marianus Scotus 304.

— Vi—

— Victorius 122. 124. 127.
 Maronis Silenus & carmina de Cornelio Gallo 30.
 Marcene Edmundus 157. 206. 222. 372. 396.
 Martinianus Johannes 122. 353. 293. 297. notatus 362.
 Martinus Polonus 78.
 Martyrologia Bedæ, Galefinit, Baronii & aliorum, Verum Episcoporum Vicentem, non vero Martyrem faciunt 97.
 Martyrologia, que statuant diem emartuallem Valeriani Epil. Aquilejensis 124.
 Martyrologium Gellonenſe, & alia, teſtantur martyrium S. Pii 80.
 Maſius Andreas 396.
 Maſuetus Renatus 71.
 Maſtrich Gerardus 157.
 Mathematici antiquitus qui dicebantur 203. Peſſime habiti apud Chriſtianos & quare *ibid.*
 Matrix Eccleſia, eadem atque Cathedrales 98.
 Maurolicus Franciſcus 82. 132.
 Maximianus, ejus prænomen *Lucius* non *Lunginus* ſi. natione Etruſcus 54. ejus carmina *ibid.* Vixit temporibus Boethii, & ſungitur munere Legati ad Impe. Anaſtaſium *ibid.* Diverſus ab Tarratino Maximiliano 56. Auſtor Elegiarum, que exſtant inter Propertii opera 44. & ſeqq.
 Maximus Tyrannus ubi, & quo tempore devictus 125.
 Mazonius Jacobus 41.
 Mediolanenſis Archiep. dictus *Vicarius* a S. Gregorio 75.
 Melania Sancta mulier Romana nobiliſſima proficitur Microſolyman cum Ruſino 158. Quo tempore id acciderit 159. Laudata a S. Hieronymo *ibid.* Item a S. Paulino Epilcopo Nolano 193. Origine Romana ſed ex familia Hiſpanica 159. Ejus genus paternum ex Aquitania 160. Conſanguinea S. Paulini Nolani *ibid.* Neptis, non filia Marcellini Conſulis, ut putavit S. Hieronymus 161. Fuit ex nobiliſſima Valerionum gente 162. Pergit Alexandriam, & quo tempore *ibid.* Quæque miſſa Monachorum per triduum de ſuo alit, item multos Epilcopos & Presbyteros 169. Tuetur cauſam Ruſini contra S. Hieronymum 183. Romam revertitur, & qua de cauſa 192. Nohm proferat ad S. Paulinum 193. Ejus peregrinationes ſuis temporibus reſtituta 196.
 Menardus Hugo 156. 372.
 Meurſius Johannes 41.
 Millius Johannes 406.
 Minturnus Antonius Sebaſtianus, Corn. Gallum inter ſummos poetas recenſet 30. 53.

Miræus Aubertus 50. 133. 367. Conſundit Paulinum presbyterum cum altero Diacono & Notario S. Ambrōſii 219. 310.
 Miranda Opidum in Æmilia 154.
 Miſſa quid ſit, & hujus vocis explicatio 85.
 Miſſas legere 86.
 Molanus Johannes 145.
 Mollerus Johannes 64.
 Mombritius Boninus, Chronicon Eufeſii pri- mus excudendum curat 2. 69. 205.
 Monachi S. Mauri 112. 115. 120.
 — Bethleemita: deſcendit ab Eccleſia Hieroſolymitana, & quare 187.
 — Nitrienes & eorum conſtantia pro ſide catholica 167. 168.
 Moneta Bernardus 46.
 — Miſſaſconius Bernardus 4. 19. 116. 156. 259. 262. 345.
 Morellus Carolus 56.
 — Fridericus 100.
 Morius Johannes 96. 342.
 Munſterus Sebaſtianus 407.
 Muretus M. Antonius 345.

N

Nardinus Faſianus 68.
 Natalis Alexander 103. 115. 131. 144. 149. 192.
 — Comes 20.
 Naudeus Gabriel 50. 55. 152.
 Nazianzenus Gregorius S. 88.
 Nicanum Concilium 352.
 Nicephorus Calliſtus 128. 132. 257.
 — Sanctus 66.
 Nicetas Subdiaconus Aquilejenſis 122. ſcripſit librum de erroribus gentilitatis 139. Ejus Nolam adventus quo tempore acciderit 196.
 Nicetus S. Lugdunenſis Antifteſ 100.
 Nicholaus Antonius 118. Laudatus 152.
 Nonius Marcellus 86.
 Norſicus Henricus Card. 2. 14. 17. 121. 122. 150. 155. 162. 169. 193. 203. 216. 234. 250. 254. 257. 258. 261. 264. 279. 310. 316. 321. 409. 427. 435. notatus 417. 429.
 a Noce Angelus 74.
 Nurrius Nicolaus 66. 83. 91. 335. 339.

O

- O**ceanus Rufini amulus 225.
 Opidium pro Civitate a Scriptoribus antiquis usurpatum 150.
 Opitergium, dirutum a Marcomannis 126.
 Optatus Milevitanus S. 94.
 Ordo varius in enumeratione Pontificum Romanorum 71.
 Origenes 88. 93. scribit sex millia librorum 212. Opus ejusdem de *principiis* ab hereticis corruptum 214. Quid contineat 216. 217. Caluit Platonis philosophiam 217. Ejus epitaphium 224. Ejus sententia de origine anime 250. Fragmentum ejus epistolæ ex versione Rufini 268. Idem ex versione Hieronymi *ibid.* Conqueritur libros suos ab hereticis sive corruptos 270. 271. Ejus homilia XVI. in Genesim & alix multæ latine versæ a Rufino, non a S. Hieronymo 283. & seqq.
 Ortelius Abrahamus 23. 202.
 Ovidius, auctor Medææ Tragediæ, non Ovidius 36.
 Otius Corluobensis Episc. 108. subscribit formæ secundæ Concilii Sirmiensis 118.
 Ovidius Casimirus 220. 315.
 Ovidius Niso, & ejus carmina de morte Corn. Galli explicata 29. 20.

P

- P** Agius Antonius 16. 73. 75. 77. 83. 104. 135. 145. 160. 162. 196. 279. 315. 420.
 Palatino Vaticanus Codex 139.
 Palladius Arianus hæreticus 123.
 ——— *Aegypti* Præfatus 168.
 ——— Hecnopolicanus Episc. 189. 151. 154. 170. 173. 179. 183. 187. 192. 196. 202. 234. 280. Alius a Palladio Pelagiano 188.
 ——— Amicus Rufini, & minus æque loquitur de S. Hieronymo *ibid.* Interfuit Concilio Constantinopolitano contra Antonium Episc. Iphesium *ibid.* Scribit historiam Lausiacam & ejus obitus 189. Ob defensionem S. Ioh. Chrysolostomum decoratur titulo Confessoris, & ab Innocentio I. Pont. habitus ut Præsul maxime catholicus in Oriente *ib.* & 363. 368. Auctor Paradisi Heraclidis 369.
 ——— Henricus I. 10. 66. 83. 107. 119. 122. 131. notatus 389.
 Pambo S. Nitrie Monachus 173.
 Pamelius Jacobus 63. 388.
 Panmachius Rufini amulus & ejus epistola ad S. Hieronymum 225. Capita Apologiarum Rufini *corrofa* mittit ad eundem 252.
 Pampilius martyr 201. Scribit suam Apologiam pro Origene Cæsarea Palastina, quam interpretatur Rufinus 209. 250. Auctor Apologiæ a Rufino in latinum convertit 254. Testimonia contra S. Hieronymum id negantem 254. & seqq. Ejus liber sententiarum adversus Mathematicos ad examen vocatus 321.
 Pancirollus Guido notatus 10.
 Panvinus Onuphrius 11. 68. 75. 79. 85. notatus 107. 131. 234.
 Pape vocabulum antiquitus dari solitum Senioribus & Ecclesiæ præfatis 140.
 Papebrochius Daniel, notatus 76. 227.
 Papius Masso 104.
 Parisienses codices declarant Corn. Gallum Foro-Juliensem 4. 5.
 Parthenius Nicanus inferibit librum Corn. Gallo 26. Eiusdem epistola nuncupatoria in latinum sermonem translata *ibi.* docet Virgilium literas Græcæ *ibid.*
 Paschalis dies & mos in Ecclesia antiquitus eundem celebrandi servatus 418.
 Paschasius Rudbertus 75.
 Passioneus Dominicus, nunc S. R. E. Card. laudatus 4. Servat Codicem Eusebii olim Card. Accolti *ibid.* Ejus Bibliotheca 301. 356.
 Pastor, liber Ecclesiasticus, scriptus Græce ab Herma pastore sub Clemente Pont. 64.
 Pastrengius Guillelmus 395.
 Patrimi in Baptismo antiquus pluribus nominibus appellati 150.
 Paulinus S. Nolani Episc. 144. 159. 160. 162. 169. 191. 199. Scribit ad S. Salpicium Severum de Melania 193. Ejus epistolarum ordo a Scriptoribus confusus & cascudatus 194. 195. Eiusdem carmina explicata 199.
 ——— Alia de Piniano, Asterio, & Aproniano 234. 235. 324. Ejus Epistola ad S. Augustinum 428.
 ——— Fabius 32.
 ——— Paulus S. Apost. 93.
 ——— Concordienis 151. 158.
 ——— Diaconus 134. 139. 154.
 Paulus I. Pontifex 74. 95.
 Pearsonius Johannes 66. 72. 75. 78. 83. 86. 90. 103. 119. 293. 298. 344. 353. 354.
 Peplus Panathenæus quid 37. Quo tempore institutus 38.
 Pererius Benedictus 220.
 Periocha quid 220.

Peronius

- Petronius Jacobus Card. 421.
Perseverabilem, *primarches*, & alie vocis in
 epistolis geminis S. Pii a censoris Blondelli
 vindicata: 91. & seqq.
 Petavius Dionysius 17. 78. 88. 103. 114.
 350.
 Petitdidierius Martheus 285. 382.
 Petrarca Franciscus 10. Ejus testimonium de
 Corn. Gallo 6.
 Petronius S. 372. 373. Bononicensis Episc. 365.
 Adolefcens moratur in monasterio Ægypti
 366.
 Petrus Alexandrinus 169.
 — Cluniacensis 95.
 — de Natalibus 81. 132.
 Pezrus Bernardus 198.
 Picus Johannes Comes Mirandula: 254. 262.
 335.
 Pignorius Laurentius probat P. Bembi senten-
 tiam de Corn. Gallo Foro-Julienfi, non
 Foro-Livienfi 7. Rogatur a Paulo & Emi-
 lio Guldio de procedendo numismate Corn.
 Galli tanquam Vicetini *ibid.* Ejus epistola
 Mss. servatur Venetiis penes Somasichos
 10. 57.
 Pinetum Monasterium in agro Romano 203.
 Varie inter Scripatores opiniones de ejus
 loco *ibid.* & 204. Stetit in agro Tarraci-
 nensi 205.
 Pistorius Johannes 83.
 Pithæus Petrus 84. 104.
 PIUS S. Rom. Pont. 67. 70. Sedit in Pontifi-
 catus inter Hyginum & Anicetum *ibid.* 70.
 & seqq. de annis in Pontificatu transactis
 non conveniunt Viri docti 78. Clarus sub
 Antonino Pio *ibid.* Vixit in Pontificatu an-
 nos quindecim, & obiit Martyr. 79. Ejus
 depositio ubi, & quando 80. Opinionum
 varietas de ejus martyrio 81. Ejus gesta in
 Pontificatu 82. Decretales epistolas duas
 scripsit ad Justum Viennensem Episcopum
 84. Varie Criticorum difficultates ad eorum
 sinceritatem explodendam 85. & seqq.
 Stylus eorundem vindicatus *ibid.*
 Photius 209. 210. 214. 216. 255. 256. 263.
 Confundit Cyrillum Alexandrinum cum al-
 tero Hierosolymitano 30.
 Platina Bartholomæus 79.
 Plinius 155.
 Pocockius Eduardus, vulgat Historiam Enfe-
 bii 78.
 Politianus Angelus, & ejus carmina de Cy-
 theride Corn. Galli 29.
 Pollio Poeta, Orator, & Historicus 13.
 Polycarpus S. 90. 91.
 Pontacus Arnaldus Vafatenfis Episcopus, egre-
 giam Chronici Eusebiani editionem curat
 3. 146. 150. 161.
 Pontificale Romanum 75.
 Pontificum Romanorum obitus quo tem-
 pore describi solebat per Consules, & quo
 per Imperatores 75. Vocati *Vicarii* idest
Successores S. Petri 74.
 Pontificum Series duplex, Hieronymiana sci-
 licet, & vulgata 71.
 Portugrariius in provincia Venetorum, apud
 Veteres *Romanum* 155.
 Possivinus Antonius notatus 109. 131.
 Possidius 136.
 Potamius Ulyssiponenfis Episc. 112.
 Praxedis S. Ecclesia stetit in vico dicto Late-
 ranis 68. 82.
 Presbyteri olim dicti Diaconi, & Ministri 91.
 In Liturgiis antiquis etiam Seniores 93.
 Præxus Johannes 299.
 Proba Ancica Falconia 391.
 Procopius 125.
 Propertius. Ejus carmina de Corn. Gallo
 Umbro Amerino, non vero Aquilejensi 12,
 15. 16.
 Prosper S. 318.
 Prudentius 123.
 Publicola Melanæ filius adhuc puer prator
 Urbanus factus 162. Scribit Epistolam,
 S. Augustino, *ibid.*
 — senior, & ejus annus emortalis 419.
 Pudens Senator quis sit 67.
 Pudentiana S. & ejus Ecclesia 68. 83.
 Pythagoricus Sixtus 83.

e

Q Uesnellus Paschasius notatus 134. 136.
 347.

R

R Adagius Rex Gothorum 197.
 R Raphael Volsterranus 107.
 Raynaudus Theophilus 74. 300.
 Recognitiones Clementis a Ruino in latinum
 versæ 324. Hujus vocis explicatio 333.
 Reginus Raphael 54.
 Reinecius Thomas 36. 40. 54. 55. 66. 162. 354.
 Confundit Maximianum poetam cum Ma-
 ximiano Abate & Episcopo Syracusano 57.
 Relandus Hadrianus 169. 408.
 Remigius S. Episcopus Remensis 100.
 Rhamnusius Joh. Baptista 43.
 Rhenanus Beatus 213. 263. 302. 304. nota-
 tus 355.

Rho.!

Rhodiginus Caelius 37.
 Ribera Franciscus 408.
 Riceputus Bartholomæus 4.
 Rivenus Andreas 300. notatus 386.
 Rosignolius Bernardinus 318.
 Rovveydus Heribertus 76. 97. 148. 150. 162.
 167. 169. 198. 202. 324. 326. 362. 367. 371.
 408.
 Ruzus Carolus notatus 24. 28.
 Rubens Hieronymus 107.
 RUSTIUS 101. 113. 116. 128. 149. Ejus præ-
 nomen *Tyrannius* corruptum a multis 152.
 Natus non diu post Concilium Nixorum
 149. Patria Concordia Civitas Agri Aquei-
 lensis 151. Dicitur *Romanus*, & quare
 137. 151. Civis Aquilejensis, & qua de
 causa 152. Præpositus Scriptorum,
 opinione de ejus patria *ibid.* Variis voca-
 bulis a S. Hieronymo notatus 153. Se con-
 fert Aquilejam, ibique monachum induit
 155. Ab Adolescentia cum S. Hieronymo
 studii operam dicit 156. A S. Valeriano
 Episcopo baptizatur adultus *ibid.* In Ec-
 clesia Episcopali, non vero in Monasterio
 157. Cum Melania Hierosolymam profici-
 scitur 158. Quo tempore? 164. A S. Hier-
 onymo laudatur 158. 168. Ab eodem re-
 prehensus, quod cum Melania muliere juvene
 iter instituerit 160. Nitrix moratur, &
 S. Hieronymus ei scribit epistolam 165.
 Martyr dicitur & quare 167. Titulum Con-
 fessoris ei tribuit Baronius *ibid.* Ejus bene-
 ficentia in Clerum Hierosolymitanum 174.
 Quo tempore presbyter factus *ibid.* Ejus
 necessitudo cum S. Hieronymo, item cum
 eodem dissentio 177. Accusatus ut scelerator
 Origenis *ibid.* Adhæret Johanni Episcopo
 Hierosolymitano 179. Anastasio Pontifici
 proficitur se fidei tenere quatuor Ecclēsiarum
ibid. A S. Epiphasio nunquam habitus
 hæreticus, sed suspectus doctrinæ Origeni-
 anæ 188. Contentiones & jurgia inter
 eum, & S. Hieronymum 181. reconciliatio
 189. Cum Melania revertitur Romam 191.
 Landatus a S. Paulino Nolano 199. Tran-
 fert in latinum sermonem Opuscula S. Pam-
 phili & Origenis 201. 202. Regulam S. Ba-
 silii in Monasterio Pineti 205. Item libros
 Origenis quatuor *Periarchon* 218. Varie
 de illis questiones ad examen revocantur
 222. 225. Nuncupat Macario Apologiam
 S. Pamphili 208. Proccemium ejusdem Apo-
 logiæ *ibid.* & 209. Scribit Opusculum de
 adulteratione librorum Origenis, & quid
 ibid. contineat 210. 211. Carpit S. Epiphani-
 um & Johannem Hierosolymitanum &
 quare 211. Scribit libros de Benedictioni-

bis x11. Patriarcharum rogatu S. Paulini
 Nolani 218. Scribit epistolam S. Hierony-
 mo de morte Matris suæ 226. Roma Venetias
 profecturus impetrat literas ab Siricio
 Pontifice 226. Ejus discipulus & itineris de-
 scriptionis 228. A Norisii Cardinalis accusa-
 tionibus vindicatus *ibid.* & seqq. Alius a
 Rufino natione Syro 231. 416. Ejus Apolo-
 giæ contra S. Hieronymi Epistolam & In-
 vectivas Synopsis 237. Item epistolæ ad
 Apronianum 237. Summum dogma catholicum
 de Trinitate & carnis resurrectione tuetur
 238. Et se contra hæreses sibi & Origeni
 impatiens 239. 240. 242. 243. Eiusdem in
 Sanctum Hieronymum varis eriminationis
 243. 244. 245. 246. 247. Mittit aliam Apo-
 logiam pro fide sua ad Anastasium Papam.
 248. Eiusdem Apologiæ capita enucleata
 249. Quo tempore hanc & alias scripserit
 251. Supra libros Apologiarum communiatur
 cum amicis 252. Accusat S. Hieronymum
 ut maledicum & sacrilegum 265. Per episto-
 lam respondet apologiis ejusdem Sancti
 272. Summa hujus epistolæ *ibidem* &
 seqq. Scripsit Origenis in Latinum ab
 se conversus 283. Verus Interpret homilia-
 rum Origenis xvi1. in Genesim, non autem
 S. Hieronymus 283. & seqq. Item
 aliarum Homiliarum in Vetus Testamen-
 tum *ibid.* & Operum in Novum Testamen-
 tum 293. & seqq. A Criticis vindicatus 296.
 & seqq. Opuscula S. Basilii & Gregorii
 Nazianzeni latine reddidit Aproniano amico
 nuncupans 298. 299. Ejus versiones apud
 Occidentales magni habitus 301. Sixti Py-
 thagorici sententias latine reddidit 302. Scri-
 bit Aproniano 303. Latine convertit opus-
 cula Evagrii monachi 314. 319. 320. Alius
 a Rufino hæretico, quem Card. Norisus
 reprehendit 321. Librum primum ex sex
Apologeticis S. Pamphili martyris latine ver-
 tit 322. Item Clementis *Recognitiones* pre-
 cibus S. Gaudenti Ep. Brixiani, cui cas
 inscribit, non vero Gaudentio Novariensi
 326. Historiam Eusebii latinam fecit pre-
 cibus S. Chromatii & quo tempore 343. &
 seqq. Hac versio magni habitus apud Latinos
 & Græcos 347. 348. 355. A criticis nota-
 ta 345. & seqq. Eiusdem Historiæ varia
 exemplaria & editiones 355. & seqq. Verus
 auctor historiæ Eremiticæ de Vitis Pa-
 trum 360. & seqq. Hujus editiones 376. &
 seqq. Scribit Commentarium in Symbolum
 Apostolorum 381. Symboli explicatio 383.
 Ejus dispositio Voluminum Scripturarum
 385. Latine vertit Canonem paschalem
 Anatolii Alexandrini 390. Non est inter-
 pres

- pres Josephi 392. & seqq. Non est auctor Commentariorum in 1xxv. Pfalmos Davidis, neque in Olean, Jobelem & Amos 403. 405. Neque Vitæ Sanctæ Eugeniæ Virginis 408. Item neque duplicis *Libelli Fisci* 409. & seqq. Viri ecclesiastici sub Rufini nomine varii recensentur 412. Nunquam damnatus ab Anastasio Pont. 421. 422. Iterum cum Melanis in Palatinam revertitur 427. Ejus obitus 435. Doctrina, pietas & religio 436. op. 13
- Ruinartus Theodoricus 80. 94. 98. 139.
- S**
- Sabellius M. Antonius, notatus 118. 280. 388.
- Sabinus Diaconus Mediolanensis, Legatus Concilii Romani sub Damaso Papa 129.
- Sacchinius Franciscus & ejus censura 221.
- Sacerdotes in Liturgiis antiquis Episcopi dicti 93.
- Salmastius Claudius 3. 17. 85. 109.
- Sammartini Fratres 95.
- Sandius Christophorus 254. 262.
- Sardienſe Concilium, & ejus Canon contra Episcopos transientes ex avaritia de uno in aliam Ecclesiam 108. Acta ejusdem Concilii *ibid.*
- Savaro Thomas 352. 354.
- Saulfayus Andreas 388.
- Scaliger Julius Cæsar 40. 52. Rufino parum aequus 353. 403.
- Josephus Justus 3. 16. 20. 50. notatus 51. 83. 176.
- Scariabus Johannes Baptista 121.
- Schulſtradius Emmanuel 71. 77.
- Scotus Andreas 19.
- Seldenus Joh. 408.
- Senatus & Presbyterium voce contra Blondellum explicata 94.
- Seneca & ejus verba de Sixto philosopho Cordubensi 305.
- Secarius Nicolaus 95. 140.
- Servius 11. Confundit Corn. Gallum cum Almio Pollione *ibid.*
- Severinus Noricorum Apostolus, & quare sic appellatus 139.
- Sielerdus Johannes 36. 140. Primus vulgat Opuscula S. Chromatii 133.
- Sidonius 94. 150.
- Sigebertus Gemblacensis & ejus judicium de similitudine S. Hieronymi cum Rufino 281.
- Signaculum Fidei quid sit 157.
- Sigonius Carolus 305.
- Silvester S. Rom. Pont. non fuit auctor *Colobii* sed Apostoli 99. 100.
- Silyia Sancta laudata a S. Paulino Nolano 325.
- Ejus fama Sanctitatis *ibi*: Soror Rufini Expressæ, *ibid.*
- Siricius Rom. Pont. 218.
- Sirletus Guillelmus 306.
- Sirmondus Jacobus 48. 95. 136. 153. 365. 412. 413.
- Sixtus V. Pont. 127.
- Sixtus Pythagoræus 303. Quo tempore claruit 304. A Seneca commendatus 305. Alius ab eo, qui floruit sub Hadriano Augusto 305. Laudatus ab Origene 306. Conitus cum alio Sixto episcopo & martyre 310. 311. Varie de eodem Scriptorum alucinationes 310. & seqq.
- Senensis 88. 122. 127. 131. 133. 138. 141. 147. 243. 327.
- Socrates historicus 183. 189. 210. 345. 350.
- Sollerius Jo: Baptista ex hagiologis Bollandianis 67. 81. 124. 351.
- Soter, & Eleutherus a S. Pio presbyteri appellati, & quare 90.
- Sozomenus 109. 114. 116. 183. 315. 345.
- Spanhemius Ezechiel 150. 176. 332. 333.
- Speimannus Henricus 74. 147.
- Spondanus Henricus 104.
- Status Beatitudinis animarum ante, & post corporum resurrectionem variis appellationibus noncupari solitus 89.
- Stellatus Prosper 205.
- Stephanus Henricus 61.
- Papa 74.
- Stobæus Johannes 312.
- Suaresius Josephus Maria Ep. Vasconensis 312. 317. 412.
- Subocula tunica interior 99.
- Succotum Regina & ejus codex in Vaticana bibliotheca 77.
- Suetonius Tranquillus 93.
- Sulpicius Severus 80. 94. 96. 111. 119. 190. *Superbeate* vox in epistolis genuinis S. Pii & ejus explicatio 86.
- Supertius Eutharius 60.
- Symbolum Apostolorum & hujus vocis explicatio 382. Eiusdem collatio cum Aquilæ jensi 383.
- Symmachus 4.
- Synellus Georgius 305.

T

- T**atianus Ægypti præfectus 165. 168.
 Taubmannus Fridericus 32. 33. Non re-
 cre sentit de auctore poematis Ciris 38.
 Tertullianus, auctor poematis in Marcionem
 63. 75. 85. 88. 89. 98.
 Theodoretus 113. 114. 129.
 Theodorus Mosiustenus 282.
 ——— Sirzmannus 162.
 Theodosianus Codex 125. 125.
 Theodosius Imp. abrogat æta Maximi Tyran-
 ni 125. Moratur Aquilejæ & Mediolani *ibid.*
 Theophylactus 141.
 Theophilus Patriarcha Alexandrinus, Orige-
 nis tutor 183. Mittit Isidorum presbyte-
 rum in Palestinam ut concillet S. Hierony-
 mum cum Johanne Episcopo Hierosolymita-
 no 184. Ejus cum S. Hieronymo disidium
 186. 261. 264. epistolæ paschales & ea-
 rum in variis editionibus ordo præposi-
 tus 179. 316. Scribit contra S. Jo: Chryso-
 stomum 374. Ejus prima paschalis episto-
 la ad Anastasium Papam 417.
 Thema Novati 68.
 Tillemontius Sebastianus 86. 90. 95. 98. 103.
 107. 115. 128. 135. 144. 159. 162. 170. 209.
 214. 219. 222. 233. 252. 261. 264. 272. 279.
 280. 294. 333. 343. 345. 363. 367. 371. 376.
 405. 428. 433. Notatus 63. 79. 85. 122. 159.
 189. 195. Ejus censura in epistola S. Pii 94.
 Titius Robertus 50. Perperam carmina Ma-
 ximiani tribuit Corn. Gallo *ibid.*
 Tiruli ædes Christianorum appellata 67.
 Idem ac nostrorum temporum Ecclesiæ pa-
 rochiales *ibid.*
 Thomæus Joseph Maria Card. Venerabilis,
 laudatus 81. 89. 99. 120. 229. 342.
 Thomæus Jacobus Philippus 49.
 ——— Ludovicus 373.
 Toletus Franciscus 86.
 Tondutus Julius Cæsar 4.
 Tousteq Augustinus 388.
 Trapezuntius Georgius 148. 207.
 Trilinus Johannes Georgius 16. Ejus judi-
 cium de Corn. Gallo *ibid.*
 Trithemius Johannes 257. 362. 405.
 Turcius Aferius 234.
 Turnebus Hadrianus 41.
 Turnensis Gregorius 206.
 a Turre Philippus 63. 154. Vulgat lapidem
 Concordientem 153.
 a Turrecremata Joh. Card. 207. 342.
 Turrianus Franciscus 86. 341. 369.
 Turrigius Franciscus 82.

V

- V**allantius Johannes notatus 10. 14. 36.
 Valentiniani hæretici 271.
 Valens Augustus sævet hæreticis, & Episcopus
 in exilium pellit 165.
 ——— a Muris Episcopus in Concilio Sardi-
 centi profcribitur & degradatur tanquam
 Arianus 108. 112.
 Valerius Hæricus 12. 95. 115. 120. 126. 146.
 287. 330. 352. 396. 433. notatus 354.
 Valerianus Episcopus Aquil. 123. 146. Ejus
 Obitus 124.
 ——— Pierius 16.
 Varchius Benedictus 58.
 Vasquez Gabriel notatus 413.
 Vaticani codices declarant Corn. Gallum Fo-
 ro-Juliensem 4. 5. præter unum omnes cor-
 rupti in voce Foro-Julienfi 4. Opus S.
 Gregorii Nazianzeni Rufino interprete
 302.
 Vaticana Bibliotheca 81.
 Vavasor Franciscus 26. 46. 53.
 Venerius Mediolanensis Legatus Concilii Cas-
 thagenensis ad Anastasium Papam 272.
 Verus Viennensis Episcopus 2 censuris Tillemontii
 vindicatus 94. 95. Passus est sub An-
 tonino Magna, non sub Trajano 95. Di-
 versus a Verò, qui interfuit Concilio I.
 Arelatenfi 97.
Vicaria nomen officii, non vero alicujus loci
 202.
 Vicarius & Successor quid sint 73. Vicarius vi-
 vi & Vicarius mortui 74. 75.
 Vicecomes Josephus 104.
 Victorinus 88.
 Victorius Marianus 154.
 Victor Vitenfis Episc. 86. 106. 348.
 Vicus Patricii ubi 68.
 Vienna urbs Senatoria dicta 2 S. Pio 86. Qua-
 re sic appellata 87. Urbs in provincia Ro-
 mana 95.
 Vigilus Pontifex 316.
 ——— Tapfenfis Ep. 348.
 Vignintimilius Johannes 37.
 Villanius Nicolaus 5^o
 Vincentinus Capuanus Episcopus 110.
 Virgilius 29. Ejus carmina de Corn. Gallo
 explicata *ibid.*
 Virumitis Ponticus 393.
 Vipacus fluvius, alias dictus *frigidus* in regio-
 ne Aquilejensi 174.
 Vitalis Ordericus 396.
 Vives Ludovicus 398.

Urfesius Abbas Monasterii Pineri, dicitur Urfesius in Codice Sanctæ Crucis in Hierusalem 204.

Vossius Johannes Gerardus notatus 10. 47. 63.

147. 309. 367. 388. 408.

— Isaacus 36. 40. 286. 307. 330. 339. 345. 396. 397.

Ughellius Ferdinandus 107.

Ugonius Pompejus 68.

Urbino-Vaticanus codex 191.

Urfacius Ariamus 108. 111.

— Rufini notarius 195.

Ursinus Fulvius 11.

Ulfertius Jacobus 68. 146. 301. 388. 390. 404.

Ulfardus & eju codex Mss. 98.

W

Waddingus Lucas 49. 194.

Wualtridus Strabo 99. 100. 132. 145.

Wastellius Petrus 148. 184. 188. 189.

Wicelius Georgius 361.

Wipertus 101.

Wollgangus Larius 340.

Z

Zacagnius Laurentius 110. 159.

Zacharias martyr 95.

Zegerus Nicolaus 141.

Zelus Apostolus 10. 54.

Zonaras Johannes 79. 317.

Zosimus Pontifex 191. 341.

VA1 1507839

EXCUDIBANT ROMAE
NICOLAUS ET MARCUS PAGLIARINI
BIBLIOPOLAE ET TYPOGRAPHI
AD THEATRUM POMPEII
ANNO CD. ID. CC. XLII. MENSE MAIO
SEDENTE
BENEDICTO XIV. PONT. OPT. MAX.
ANNO II.

150

36

9



